ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI AVCTARIVM,

ILLVSTRES STIRPES ET FAMILIAS COMITVM, BARONVM, ALIORVMQVE PROcerum Sacri Imperij Romani, & præcipuè Germaniæ nostræ continens.

Auctore

ELIA REVSNERO LEORINO MEDICINAE Licentiato, Professore Historiarum & Poëseos in Academia Ienensi.

Corollarij loco

Accessere PARALIPOMENA quædam eiusdem Operis βασιλικοῦ Genealogici; de nonnullis alijs Regum & Principum prosapijs.



Cum gratia & priuilegio Cæsar. Maiestatis ad decennium.

FRANCOFVRTI

Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi,

M. D. XCII.

AD MAGNIFICVM ET ILLVSTREM VIRVM, D. HENRICVM RANZOVIVM, REGIS DANIAE IN DVCAtibus Slesvici, Holsatiæ, & Dietmarsiæ Vicarium, Præfectum Segebergæ, Dominum Bredebergæ, &c. Musarum altorem & alumnum

ELIAE REVSNERI Præfatio.

MAGNVM & eximium Dei donum est vera nobilitas: omninoque insignis & egregia inter homines nota, bono & inclyto genere nasci: & vt Euripides loquitur;

> Ἀπὸ χρηστῶν κάλλιστον ἐν βροτοῖς
> ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
> τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Neque enim dubium est, heroicæ naturæ & virtuus semina generatione communicari liberis: multoque meliora ex nobilium, quàm vulgarium hominum, satu oriri ingenia. Perinde enim vt corporis formâ & habitu plerunque liberi maiores referunt suos: sic etiam animi & mentis virtute bonitateque eosdem imitari solent: adeoque morum in his similitudo quædam maiestasque heroica vnà cum sanguine propagatur. Nam &, secundum Lyricum,

> *Fortes creantur fortibus ac bonis:*
> *Est in iuuencis, est in equis patrum*
> *Virtus; nec imbellem feroces*
> *Progenerant aquilæ columbam.*

Quò maiorem laudem merentur hi, qui nobiles & illustres familias atque prosapias, ex quibus omnis generis virtutum documenta peti possunt, literarum monumentis consecrant: eorumque memoriam, etiam senem, minimè obliterari; aut si quod decus ex his profectum est, non intermori, aut honore suo defraudari debere

)(2 censent

censent. Præclarum enim & omnino iucundum est, in hæc virtutum exempla, tanquam ἀγάλματά τινα κινούμενα καὶ ἔμπρακτα, vt ille loquitur, intueri perpetuò: eaque adumbrare viuendo; & quod in illis laudabile est, suum facere imitatione. Quemadmodum apud Pindarum Hieron omnibus ex virtutibus florem & decus summum sese decerpere; & quæ optima sunt, ex crebra libatione, apum more, in suum quasi mellificium conuertere gloriatur. Et M. Tullius Cicero pro Archia se fortissimorum virorum imagines à Græcis & Latinis scriptoribus relictas, sibi in Republ. administranda proponentem, animum & mentem suam ipsa cogitatione hominum excellentium conformasse scribit. Ex quo rectè princeps Latinæ historiæ: Illud (inquit) præcipuè est in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri: vnde tibi tuæque Reipub. quod imitere; vnde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites, capias.

Quo sanè consilio GENEALOGICVM non modò ROMANVM, sed BASILICVM quoque non ita pridem à me publicatum est: quo illustres familias & prosapias Principum, Regum, Imperatorum totius ferè orbis Christiani breui compendio complexus sum: cuius nunc AVCTARIVM vnà cum PARALIPOMENIS ceu colophonem operis illius Genealogici, in publicum emitto: in quo illustrium Comitum, Baronum, aliorumque dynastarum & procerum, præsertim Germaniæ nostræ, & sacri Rom. Imperij consortium, quotquot habere mihi licuit, familiæ & stirpes continentur: maximam, vt spero & confido, omnibus historiarum studiosis & vtilitatem & iucunditatem allaturum.

Hoc opusculum visum mihi fuit, magnifice & illustris Domine, sub tutela nominis tui in lucem emittere: non solum eam ob causam; vt lucem aliquam ei à luce illa dignitatis tuæ, & radium aliquem famæ à gloriæ tuæ splendore conciliarem: verùm etiam, vt meam erga te obseruantiam perpetuam, isto quasi fidei pignore & arrhabone declararem: tùm verò maximè, vt iure hoc opus tibi deberi palam omnibus facerem: cuius non modò eximia in omni doctrinæ, & præcipuè etiam in hoc studij genere eruditio, & prudentia; sed & erga literas & literatos beneuolentia liberalitasque singularis passim ab omnibus prædicatur: quod ipsum literarum monimenta in historijs præsertim à te in publicum edita, abundè testantur: quæ à te fratri meo Germano NICOLAO REVSNERO Iurisconsulto liberalissimè communicata hactenus, in quem publica & priuata tua merita extant quamplurima, summam & omninò incredibilem mihi voluptatem & læticiam in legendo sæpenumerò attulerunt. Est & hæc non obscura dedicationis huius causa: quòd in hoc ipso opere tuum quoq; illustre stēma, ex familijs tuis descriptum continetur: cuius sic est nobilitas cum publicis literarum monu-

monumentis consignata, tum aliàs belli & pacis artib. celebris facta: vt nec cuiusquam alterius pręconio indigeat. Siquidem illustrem hâc & peruetustam familiam ante Caroli Magni, qui primus in Germanis imperauit, tempora in Cimbricis floruisse locis constat: quæ suos produxit postea Schacones, Breidones, Caios, Othones, Henricos, Ioannes, Paulos, Danieles, non modò duces rei militaris peritiæ & fortitudinis, rerumque gestarum laude insignes, verùm etiam Legatos & Præfectos summorum Regum & Principum illustres: quorum splendet laus & gloria, per prudentiam & virtutem nullo vnquam æuo intermoritura. Accipe itaque, Magnifice & Illustris Domine, munusculum hoc leuidense: & ex eo animi mei voluntatem æstima: meque vnà cum isto fœtu, immaturo fortassis, nedum viuace, in omne posterum tempus patrocinio tuo solito benignè & humaniter complectere. Ienæ Calendis Iunij M. D. XCII.

STEMMATA FLANDRIAE COMITVM.

I.

LIDERICVS Saluarti Principis Digeonensis F. primus Flandriæ Foresterius à Dagoberto Francorum Rege creatus A.C.621. Obijt admodum senex anno 692. Pertinuit autem ad Foresterios siue Saltuarios (vt semel dicam) cura nemorum à latrocinijs purgandorum. Vxor ROTHILDIS F. Clotarij Francorum Regis, mater XVI. liberorum.

Filius primogenitus, à patre ob rebellionem capite mulctatus.

ANTONIVS Buc Flandriæ Foresterius vir impius: cum omnibus liberis à Danis occisus.

BOSCHARDVS Flandriæ Foresterius, à Theodorico Francorum rege pulsus, retinuit vnicum Harlebechi dominium. Flandria exinde centum fermè annis continuis à Danis & Normannis miserè est vastata.

ESTOREDVS Harlebechi Dominus, Normannis Caroli Martelli auxilio Flandria eiectis, iterum illius factus est Foresterius. Obijt A.C.792. Vxor IDONIA.

LIDERICVS II. Flandriæ Foresterius, à Carolo Magno Harlebechi Comes creatus, decessit A.C.836 Vxor FLANDRINA ex Teutonico sanguine: à qua regioni nomen mansisse quidam volunt.

ENGLERANVS siue Inguelranus, Flandriæ Foresterius, & Comes Harlebecanus: multa Flandriæ oppida maritima muro cinxit: & in plerisque arces extruxit. Obijt A.C.852.

ODOACER Flandriæ Foresterius siue Saltuarius, Gandauum primus muro cinxit; ac Toroti, Casselij, Audenardæ arces extruxit. Obijt A.C.863. Vxor N. filia Domini Fani S. Odomari.

BALDVINVS I. Comes Harlebecæ, ob robur & fortiâ facta *Ferreus* siue *Ferrea manus* cognominatus: IVDITHAM Caroli Calui Imp. filiam, quæ Edelulphum maritum Angliæ Regem elugebat, in amorem formę virtutisq; suæ allectam, inscio socero, domum duxit. Qua de causâ ipse aliquandiu ab eo bello vexatus: intercessione tandem Nicolai I. Pontificis Romani pacem & gratiam impetrauit: & Antissiodori solennia nuptijs approbandis conuiuia celebrauit: vbi à socero suo Augusto in Comitem Patriciumque regni adscriptus: & dotis nomine tota ea regione, quæ Scalda, Somona, & Oceano finitur, perpetuò est donatus. Sepultus Atrebati A.C.879. potestatis suæ XV.

BALDVINVS II. Comes Flandriæ, *Caluus* non tam à caluicie, quàm ab auo Carolo Cæsare cognominatus: muro cinxit Brugas, Iperas, Bergam, Fauum Odomari: suæque virtutis exempla posteritati, populo verò ingens sui desiderium reliquit Anno C. 918. Sepultus Gandaui in Petri Blandinij æde. Vxor ELSTRVDIS F. Elfredi Regis Angliæ.

EVDO (al. RVDOLPHVS) Comes Cameracensis, periijt pugnans contra Heribertum Veromanduorum Comitem.

ARNVLPHVS I. *Magni* cognomentum ab ingenti corpore & virtute adeptus, Comes Flandriæ, Burggrauios Gandenses instituit: vitamque ad extremam vsque ætatem perduxit: mortuus A. C. 964. vitæ XCII. Sepultus Gandaui in æde Petri Blandinij. Vxor ADELA siue ALEIDA F. Roberti Comitis Veromandui.

ADOLPHVS Boloniæ ac Terouanæ Comes, *dixit*.

ELGIFREDA vxor Edgari Regis Angliæ; mater Eduardi II.

ELSTRVDIS.

BALDVINVS III. Comes Flandriæ & Harlebecæ, patrem morte præuertit A. C. 962. Sepultus ad Fanum D. Odomari in Abbatia S. Bertini. Vxor MECHTILDIS F. Hermanni Bilingij Ducis Saxoniæ, secundis nuptijs iuncta est Godfrido Comiti Lotharingiæ.

LVIDGARDIS vxor VVigmanni Bilingij obijt A. C. 961.

ELSTRVDIS consors Frisconis Normanni, Grmensium Reguli.

ARNVLPHVS II. Comes Flandriæ à Lothario Francorum Rege, omni fermè ditione exactus; sed intercessione procerum tandem restitutus: diem supremum clausit III. Id. Martij Anno C. 988. principatus sui XXVI. sepultus Gandaui. Vxor ROSVLA F. Berengarij Regis Italiæ & Lombardiæ, postmodò nupsit Roberto Capeto Regi Franciæ.

IOANNA vxor Godfridi Comitis Bergensis, siue Môtis Hannoniæ.

BALDVINVS IV. cogn. *Barbatus*, Comes Flandriæ, princeps fortissimus: obsessus ab Imper. Henrico II. ac Roberto Francorum Rege Valencenis; eos coëgit indecora pace facta obsidionem soluere. Ob egregias inde suas virtutes eidem Imp. factus carus: Valachriam Zelandiæ insulam, abs eo obtinuit; inde natum dissidium inter Flandriam & Hollandiam: quod annos fermè quadringentos durauit. Insulas quoque oppidum condidisse fertur. Obijt A. C. 1035. imperij sui XLVII. sepultus Gandaui. Vxor OGINA siue OGNIA F. Gilberti Comitis Lucemburgij.

MATHILDIS siue HILDA, coniux Ludolphi Marchionis Saxoniæ, Ingelheimæ sepulta.

ALBERTVS.

THEODORICVS.

BALDVINVS V. ab Insulæ oppido natali amato & amplificato dictus *Insulanus*, Comes Flandriæ; virtute patrem referens, testamento sibi demandatam ab Henrico I. Galliæ Rege liberorum tutelam, integerrimè administrauit: Imperatori Hannoniam abstulit, Richilde Hannoniæ hærede filio suo in vxorem tradita: Guilielmum quoque Normannum, suum generum, ab Eduardo Angliæ Rege hæredem institutum, in eo regno multum iuuit: hac tamen conuentione, vt ipse posterique Flandris pro nauata opera, quotannis trecentas argenti marcas dependerent. Post fata inhumatus Insulis Anno Christi 1067. Vxor ADELA F. Roberti Capeti Regis Galliæ.

BALDVINVS VI. Comes Flandriæ, Montanus dictus, vel à Montibus, vrbe præcipua Hannoniæ à patre debellata; vel, quòd vi raptam RICHILDEM, filiam atq. hæredem Reineri Montium Comitis apud Hannones, in vxorem duxerit:

ROBERTVS *Frisius*, Comes Flandriæ, felicior quàm iustior, annis XXI. Flandriam populi fauore tenuit. Ipsi pater vxorẽ dederat GER-

*

MECHTILDIS vxor *Guilielmi Nothi*, Ducis Normanniæ, ac regni Anglici occupatoris.

ROBERTVS

† *can-*

candidæ virgæ seu vindictæ, quam pretores gerunt, auctor an. 1068. *triennio summa pace regnauit. Sepultus Hasnonij A. C.* 1070.

ARNOLDVS III. Comes Flandriæ, à patruo Roberto Frisio summa cum iniuria Flandria pulsus, ac tandem in pugna interfectus A. C. 1072. Sepultus in Bertini S. Audomari.

BALDVINVS Comes Hanno-niæ, Flandria à Roberto patruo exactus: quam eius posteri recuperarunt.

TRVDEM Bernardi Ducis Saxoniæ filiam, viduam Florentij Hollandi: Assignatis proportione hæreditaria quinque insulis Zelandices, Comitatu Alostano, terra Quatuor officiotum, ingentique summa pecuniæ: iureiurandoque ipso adacto, vt his contentus fratri neutiquam foret iniurius. Nuptijs celebratis bellum intulit Frisijs: cuius regionis parte subacta, Frisij ipsi cognomentum natum. Fratris exinde testamento filijs tutor relictus: quum illorum tutelam mater ipsi denegaret; & dissidio crescente Alostanos, vna cum Valachris insulis, quæ Roberti erant, fisco addiceret: Flandris insuper auarè & crudeliter imperaret: ab illis Robertus durum mulieris imperium atque crudelitatem exosis, accersitus; milite conscripto, ad Casletum cum Philippo Galliæ Rege, Richildem iuuante, manus conseruit: quo in conflictu Arnoldus fratruelis XVII. annorum adolescens, indignè perijt. Supra cuius postea tumulum eiusdem erexit effigiem, gladium manu vibrantem, in signum fortitudinis: quam tamen viuo cum vita ac fortunis inuiderat. Hac ergò occasione, fratruele legitimo hærede excluso, Flandriam armis populique fauore occupauit. Sepultus Casleti A. C. 1093.

Normanniæ Dux, fratri Henrico regnum eripere conatus, obijt A. C. 1134.

GVILIELMVS Normania eiectus, ab Henrico Angliæ Rege post Caroli Boni obitum Flandris impositus: ob tyrannidem hunc quoque amisit principatum: succedente ipsi vnanimi consensu Theodorico Alsatio.

ROBERTVS Frisius II. Comes Flandriæ, ob res præclarè in Syria gestas nunc Solymus, nunc D. Georgij filius ab exercitu appellatus: imperium acceptum annis gubernauit XIX. Meldos tandem in Normannia erumpentes repellens: casu equi ab hominum multitudine oppressus occubuit A. C. IIII. Sepultus Atrebati. Vxor CLEMENTIA F. Guilielmi Comitis Burgundiæ, postquam intra tres annos tres enixa fuit filios, sterilitatem fertur accersisse, ne sobole numerosa grauaretur.

PHILIPPVS Comes Iperensis, vnicam tantum genuit filiam, Domino à Lo nuptam, cuius F. Guilielmus à Lo Burggrauius Iperensis pro Comitatu Flandriæ frustra laborauit.

BALDVINVS Antistes Terouanensis.

MARIA Abbas Messinensis.

ADELA vxor *CANVTI Regis Daniæ*; subditorũ furore & perfidia cæsi.

GERTRVDIS vxor Theodorici Alsatij: de quo Stemma te II.

CAROLVS Danus, patre occiso, cum matre gentis efferatæ furorem declinante, in Flandriam profugit: vbi Balduino VII. in Comitatu successit, frustrà negotium ipsi facessente Guilielmo à Lo. Mirifica ipsi in egenos fuit liberalitas, & erga Deum pietas singularis: vnde Boni cognomentum tulit: quæ tamen res admodum ipsi fuit exitialis. Stratensium siquidem coniuratione atque manibus, in æde Donatiani Brugis inter preces est trucidatus: quòd illorum auaritiam in maxima annonæ inopia increpasset. Sepultus Brugis 1127.

BALDVINVS VII. Comes Flandriæ, Securis nuncupatus, vel à summa legum seueritate; vel quòd veterum Regum more securim in clypeo gestare consueuerat: furum latronumque licentiam, quæ militante patre in Asia incruduerat, acerrimè puniuit: tutumquè mercatoribus præstitit accessum. Ex vxore AGNETE, F. Alani Britanniæ Comitis, nihil liberorum sustulit: qua de causa Paschalis Pp. iussu ob cognationis

GVILIELMVS & PHILIPPVS ante patrem mortui.

gnationis vinculum ab ea diuortit. Ex lenta tandem ægritudine vulneris, capiti ad Rhotomagum, Anglos quum obsideret, inflicti, rebus humanis superstes esse desijt: hærede testamento scripto Carolo Dano. Sepultus in Bertini S. Audomari Anno C. 1119.

II.

GERTRVDIS Roberti Frisij F. post obitum Henrici Comitis Louaniensis, nupsit THEODORICO Alsatio, Simonis Alsatiæ & Kiburgi comitis filio natu minimo.

THEODORICVS Alsatius, Comes Flandriæ post Gulielmum Normannum: vir omni pietate insignis, religione illustris, munificentia clarus, in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus: tres Solymorum Reges quatuor diuersis expeditionibus fortissimè iuuit. Suppetias quoque tulit Godfrido III. Brabantiæ Duci, in cunis adhuc vagienti, contra Grimbergenses: quapropter ditionem ac oppidum Teneramundanum obtinuit, Flandriæq; coniunxit. Senex filio Philippo gubernatione demandata, VVatenei se inclusit cœnobio: in eodem mortuus & sepultus Anno Christi 1168.

SIMON Alsatius, conditor Stemmatis HENNINI.

LIBERI EIVS.

ex MARGARETA Clermontia vidua Caroli Dani.

LAVRA.

ex SIBYLLA, Falconis Andegauensis Solymorum Regis filia, vxore altera:

PHILIPPVS Alsatius, Comes Flandriæ; bis in Syriam profectus, propria manu Nobilionem Albaniæ Regem Mahometistam occidit: qui in Luteo scuto Leonem nigrum, vnguibus in proximos insurgentem, præferebat: quibus exinde insignibus, veteribus Foresteriorum obliteratis, primus vti cœpit: eaque ad successores transmisit. In obsidione Ptolemaidis Phœniciæ, peste extinctus A. C. 1191. sepultus Clarauallæ, ἄπαις. Vxores eius duæ: ISABELLA F. Rudolphi Comitis Veromandui, terras has ad eum attulit: & MATHILDIS F. Alphonsi Regis Lusitaniæ.

MARGARETA Alsatica, consors Balduini Hannonij de quo Stemmate tertio.

MATTHAEVS Alsatius instigante Henrico Anglo, vxorem duxit MARIAM Comitem Bononiæ. Stephani Angliæ Regis F. iam virginem Sanctimonialem: quam Pontificis excommunicatione ad cœnobium remittere coactus; duxit ELEONORAM F. Rudolphi Comitis Veromādui, ἄπαιδα. In oppugnatione oppidi cuiusdam sagitta ictus oppetijt.

PETRVS Episcopus Cameracensis, Pontificis assensu duxit SYBILLAM Comitem Niuernensem. Veneno extinctus.

GERARDVS Brugis Præpositus Donatiani.

SYBILLA vxor Humberti III. Comitis Moriennæ & Sabaudiæ.

ELISABETH Brabantiæ Duci nupsit.

IOLA.

ITHA ordine tribus nupsit: 1. Gerardo Comiti Geldriæ: 2. Bertboldo Duci Zeringiæ: 3. Reginaldo Comiti de Castro.

MECHTILDIS cōsors Henrici Comitis Louaniensis.

III.

MARGARETA, Theodorici Alsatij F. à fratre Philippo in Comitatu Flandriæ hæres instituta; nupta BALDVINO Comiti Hannonio, ex antiqua Foresteriorum stirpe; ditionem hanc, licet valde decurtatam (Atrebates namque cum fano Odomari, Ludouico Galliæ Regi, quî eum pro hoc Comitatu bello decertabat, cedere est coacta) ad superiorum Comitum iustam lineam, Hannonios nempe, reduxit: sicque longum bellum inter Hannonios & Flandros sustulit. Obijt Anno Christi 1149.

BALDVI-

BALDVINVS Flandriæ Hanoniæque Comes, cum armis ad Syriacam expeditionem destinatis Venetijs degens; expeditione illa omissa, Constantinopolim obsedit: qua post Murziphli tyranni fugam capta, XV. virûm suffragio Imp. creatus; & à Thoma Mauroceno Veneto Patriarcha corona donatus; illicò promotis castris versus Occasum, & Thraciæ vrbibus partim vi expugnatis, partim in deditionem acceptis, Adrianopolin obsidione cinxit. Qua adhuc durante, Imperij anno vix circumacto, à Bulgaris & Scythis bello petitus: cum hoste ad Orestiadis planiciem infeliciter congressus XV. Kal. Maij 1205. Ternobium captiuus deductus est: vbi insequenti anno in vinculis miserè perijt annos natus XXXIII. Ibidem sepultus. Vxor MARIA Henrici Comitis Campaniæ F. neptis Ludouici VII. Regis Franciæ.

IOANNES Comes Namurcensis.

PHILIPPVS Comes Namurcensis, ἄγαμος. Vxor MARIA F. Philippi Regis Galliæ. † 1217.

ISABELLA Philippo Galliæ Regi elocata, dotis nomine ad ipsum attulit Artesiam: quæ res postea fœcundam bellis suppeditauit materiam.

SYBILLA consors Gerardi Lucemburgij Liguij Comitis.

HENRICVS Hannoniæ & Flandriæ Comes, fratris audita morte, Imp. Constantinopoli consecratus An. C. 1206. XIX. Kal. Septemb. protinus Adrianopolitanam repetijt obsidionem: sed quam, Bulgaris à direptione Macedoniæ reuertentibus, pace facta, iterum soluere est coactus. Ducta itaque Bulgari Principis filia, (prior siquidem vxor N. filia Petri Comitis Namurcensis, iam in fata concesserat) exercitũ Constantinopolin reduxit: vrbeque præsidio munita, Thessaliam adijt. Inde reuersus, rebus cunctis dispositis, intempestiua morte decessit A. C. 1216. exeunte.

PETRVS & BALDVINVS patrem morte ante verterunt.

IOLANDA Petro Comiti Antisiodorensi nupsit: cuius ergo ille Imperium quasi iure hæreditario adijt.

MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comes, virgo in tutelam commissa Buschatto Auennensi, Canonicorum Insulis Præfecto; bis ex ipso extra matrimonij ordinem grauida facta; nupsit postea GVILIELMO Borbonio Dampetræ Regulo, Arcembeldi Borboniæ Comitis germano; defuncto A. C. 1241. Vidua à sororis morte rerum potita; cuncta, quæ in Flandria seruiebant, mancipia manu misit: & monetarijs, qui tunc Gandaui Alostiq; monetam cudebant, certam officij regulam, priuilegia, atque pœnas omnium prima concessit. A filio Ioanne Auenensi bello lacessita, pacem ab ipso redemit aureis 60000. Annos regnauit XXXV. maximo aulæ fastu, quòd patris Imp. Byzantini memoria intumesceret. Sepulta Flinis A. C. 1279.

IOANNA Byzantina, Flandriæ & Hannoniæ Comes, nupsit Ferdinando Sanctij Regis Lusitaniæ filio, qui pro Flandria cum Rege Galliæ grauissima gessit bella: & post eum Thomæ Allobrogo: Marquettæ sepulta A. C. 1244. potestatis suæ XXXIX.

IV.

LIBERI EIVS.

ex BVCHARTO Auenio.

IOANNES Comes Auenẽsis, fratribus vterinis extorsit Hanoniam.

IOANNES Auenius Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ. *Vide Secundum Stemma Comitum Hollandiæ.*

BALDVINVS Auẽnæ Domin⁹.

ex GVILIELMO Dampetro:

GVILIELMVS Flandriæ Comes, nomen dans sacræ militiæ, cum multis alijs à Sulthano captus; magno inde pondere liberatus; domi in ludis Martialibus, fratrum vterinorũ insidijs, perijt ante matrẽ Vxor BEATRIX Dux Brabantiæ, vidua Hermanni Landgrafij Turingiæ, ἄτεκνος.

GVIDVS Dampetr⁹, matris in Flandriæ Comitatu successor: obijt Cõpẽdij in vinculis Regis Galliæ A. C. 1304. potestatis suæ XXV. octogenarius. Sepultus Flinesij.

IOANNES Dampetræ & Clusij Dominus. Vxor LAVRETTA Dux Lotharingiæ.

HENRICVS Comes Hannoniæ.

GVILIELMVS Præsul Cameracensis.

BOCHARDVS Præsul Metensis.

GVIDO Episcopus Traiectinus.

LIBERI EIVS.

ex MATHILDE Domina Bethunæ & Teneramundæ, Roberti siue Fougardi filia, vxore prima.

ex ISABELLA Comite Namurci, filia Henrici Comitis Lucemburgij, vxore altera:

IOANNES Namurcum, ditionem maternam possedit.
GVIDO Richeburgi Dominus.
HENRICVS Laudem Pompeiam in Insubribus possedit: vnde se Lodæ Dominum scripsit.

MARGARETA post Alexandrum Scotorum Regem nupsit Geldriæ Comiti Remboldo, defuncto 1325.
PHILIPPA Fiennarum Domina, Regis Lusitaniæ filio desponsata.
ADELA siue ALOYSIA Eduardo Angliæ Regi desponsata, Gallorum inuidia in carcere perijt.

ROBERTVS III. Comes Flandriæ, à Bethuna materno nataliq; oppido dictus Bethunius: vir manu, quàm ingenio, promptior: quod re ipsa comprobauit; traditis Francorum Regi Insulis, Duaco, & Orchiaco: belloq; Neapolitano in pugna manu sua confosso Rege Manfredo Notho. Principatus annis XIIX. euolutis, naturalem fati conditionem impleuit: Ypræ sepultus A. C. 1322.

GVILIELMVS Dominus Teneramundæ.
BALDVINVS infans obijt.
IOANNES Metensium, inde Leodiensium Episcopus: sepultus in Flandria paterno tumulo. 1291.
PHILIPPVS Theanæ & Lauretæ in Italia Princeps iure dotis vxoriæ: quæ fuit MAHALTIS Comes Thierensis, F. Simonis Vicecomitis Bigorcensis.

MARGARETA vxor Ioannis I. Ducis Brabantiæ.
BEATRIX nupsit I. Florentio Comiti Hollandiæ. 2. Hugoni Chastillonio Blesensium Comiti.
IOANNA coniux Ducis Iuliacensis.
CATHARINA vxor Theobaldi Ducis Lotharingiæ.

LIBERI EIVS.

ex CATHARINA Andegauensi, F. Caroli Regis Neapolitani:

CAROLVS breuis æui puer, à nouerca veneno sublatus.

ex IOLA Burgunda, Othonis F. quæ ipsi in dotem attulit Comitatum Neuersij: ob parricidium à marito freno equino iugulata.

LVDOVICVS Comes Niuersi, obijt Parisijs XI. Kal. Augusti A. C. 1322. duobus ferme ante patrem mensibus. Vxor MARIA filia ac hæres Iacobi Comitis Retellij ac Duchij.

ROBERTVS Casleti Dominus.
HENRICVS ad Anglos deficiens, strenuam ipsis nauauit operam in bellu contra Francos.

IOANNA nupsit Engueranno Cuchij Domino.
IOLA vxor Gualteri Anghiani.
MECHTILDIS elocata Mattheo Lotharingo, Florinarũ Domino.

LVDOVICVS *Cressiacus*, à vi in Comitatu Flandriæ successor; vir mitior quàm prudens; Gallisq; addictior, quàm Flandriæ commodis: quæ res ipsi sæpe ingentes turbas & velut exilium, ad extremum mortem quoque in conflictu cõtra Anglos ad Cressiacum & Abbeuillam conciliauit A. C. 1346. quum annos gubernatæ ditionis XXIV. numeraret; & antea Curtraci captus, Brugisque custoditus esset. Sepultus Brugis. Vxor MARGARETA F. Philippi Longi Regis Francorum.

MARGARETA vxor Ioannis Brenonij, Comitis Montfortij apud Britannos. Nonnulli malè Claudiam appellant.

LVDOVICVS *Malanus* (quod ipsi nomen peperit Mala locus natalis intra primum ab vrbe Brugensi lapidem) Comes Flandriæ, Niuersij, ac Retellij: à funere matris Atrebates cum Burgundia superiore consecutus: à Gallis recuperauit vrbes Flandricas Gallici idiomatis, Insulas nempe, Duacum, & Orchiacum; proauo, abauoq; iniquissimè ademptas, dum vnicam filiam Philippo Burgundiæ Duci elocaret. Eius ætate A. C. 1377. Oceanus circa Birfletum irrumpens. XVII. pagos inundatione velut absorpsit.

forpsit. Primus hic apud Flandros monetam cudit auream: Primus item quæstorem patricidarum, ad apprehendos atque puniendos homicidas, exulesq; vagabundos, instituit. Tribus ordine iunctus fuisse legitur vxoribus: 1. MARGARETAE Ioannis III. Ducis Brabantiæ filiæ, per quam factus est Dux Brabantiæ ac Limburgi: 2. MARGARETAE Heusdanæ: 3. MARGARETAE Hutinæ, Galliæ Reginæ: sed vnicam duntaxat ex Brabantina sustulit filiam. Cæterum postquam Ioannem Biturigum Principem Bononiæ, Belgicæ nomine, fidem sibi atque clientelam iurare cogeret: suborta controuersia, ab aduersario confossus occubuit A. C. 1383, quum annis XXXVII. maximo luxu atque fastu regnasset: antè tamen summè detestatus illam vxoris suæ crudelitatem; quæ puellam, quam ex Malano grauidam intellexerat, dolosè ad se accersitam, naribus inopinantem truncauit: quæ tertio pòst die præmaturo partu masculos enixa, statim vna cum infantibus expirauit. Sepultus Insulis.

MARGARETA Malana, vnica hæres Flandriæ, Artesiæ, Salinæ, Niuersij, Rastellæ, Rhetellij, Dux Brabantiæ, Limburgi, Burgundiæ, Mechliniæ, Antuerpiæ; luculentam attulit hæreditatem *PHILIPPO Auduci, Ioannis Regis Galliæ filio*: cuius fata quoque breui est insecuta A. C. 1404. XXI. annos rerum potita. Sepulta Insulis apud patrem.

IOANNES *Diuionius & Intrepidus* cognomento, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Artesiæ, Bononiæ: *cuius stirpem & prosapiam quære in* *βασιλικῷ Opere Genealogico Catholico fol.* 331. Vxor MARGARETA F. Alberti Ducis Bauariæ, & Hollandiæ Comitis. V.

PHILIPPVS *Bonus*, Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ &c. Brugis mortuus A. C. 1467. XVII. Kal. Iulij, ætatis suæ LXXIII. Vxor ISABELLA filia Ioannis Regis Lusitaniæ.

CAROLVS *Bellicosus*, Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Flandriæ, &c. ad Nanceium occubuit A. C. 1477. Nonis Ianuarij. Vxor ISABELLA F. Caroli I. Ducis Borbonij.

MARIA nupta *MAXIMILIANO I. Imperatori Rom.* Comitatum Flandriæ, cum reliquis terris paternis, ad domum Austriacam attulit. Obijt A. C. 1482. VI. Non. Martij. VI.

PHILIPPVS Austriacus, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Hollandiæ, Hannoniæ, &c. *Vide Stirpis Pharamundanæ Stemma secundum in* *βασιλικῷ Opere Genealogico Catholico fol.* 38.

PRINCIPVM FLANDRIAE SERIES.

Anni Christi	Ordo	Lydericus, Engleranus, Odoacer — Principes Harlebeccæ.	Anni Imperij.
864.	1.	BALDVINVS I. Ferreus, Odoacris F.	15.
879.	2.	Balduinus II. Caluus.	37.
918.	3.	Arnolfus I. Magnus.	46.
964.	4.	Balduinus III.	3.
967.	5.	Arnolfus II.	26.
988.	6.	Balduinus Barbatus.	47.
1035.	7.	Balduinus Insulanus.	32.
1067.	8.	Balduinus Montanus.	3.
1070.	9.	Arnolfus III.	19. mens.
1072.	10	Robertus I. Frisius.	21.
1093.	11.	Robertus II. Solymus.	19.
1111.	12.	Balduinus Securis.	9.
1119.	13.	Carolus Danus.	8.
1127.	14.	Guilielmus Normannus.	1.
1128.	15.	Theodoricus Alsatius.	40.
1168.	16.	Philippus Alsatius.	23.
1191.	17.	Margareta Alsatia Soror.	4.
1194.	18	Balduinus Byzantinus. Imp.	11.
1205.	19.	Ioanna Byzantina.	39.
1244.	20.	Margareta Bizantina.	35.
1279.	21.	Guidus Dampetrus.	25.
1304.	22.	Robertus Bethunius.	18.
1322.	23.	Ludouicus Cressiacus.	24.
1346.	24.	Ludouicus Malanus.	37.
1383.	25.	Margareta Malana.	21.
1404.	26.	Ioannes Diuionius.	15.
1419.	27.	Philippus Bonus.	48.
1467.	28.	Carolus Bellicosus.	10.
1476.	29.	Maria Valesia.	5.
1481.	30.	Philippus I. Austrius.	25.
1506.	31.	Carolus Austrius Imp. Augustus.	50.
1558.	32.	Philippus II. Austrius Rex Catholicus.	

IACO-

IACOBI MARCHANTII.

PRINCIPES FLANDRIAE.

I.

BALDVINVS FERREVS.

Quà patet extremis Belgarum littus in oris,
Et iacet Æolio Flandria pulsa mari;
Ferreus in patriâ Martem regione secutus,
Hostibus infesto nomen ab ære tulit:
Cunctaq; vicina fugiens connubia gentis,
Ignibus exarsit Iuditha pulcra tuis.
Liligeri quamuis hæc filia Cæsaris esset,
Edita coniugio Carole Calue tuo:
Non tamen extimuit,(Cythereis saucia curis,
Flandrigenæ patriam postposuisse viro.
Vinxerat hos paribus nodis Hymenæus amores:
At socer abductum non tulit esse torum.
Nixus & est illis natam diuertere tædis:
Intulit & calidâ fortia bella manu.
Sed nihil efficit: nisi quum sedauerat iram,
Et generi stabiles iusserat esse faces.
Gens erat indomita nomen quæ sumpsit ab arcto,
A Borea patrij non aliena soli:
Impia quam Flandris,& Gallis bella mouentem,
Sustinuit iunctis Ferreus agminibus.
Atq; Saracenos(quo nil crudelius boste)
Limitibus iuuit pellere Galle tuis.
Ponentemq; suis leges & mœnia terris.
Abstulit hinc fati nexilis ordo senem.

II.

BALDVINVS CALVVS.

Virtutes & aui referens agnomina (Caluus,
Sanguinis est hæres Carole Magne tui.
Huius & educti gaudent de stirpe nepotes,
Quòd suus à Francis cœperit ortus auis.
Reddidit Hectoreæ Gallos iustæq; coronæ:
Hanc licet Andegauus mallet habere sibi.
Intrepido cinctam cogebat Marte Peronam
Tradere spectatæ mœnia duritiæ.
Atrebates captos Gallorum fraude, subegit.
Præpositum Flandris vrbs erat illa caput.
Multaq; Pleumosijs quæ struxit mœnia terris,
Viribus apposuit Dania sæua tuis,
Et steriles saltus & aratri nescia lustra
Reddidit iniectis commoda seminibus.
Quem Libitina senem, tristi præcincta cupressu,
Attigit,& cæcas iussit inire vias.

III.

ARNOLFVS MAGNVS.

Arnolfus patriâ nihil à virtute recessit,
Nec fuit ex vlla parte pudendus avo.
Robur & excelsos naturâ dante lacertos,
Magna fuit nostræ gloria Pleumosiæ.
Restitit infestis Otthonis Cæsaris armis:
Qui (fluit vbi se Legia voluit aquis)
Ciuibus opposuit validam Gandensibus arcem,
Finitimisque dedit plurima damna locis.
Contudit Artois ortos regionibus hostes,
Gens quibus asperior cognita nulla fuit.
Mobilis Andino cessisset Francia bello,
Flandria subsidijs ni foret vsa tuis.
Nec ferro solùm fuit aptus: gessit eàdem
Prudentes oleas & fera bella manu.
Ægra senem torsit duris vesica lapillis,
Qua tua vix maior Sysiphe pœna fuit.
Quumq; moneretur sectorum ferre Galenum:
Ausonio similes edidit ore sonos:
Dij melius: nedum senium clementius opto,
Vicinæ grauior sit mihi pœna necis.

IV.

BALDVINVS III.

Huic pater imperij viuus concessit habenas,
Et senij curas finijt ille sui.
Sed patris ante rogum præmisit funera nati,
Ordinis obliti pallida mors digitis,
Ornantemq; suas,& amatum ciuibus, vrbes
Ter circumductis sol repetebat equis:
Quum tulit auxilium duris tibi Neustria Gallis;
Atq; animâ mortem deficiente tulit.
Sic immaturi carpuntur ab arbore fructus:
Intempestiua sic rapiuntur aues.

V.

ARNOLFVS SECVNDVS.

Opportuna dolis impubis principis ætas,
Quum patris atq; sui lumina clausit auis
Astutiq; fuit bellis obnoxia Galli,
Cognatum veriti nil spoliare suum.
Non ea facturus (Flandrum si grandior ætas
Et toga vestisse sumpta virilis) erat.
Quàm fuerit bellis aptus crescentibus annis,
Vrbs scit ab Hannonijs nomen adepta iugis:
Cepit,& hanc repetente diu defendit ab hoste,
Ad dominos redijt post tamen illa suos.
Atrebates captos & Galli fraude, Duacum
Compulit edictis subdere colla suis.
Rupta sub hoc tempus Francorum linea regum,
Atq; suum cessit Carole Magne genus:
Parisiâ de gente sato (non iure) Capeto:
Quum sua legitimis stirps superesset auis.
In genus ille suum violentæ cedere fraudi,
Consensuque ratam noluit esse suo.
Quem rapuit nullos inspersum vertice canos,
Nubibus inuictas mors adoperta manus.

BALDVI-

VI.
BALDVINVS BARBATVS.

IMberbes nondum tutelæ finijt annos,
Quum patris in cineres vltima dona daret:
Acer at in bello (quum venit fortior ætas,
Et quum prætextam depofuiffet) erat.
Quique priùs turbas & ciuica bella mouebant,
Maluerant nullas tunc habuiffe manus.
Nominis augendi cupidus, re, niique parandi,
Sæua Lotharingis intulit arma iugis:
Cæfare collatis Henrico viribus hofte,
Annua qui meruit numine fefta fuo.
Hic eft ille, fuis qui viribus effe putabat
Ceffurum, quicquid Flandria Martis habet.
Fortibus obfedit Gandenfia mœnia fignis,
Sed voti fructum non tulit ille fui:
Fidaque totius miratus robora gentis,
Pluribus ornandam cenfuit effe bonis.
Imperiumque dedit telluris ab æquore cinctæ,
Tetbios à falfa nomen habentis aqua.
Barbatum niueo veftitum tempora crine,
Præfcripto Lachefis limite fæua tulit.

VII.
BALDVINVS INSVLANVS.

COnferuit validis Frifiæ cum gentibus arma,
Et redijt fufo victor ab hofte domum.
Pertulit oppofitis metuendum viribus hoftem,
Qui dedit imperio Romule iura tuo.
Turribus & varias muniuit mœnibus vrbes,
Et gelidos populi iuffit abire metus.
Hannoniæ montes (vrbs eft ea maxima regni)
Vicit, & hinc nato nomen habere dedit.
Immenfo leges potuit præfcribere regno,
Quando tui regis Gallia tutor erat.
Amplaque quæ fœcundi quæ cingitur æquoris æftu;
Huius ab auxilijs Anglia victa fuit.
Quum fuit hæredis Normanni fubdita votis,
Acceptas Flandro iure ferentis opes.
Quæ dederat nomen, dedit vrnam patria tellus,
Aëre claudenti deficiente diem.

IIX.
BALDVINVS MONTANVS.

HVnc face Ricbildis (cui paruit Hannonis ora)
Vffit, & amborum pectora iunxit Hymen:
Finibus adiecit patrijs (quam munijt) vrbem
In celebri pofitam monte Gerarde tuo.
Non illo melior, nec pacis amantior alter,
Gratior aut patriæ qui numeretur, erat.
Tres nifi rupiffent fatalia ftamina parcæ,
Tertia poft patrem quum rediffet hyems.

IX.
ARNOLFVS III.

MOntanus fratri curandi iura reliquit
Cum populo dominum, Pleumofit ora tuũ.
Æmula tutelam renuit deponere nati,
Et nimium Flandris fæua Ricbildis erat.
Hinc inuenta fuit belli ciuilis origo,
Arnolfus ftygijs quo fuit hofpes aquis.
Qui licet in patria fratrem ditione reliquit
Hæredem, patruo cefferat illa tamen,
Adiuto validis armis & forte fecunda,
Et populi, cuius non leuis ardor, ope.

X.
ROBERTVS FRISIVS.

LAEta paludofis habitanti pafcua terris,
Ereptum Frifio nomen ab hofte tulit.
Vicit & exclufum patria regione nepotem
Præpofitum fceptris Hannonis ora tuis.
Fortiter antiquis Eburonibus exuit arma,
Atque Namurcæis hoftibus acer erat.
Et generum (qui Cymbrorum regnauerat oris)
In templis ftatuam vidit habere fuam.
Semper & optatis vfo feliciter armis,
Alterius belli caufa parata fuit:
Quod folitos Angli nollent perfoluere cenfus;
Vota fed hæc ftygijs merfa fuere vadis;
Quum prius Hebræo foluiffet dona Stoni,
Et patrio fofpes florida ferta lari.

XI.
ROBERTVS II. SOLYMVS.

INduxit pietas & belli fama Robertum
Arma Palæftinis applicuiffe iugis.
Vrbis ad auxilium Solymæ: quæ ferua tyranni
Iura Paretonijs qui tribuebat, erat.
Cepit Idumæas tandem victoria palmas,
Nobilis augurijs, ô Gotifrede, tuis.
Et decus ex illo tantum fibi Flandria bello
Addidit, vt multis inuidiofa foret.
Gent tibi quæ debet fufcepti nomina Chrifti,
Quum premit vrbs muros Antiochena tuos:
Emicuit virtus & fedula cura Roberti,
Intrepidã caftris fubuenientis ope.
Impiger hoftiles latè demeffuit agros;
Et rigidam pepulit, quæ fuit antè, famem.
Vicit & Artafiam Syrijs in finibus vrbem,
Hoftibus Ifiacis & metuendus erat.
Hinc vbi Cypriacum per Nerea, vela referret,
Atque domi Pharias penderet exuuias:
Vrbibus à patrijs Germani depulit arma
Cæfaris, & Batauas Hannoniasque manus.
Quæ pater optauit, poft intulit arma Britannis,
Triftis & his victor Marte fauente fuit.
Donec in egreffos vrgeret prælia Meldos,
Hoftibus & cæfo preffus obiret equo.
Sic vbi cæruleis nauis demergitur vndis,
Cincta procellofis vndique turbinibus.
Tyndareos fruftra compellat nauita fratres,
Nauigioque fimul cum pereunte perit.

XII.
BALDVINVS SECVRIS.

ANxius in fidos iuftè punire latrones,
Vnde fecurigeri nomen habebat, erat:

Vel

Vel quòd Amazoniam fuerit gestare securim,
Vinditiis ut signum principis illa foret.
Quum patris exemplo trepidos vereretur in Anglos,
Lethea capitis vulnera lauit aquâ.
Ex sterili nullos suscepit coniuge natos,
Proximus haeredum sed patruelis erat.

XIII.

CAROLVS DANVS.

EX Canuto genitus Danorum rege, Robertum
Materna Frisium parte ferebat auum.
Sedulus inprimis tenuem defendere plebem,
Aduersus fastum Nobilitatis erat.
Ciuibus octauus reddentem iura videbat
Delius, est nimio quum seges vsta gelu.
Vnde fefellerunt incuruam semina falcem,
Esuries siccas & fletit ante genas.
Ergo quòd inuitis dominis granaria dempsit,
Pauperibusq; stato ciuibus asse dedit.
Et quòd ab exacto nunquam deflecteret aequo,
Occisus Stratiae crimine gentis erat.
Fuscus vbi segni Brugam Rja permeat vnda,
Conscia sanguineae templa fuere necis.
Hoc quicunque sibi de crimine conscius esset,
Non potuit merito non perijsse suo.
Hinc fit vt aeternis scribaris Carole fastis:
Et sit in exemplo gloria magna tuo.

XIV.

GVLIELMVS NORMANNVS.

PRincipis extincti quum nullus tristia natus
Funera, sacratis conderet inferijs:
Gallia Normanum, licet esset iunctior alter,
Maluit haeredis constituisse loco.
Ille sed inuitat subiecit legibus vrbes,
Eius & augurijs Ypra rebellis erat.
Quum seges à flauis esset repetenda colonis,
Pleumosiâ spretus deficiente fuit.
Iura quòd indignis diuenderet omnia nummis,
Et belli neruos accumularet opes:
Vt sua Rotomagi funestis moenia signis,
Cogeret Anglorum deseruisse fidem.
Flandrigenisq; magis gratum (quod proximus haeres
Esset,) in Alsatium quum fera bella parat:
Letali cupidum percussus arundine pectus,
Frigida supremis tutulit ossa rogis.
Acer Aloslanae dum moenibus imminet vrbis,
Irrita sed tepido vota ferente Noto.
Durus inhumanis solet exitus esse tyrannis,
Tantus habendarum quos agit error opum:
Non vt amicitiae blando moderamine credant,
Sed populi regnum firmius esse metu.

XV.

THEODORICVS ALSATIVS.

EDitus Alsatiae patria ditione, Robertum
Faeminea Frisium parte vocabat auum.
Hannonibus iunctos vicinis hostibus Anglos
Auersis pauidos cedere iussit equis.
Quaeq; ab aquis Tenarae seruant sibi nomina, terras.
Reddidit annexas finibus ille suis.
Fulconi socero (cui paruit ora Sionis)
Auxilium contra Memphyos arma tulit.
Et quater à Solyma redijt laudabilis vrbe,
Mente pium terris eripiente senem.

XVI.

PHILIPPVS ALSATIVS.

QVa veteris Rheni tellus & ab aequoris vndis,
Scinditur, Hollandi nomen adepta soli.
Alsatij validis obsistere nescia remis,
Aduersis classem perdidit auspicijs,
Quem victo reducem captiuo principe gentis,
Laeta coronatis Flandria vexit equis.
Descriptis populo mandauit legibus vti,
Certior & dubij formula iuris erat.
Cui dedit Artesiam, neptis dotalia iura,
Antè tui regis Gallia tutor erat.
Sed merces iusto respondet iniqua labori,
Martis & à Gallo prabita causa fuit.
Flander in hunc dura bis centum millia gentis,
Ex populis fertur tunc habuisse suis.
Cinxit Agenoreae firmam Ptolemaidis vrbem,
Peste sed ereptus praeueniente fuit.
At prius in Syrios quàm verteret arma colonos,
(Vt magnis animis suadeat illa capi)
Vexillis atrum coepit praeferre Leonem
Et dedit hac patriae signa ferenda suae.

XVII.

MARGARETA ALSATIA.

HAEc soror extincti genitâ sine prole Philippi,
Principis & coniux Hannonis ora tui:
Vix potuit patrijs haeres succedere terris:
Rege per iniustas impediente vias:
Qui fuit illius gener, & qui coelitus antè,
In clypeum iactat lilia missa suum.
Pòst tamen addicta placatus munere dotis,
(Fertilis Artesia quâ iacet ora) fuit,
Illa sed inspersum lachrymis sortita sepulchrum,
Bis tria Lucinâ pignora dante tulit.

XIIX.

BALDVINVS IMP. BYZANTIVS.

MAterna Flandros, & rexit iure paterno
Hannonas, & populo gratus vtrique fuit.
Atrebates regno coniungere nixus auito,
Coeperat hostiles increpuisse domos.
Fausta sed abrupit iusti certamina belli,
Floribus & spicis Pax redimita comas.
Artesiae tellus Cereris ditissima donis,
Imperio mansit subdita Galle tuo.
Scilicet in fatis vt plus ditionis haberet,
Et populi Graij regna teneret, erat.
Threicia clarum meruit de gente triumphum,
Ciuiles armis quae lacerabat opes.
Vt pia pro Solymâ coniungeret arma Sione
Egressus patrijs quum foret antè locis.

Pontus

Pontus vbi nomen mersa custodijt Helles,
Et Byzantinas Bosphorus arctat aquas:
Æmula Romani superauit mœnia honoris,
Gessit & augusta sceptra tenenda manu.
A Valachis raptus (quum sol rediisset in orbem)
Transtulit ad fratrem Dorica regna suum.
Tunc tanta meæ neque suspice nomina gentis,
Imperij Eoi quæ caput antè fuit.

XIX.

IOANNA BYZANTINA.

HEsperio nupsit genito de rege marito,
In mare vbi rapida se Tagus vrget aqua.
Miscuit intrepidus qui ferrea prælia siguis,
Et renuit Gallis abstinuisse manus.
Sed simulac illos victoria cinxerat alis,
Aspera, quòd nollet cedere, vincla tulit.
Quem tunus Ottho fugit quartus Germania Cæsar,
Et circumpositas qui regit Anglus aquas.
Iungit vbi Scarpus flauenti cornua Scaldi
Non procul à populo Neruia terra tuo.
Quæ prius arbitrio, Fernandi subdere turres
Debuit, & Galli deseruisse fidem:
Iana sedè nexu reducis post fata mariti,
Nescia subsidij Cynthia dena tui:
Principis Allobrogum iusto moderamine fratrem
Vnanimi tenuit sed sine prole thoro.
Et gelida sterilem mutauit morte senectam,
Permisitque suas esse sororis opes.

XX.

MARGARETA BYZANTINA.

MArgaris Auenij post tristia fata mariti,
Qui pater èx illa bis pariente fuit,
Dampetri thalamo socialibus addita tædis,
Est quater à partu libera facta suo.
Quumque thoro mallet genitos regnare secundo,
Quâ iacet vberibus pleumosis ora locis:
Impia conspexit Valachris certamina tellus,
Præposito genitis viliora viro.
Arbitrio Galli, Dampetris Flandria tandem
Cessit & Auenijs Hannonij ora soli:
Quum matrem longis soluissent fata querelis,
Canitie flauas inficiente comas.

XXI.

GVIDVS DAMPETRVS.

Esse ferebatur thalamis nuptura Britanni,
Huius in addictas nata vtbenda domos:
Quum thorus est vinclis, Laurus mutata cupresso,
In patrem Gallo conijciente manus.
Fraudibus accitum socij cum coniuge lecti
Nil veritus Guidum qui tenuisse fuit.
Filia captiuos soluit desponsa parentes,
Obses in illorum, sed moritura, locum.
Et noua deceptum Gallus per fœdera Guidum,
Cùm natis veritus nil retinere fuit.
Pleumosiæque suo præfixit nomine leges,
Quique tuerentur regia iura viros.
Donec auaritiam gentis tolerare superbæ,
Illa recusato noluit imperio.
Vltrices equitum produxit Gallia turmas,
Huc vbi Curtraci conspiciuntur agri.
Hi campi Trasimenus erant, his èxtitit agris
Conscia Romanis Allia vulneribus.
Septingenta trucidatis calcaria Gallis
Eruta sanguineis aurea iugeribus:
Inque fidem veri longos seruata per annos,
Indicium cæsæ nobilitatis erant.
Semper erit nostris hæc cædes cognita fastis,
Qua nihil ad laudem Flandria maius habet.
Mensis erat quo sunt incepti signa Leonis,
Congrua vèxillis Pleumosis ora tuis.
Interea Valachra Flandri regione potiti:
Bella domi nec non sustinuere foris.
Quæ tenet à veteris traiectu nomina Rheni,
Vrbs fuit obsessos tradere iussa lares.
Dissidijs demum confectâ pace remotis,
Quum Guidus patriæ restituendus erat.
Tres infausta senis ruperunt fila sorores,
Antè suas posset quàm rediisse domos.

XXII.

ROBERTVS BETHVNIVS.

Liber ab indignis periuri carceris vmbris,
Quem pater extremos exijt ante dies:
Proximus hæredum, materna nomen ab vrbe
Induit, atque tibi iura Niuerne dedit.
Terra sub occidui pulsatur cardine solis
Amaris, vnde sibi nomina seruat, aquis:
Quæ dabat Hanuonibus dignam certamine causam,
Pax nisi compositis litibus orta foret.
Plus fuit exitij demissis imbribus ortum,
Hinc seges agricolæ non fuit æqua suo.
Et varijs comitata malis successit egestas,
Donec erat precibus mitior ira Dei.
Emeritis fato cessit Bethunius annis,
Eius & ex nato sceptra nepotis erant.

XXIII.

LVDOVICVS CRESSIACVS.

COnstanti cupidis deuinctus fœdere Gallis,
In thalamos venit, regia nata, tuos.
Quæque dedit patruo Slusam ditione tenenti,
Censuit Emporio Bruga nocere suo.
Impatiensque moræ, nullisque coërcita iussis,
Slusia Mulcibero tecta cremanda dedit.
Et Curturiaca Ludouicum cepit in arce:
Vrbis in arbitrio iussit & esse sue.
E quibus exemptus vinclis, & inhospite plebe
(Cynthia quum bis ter plena fuisset) erat.
Quum fidus Gallis, vires opponeret Anglis,
Posthabita populi commoditate sui:
Cressiacis mortem nomenque recepit in agris,
Ante senescentes flebilis vmbra dies.

XXIV.

LVDOVICVS MALANVS.

Vix

VIX erat egressus prima lanugine annos,
Quum patrios vrna composuit cineres.
Appositumque tulit natali nomen ab arce,
Non procul à muris Bruga venusta tuis.
Noluit addictas Angli de semine regis
(Hos populo thalamos conciliante) faces.
Mœsta recusatas adiuuit Flandria partes:
Ille suis exul maluit esse focis.
Pòst redijt tamen, & patria ditione receptus,
Fausta Brabantinis intulit arma locis.
Nec regum domus hoc factum Bruxella negarit
Victa, sed expulso libera facta iugo.
Grudia Palladiæ qui mœnia perfluit vrbis,
Dilia submissis palluit aggeribus.
Maclinia patrijs emptam contractibus vrbem,
Quæque suum Scaldum Thetios auget aquis:
(Qua nunc Mercurius nil ditius vrbe frequentat)
Imperij tenuit sub ditione sui.
Principis ingentes expensas Bruga fouebat
Vt Lyzias ad se ducere posset aquas.
Et priùs addictam Gordunis illius aulam
Maluit ad sedes sollicitare suas.
His sibi Gandenses fecit conatibus hostes,
Captaque crudeli sparsaque cæde fuit.
A quibus in cineres & iniquis versa Britannis
Finitima æquoreis est Neoportus aquis.
Nunc est parua, sed est vicos formosa laresque,
Et mihi natalem præbuit illa locum.
Flebilis exegit meritas Rhamnusia pœnas,
Aspera Gordunis quum Rosebeca fuit.
Æternumque dies asscribitur illa nefastis,
Et locus annali visitur ille prece.
Interea Biturix Malanum sanguine iunctum
Ad stygias cæsum compulit ire vias.

XXV.
MARGARETA MALANA PHILIPPI Valesij Audacis.

AVdaces Heduo vires iungente marito,
Qui de rege tuo, Gallia, natus erat.
Anxia constantem Gandauo demere fastum
(Quod pater & Galli non potuere) fuit.
Quæ simulac longo produci tempore vidit,
Nec desiderijs arma fauere suis.
Maluit optatæ postponere bella quieti,
Vindictæ frenos & statuisse suæ.
Ciuibus & culpâ Gandensibus antè remissa,
Opposita Martem clausit vtrinque sera.
Cœperat ambigua discordia maxima Romæ,
Pontificum sacris autè cupidinibus.
Altera Clementem, pars altera fida colebat
Vrbanum. Gallis causa fuere mali.
Filia maternas nou accedebat ad aras:
Impius in patrem filius hostis erat.
Rara fuit fratrum concordia, rara sororum,
Et fuit vnanimis gratia rupta thori.
Flandria sæua domi timuit tunc bella forisque,
Partibus Vrbani quòd magis æqua foret:
Et quòd adhæreret Clementis Gallia causæ,
Eius & amplexus sacra Philippus erat.
Tunc ego cælitibus gentis placuisse salutem
Arbitror, & bello non tribuisse locum.
Malanæ senium depinxit tempora canis,
Estque repentinâ morte secuta virum.
Illius & veris aspersit patria bustum
Fletibus, & septem prolibus aucta fuit.
Causa meo versu non est indigna referri,
Quæ dedit Audacis nomen habere viri.
Quum sua captiuo innexisset vincula patri,
Largus vbi Anglorum Thammesis auget opes.
Regibus & mensa pariter cœnantibus vnâ,
Astantis famuli tangeret ora manu:
(Orbibus auratis regi qui seruijt Angle,
Inclyta postposito Gallia rege tuo)
Anglus inoffenso rex dicitur ore locutus:
Tu puer audaci robora corde geris.
Sic ait: idque ratum virtus & garrula fama
Reddidit, & ratio nominis illa fuit.

XXVI.
IOANNES DIVIONIVS.

IAnus vbi fatis turbare voleutibus orbem
Ex Getico factus carcere liber erat.
Quosque ferè spacio Lachesis conclusit eodem,
Quum patris atque suæ matris adisset opes:
Liligeri firmâ regis ratione carentis,
Texit ab insidijs sceptra laresque dolis.
Hæc sibi quærentem regis moderamina fratrem,
Aureliæ princeps qui ditionis erat:
Non tulit, & varijs causis augentibus iram
Sanguine Auernales tingere fecit aquas.
Hic vbi (quâ vitreis percurrit Sequana lymphis,)
Edita Parisijs natio fertur aus.
Huius at ille graues pœnas vltricibus vmbris
Perfidia cæsus decipiente dedit.
Hic vbi Moustrolium pollutis cingitur agris,
Et præceps Yonæ Sequana miscet aquas.

XXVII.
PHILIPPVS BONVS.

MOnstrolinm patri facturus iusta subegit,
Non tamen vltnro diruit igne lares.
Immeritos nolo pœnam mihi soluere muros,
Dixit: ad hanc homines qui meruere ferant,
Iuuit, vt iustaret sceptris dotalibus Anglum,
Imperioque daret Sequana iura tuo.
Et Meloduneam conspersit cædibus vrbem,
Quiqne patri diræ causa fuere necis.
Denique nulla fuit pars rerum Galle tuarum,
Quæ non infestas senserit huius opes.
Illa se dimmixtus auxit certamina bellis,
Acris ob vxorem pugna Brabante tuam.

Hæc pertæsa fuit thalamumque fidemque mariti,
Alterius coniux maluit esse viri.
Quo neque læta diu, neque lecto iuncta priori,
Vincula Gandaui debuit æqua pati.
Læsa Caletorum tingebat Flandria portum,
Sed labor in castris irritus ille fuit.
Illinc Gordunam detraxit factio gentem,
Principis & nulla tunc valuere preces.
Brugaque malebat turbas præferre quieti,
Tradere Liladamum quum fuit ausa neci.
Liladamum: cuius non deprimet acta vetustas,
Parisias quibus ceperat antè domos.
Quem furor inuasa confecit vulnere plebis,
Principe plebeias vix fugiente manus.
Et tumidis noua dißidij, noua causa mouenda
Præbita Gordunis seditionis erat.
Quod salis insuetum vectigal soluere nollent;
Dura sed insulsis Gauera pœna fuit.
Ante fatigatis quàm scripsit fœdera Gallis,
Æmula Phryxeæ vellera sanxit ouis.
Æsonides olim quum Colchidis aurea terræ
Vellera & aratos vellet adire boues:
Argiuæ secum delegit robora pubis,
Nobilis ad tantum quæ veheretur opus.
Pro patrijs aris, & relligione tuenda,
Hoc datus exemplo velleris ordo fuit.
Eius ad auctorem si quis putet esse secutum
Velleris augurium quod Gedeonis erat:
Non contendo: mea poterit se pace tueri,
Illius assertor qui rationis erit.
Lethæas, gelido productis vertice canis,
Defleta petijt morte Philippus aquas.
Siue toga Blandus, seu durus cernitur hosti,
Laude vetustatem non moriente feret.

XXIIX.

CAROLVS BELLICOSVS.

EX solido patri successit Carolus asse,
Natus & intrepidi Martis ad arma fuit.
Ingratum valido superauit robore Gallum,
Et Ionis hospitij iura tuentis ope:
His prius in terris tutum sumptuque Philippi,
In patris offensi dum timet esse domo.
Vrbs confisa suis opibus rebusque nouandis
Principis imperio facta rebellis erat:
Flauus vbi liquido miscetur Legia Scaldi,
Et quibus inducta Liuia iunctus aqua.
Sed velut instantem deuitat rusticus imbrem,
Cærula quum fuscas concipit iris aquas:
Sic ea præcipitem non expectare furorem
Maluit vrbs, domini nec renuisse iugum.
Nulla velim sæuis Eburonibus arma fuissent,
Debuit illa vagos gens coluisse lares.
Martia vbi retinet vulgatum Geldria nomen,
Carolus imposuit bellica fræna locis.
Albionis regem profugum, ditione receptum
Iuuit honorata sceptra tenere manu.
Nutia Agrippinis Vbiorum proxima terris,
Penè manus victas tendere iussa fuit.
Hîc ego te dubijs metam posuisse triumphis,
Carole, & Heluetijs abstinuisse velim.
Sic neque fortunæ sensisses tela sinistræ,
Gransonij clades quum tua nota fuit:
Nec sub inhumanis Nanceæ mœnibus vrbis,
Vltima lux oculis esset adempta tuis.

XXIX.

MARIA VALESIA MAXIMI AEMILIANI AVSTRII.

LEgitimo pauidæ coniunctus amore puellæ
Maximus & tædis AEmilianus erat.
Quam prope in vmbrosis venantem saltibus apros,
Aucupio tempus dum terit illa suum:
Subter equi grauiter corpus depressa cadentis,
Pallidulum stygio lauit in amne pedem.
Viderat hæc quintus moderantem Phœbus habenas,
Et quater est thalami pignora nixa sui.
Sic flos in campo veris qui pandit honorem,
Vomere contactus prætereunte cadit.

XXX.

PHILIPPVS AVSTRIVS I.

HEsperijs notus populis & notus Eois,
Maximus in vinclis Aemilianus erat.
Hæc vbi Mercurio potius quàm dedita Marti,
Europæ varias Bruga recepit opes.
Fertur ad illius Plutus timuisse furores
Vrbis, & infidas deseruisse domos.
Auratumque sibi solium defixit in vrbe,
Diuitis ad Scaldem quæ maris addit aquas.
Quum sua maturus cepisset sceptra Philippus,
Flauentes oleæ cinxit honore comas:
Sed dotale breui possedit tempore regnum,
Quâ iacet Hesperij Castilis ora soli.
Brugaque vitales nascenti præbuit auras,
Et iuueni tumulum Bætica terra dedit.

XXXI.

CAROLVS AVSTRIVS IMP. AVGVST.

CArole, siue tuis præconia laudibus addam,
Propositum poterit fine carere meum:
Siue meo demam versu tua facta, videbor
Sic ego virtutes præterijsse tuas.
Quas tamen esse meis maiores indico Musis,
Et reor ambobus nomen habere polis.
Non negat id Gallus, cupidis quem viderat vndis
In tua Ticinus vincula ferre manus.
Quique lacessitum Tyberinus conspicit orbem,
Victorem tinctis te metuebat aquis.
Floret in Hetruscis vrbs Arno peruia terris,
Cinctaque Cæsareo captaque Marte fuit.
Turca minabatur domito venturus ab Istro,
Threicijs Rhenus quòd biberetur equis.
Austriacis tamen est depulsus fortiter oris,
Et timuit tecum conseruisse manus.

Non

Non procul à Lybica Thunis discedis Elysa,
Auxilio Turcas expulit illa tuo.
Geldria Iuliaca deuicto principe gentis,
Non leuis est terra portio facta tua.
Et coniuratis timuit Germania signis
Sed radijs stupuit nominis illa tui.
Intrepidè Saxo quum vincula gessit, & Hessus
Non expectati carceris hospes eras.
Vrbs antiqua fuit (Morini coluere parentes)
Mœnibus excisis hæc tibi victa fuit.
Antè polus segetes, & habebit sidera tellus,
Antè dabit flammas pontus, & ignis aquas:
Quàm tibi Lethea uoceant obliuia ripa,
Fluxaque sit meriti fama futura tui.
Sic (quæ prima tuæ recolit cunabula vitæ
Gandaui) incolumes Flandria seruet opes.

XXXII.

PHILIPPVS AVSTRIACVS II.
REX POTENTISS.

QVæ tibi de cæsis fauit victoria Gallis,
Quintinus Somonæ quà pater astat aquis.
Siue Caletorum quâ Flandria scinditur aris:
Non erit ex versu nota Philippe meo.
Sed dicam iusto quòd pacem Marte petisti
Et bona quòd populo pax fuit orta tuo.
Qua potes inuicti fastos æquare parentis,
Qua reor vtilius nil potuisse dari.
Cana fides laceramq; trahens mœstissima vestem
Relligio, melius tempore pacis habent:
Relligio donum & supremi numinis aura:
Materiam curis præbeat illa tuis.
Nunc Astrea potest æqua rediisse bilance,
Et non visuris munera luminibus.
Nunc iter atque licet maturos carpere fructus,
Nunc dare securis semina jugeribus.
Liberiusque iuuat Musas coluisse, fluetque
Amplior in laudes Castalis unda tuas.
Sed (licet applicuit tibi Martia laurus honores)
Ex oleis semper mitia serta geras.
Et te præcipuis Heroïbus interponet,
Quæ vultu pax est conspicienda tuo.
Sic ea (longæuos tibi quum finiuerit annos)
Temperet exemplo filius arma tuo.

STEMMATA

COMITVM HOLLANDIÆ ET ZELANDIAE DOMInorum Friſiæ.

I. THEODORICVS Aquitanus, primus Hollandiæ ac Zelandiæ Comes à Carolo Calvo Imp. conſtitutus; & ab eodem, quum domeſticâ pelleretur ſeditione, reſtitutus; Egmondæ monaſterium Sanctimonialium extruxit: in quo poſt fata cum poſteris ſuis eſt inhumatus. Obijt autem pridiè Non. Octobris A. C. 903. poteſtatis ſuæ XL. Vxor GENA ſiue GVNNA F. Pipini Minoris Regis Italiæ.

THEODORICVS II. Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Friſios gemino bello domitos coëgit monaſterium Egmondanum, quod exuſſerant, ex lapide reficere: in quo deinceps viros Ordinis Benedicti collocauit. Deceſſit ætate gravis prid. Non. Maij. A. C. 988. poteſtatis ſuæ XXCV. Sepultus Egmundæ. Vxor HYLA ſiue HILDEGARDIS F. Ludovici Francorum Regis.

ARNOLDVS Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, impetrauit ab Othone Imp. vt Hollandia, Franciæ clientelâ liberata, exinde Imperij eſſet beneficium. A Friſijs Occidentalibus VVinckelij occiſus. XVI. Kal. Octob. A. C. 993. Sepultus Egmundæ Vxor LVIDGARDIS F. Theophanis Imp. Byzantini.

EGBERTVS Archiepiſcopus Treverenſis, princeps virtute & eruditione inſignis: obijt A. C. 989. in ſacello S. Andreæ, ab ipſo extructo, ſepultus.

HERLINDIS Abbatiſſa Rheniburgenſis.

THEODORICVS III Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, patris necem vindicaturus, in Friſios movit: & Adelboldum vltraiectinum Epiſcopum acie captum, Iſelmondæ in vinculis detinuit integrum triennium. Palæſtinam quoque vſitatâ illius ſeculi pietate inviſit. Poſt fata inhumatus Egmundæ A. C. 1039. Vxor VITHILDIS, Othonis II. Imp. Rom F.

SIGFRIDVS conditor Stemmatis Brederodiorum.

SIMON progenitor Stemmatis Teilingiorum.

THEODORICVS IV: Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Dominus Friſiæ Dordraco proditione captâ, ex inſidijs telo in femore ictus occubuit Idib. Maij. A. C. 1048. Sepultus Egmundæ ἄγαμος.

FLORENTIVS I. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ; Leodienſem Epiſcopum in acie cæcîdit: Lambertum Comitem Lovanienſem cepit: Colonienſem Præſulem in fugam coniecit: ſed qui inſperato reditu ipſum à victoriâ fatigatum, & iam dormiendo ſub arboris vmbrâ refocillantem, in vico Hemertenſi ad confluentem Moſæ & Valis, obtruncauit A. C. 1062. Cum vxore GERTRVDE, Bernardi Ducis Saxoniæ filiâ, ſepultus Egmondæ. Hæc poſtea nupſit Roberto Friſio, Flandriæ Comiti: qui Hollandiam tutorio nomine octennium adminiſtrauit ſummâ integritate continentiâque. Inſtinctu namque Traiectenſis Epiſcopi, à Gotfrido Gibboſo Lotharingiæ Duce exactus: & in Flandriam ſe recipere eſt coactus A. C. 1071.

THEODORICVS V. Hollandiam magno vix labore, vbi adoleuit, ex manibus Godfridi Lotharingi qui per tyrannidem eam ſibi ſubiugârat, recepit: à cuius cæde (perijt autem Tra-

ALBERTVS *FLORENTIVS,* PETRVS, *Canonici Leodiæ in* *

BERTHA vxor Philippi I. Galliarum Regis: à quo poſtea repudiata, & † iecti

iecti ad Mosam ex vulnere ani, venabulo per latrinam, dum Antuerpiæ alvum oneraret, graviter sauciati) Rempub. XVII. rexit annos. Frisios quoque rebelles domuit. Obijt A. C. 1092. XV. Kal. Septembris: maiorum monumento illatus Egmondæ. Vxor VITHILDIS Friderici Ducis Saxoniæ F.

* Collegio D. Lamberti.

† Monstrolium ad mare est relegata.

FLORENTIVS II. cognom. Pinguis, Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Dominus Frisiæ; princeps optimus, & festa pace nobilis: naturæ fatoque concessit pridie Non. Martij A. C. 1123. potestatis suæ XXXI. Vxor PETRONELLA Supplinburgica, Lotharij Cæsaris soror, fundatrix cænobij Rheniburgi, siue Rinsburgi.

MECHTILDIS Hollandica, nupsit Duci Aureliorum.

THEODORICVS VI. Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, de Frisijs vno die geminam obtinuit victoriam. Rebus humanis exemptus Non. Sextil. A. C. 1163. Sepultus Egmundæ. Vxor SOPHIA F. Othonis Pr. Palatini ad Rhenum, obijt in Palæstina.

FLORENTIVS.
SIMON.

HEDVIGIS consors Gerardi Comitis Geldriæ.

FLORENTIVS III. Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Frisijs subactis, cum Imp. Friderico Barbarossa expeditionem in Syriam suscipiens diem ibi clausit Anno Christi 1190: sepultus Antiochiæ. Vxor ADA F. Henrici Comitis Hundintoniæ, soror Gulielmi Regis Scotorum.

BALDVINVS Antistes Vltraiectinus, varijs bellorum tumultibus afflictus, decessit A. C. 1196. Traiecti sepultus.

OTHO Comes Benthemij.

THEODORICVS præpositus, inde Episcopus Traiectinus, Papiæ sepultus A. C. 1197.

PELGRINVS siue Billigerus, Burggrauius Hollandiæ.

SOPHIA Abbas Fontanellæ.

HEDVIGIS & *PETRONELLA* virgines vestales.

THEODORICVS VII. Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, in Frisia cum fratre Guilielmo satis atrociter conflixit, Brabantiam inde tum exercitu ingressus, vivus in hostium venit manus A. C. 1203. Vxor ADELHEIDA F. Theodorici Comitis Cliviæ.

ALEIDA consors Henrici Geldrij, sepulta Rinsburgi.

ADA mortuo patre, nupsit invitis ac inscijs Hollandorum ordinibus, Ludovico Comiti Lonzo siue Lossensi, qui tandem Hollandiâ fuit exactus, Sepulta Mettelburgi *ἄπαις* A.C. 1204.

GVILIELMVS Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Harlemensium operâ Heliopolin, quam vulgo Damiatam vocant, expugnavit: & Frisiam Orientalem principatui suo subiecit. Tumulatus Rheiniburgi prope Leidam oppidum A. C. 1223. post vndeviginti annos exactos in publica administratione. Vxores eius duæ: ADELHEIDA Othonis Geldriæ; & MARIA Ethmundi Lancastriæ Ducis F. F.

FLORENTIVS Præpositus Vltraiectinus.

ROBERTVS Præfectus Kenemerlandiæ.

ADELHEIDA vxor Arnoldi Comitis Cliviæ.

BEATRIX.

ELISABETH.

MARGARETA.

FLORENTIVS IV. Comes Hollandiæ ac Zelandiæ, Dominus Frisiæ, à Comite Claromontano in ludis Martialibus ob Zelotypiam obtruncatus Anno Christi 1235. Sepultus Rheniburgi. Vxor MECHTILDIS F. Henrici Ducis Brabantiæ, auctrix cænobij Loesdunensis prope Hagam Comitis.

OTHO Præsul Traiectensis, moriens magnum sui desiderium reliquit. A. C. 1249.

THEODORICVS Præfectus Hollandiæ.

RICHARDVS cœnobium Campi Regij extra portas oppidi Delphēsis fundauit.

GVILIELMVS natu minimus, filiam Aleidam ei locauit agnato Bredirodio.

GVILIELMVS II. Comes Hollandiæ, Leidæ natus: iuvenis XX. annorum Aquisgrani ab Electoribus solen-

MECHTILDIS siue MARGARETA Hermano Hennebergico Comiti vno par-

ADELHEIDA nupsit IOAN. Comiti Avennē-

niritu & inauguratione Germanico Imperio præfectus: coutra Flandros multa gessis bella: & Frisiam quoque debellauit: vbi à dispositis insidijs circumuentus, & hastis confossus, perijt V. Kal. Febr. 1255. Sepultus Middelburgi in Zelandia. Vxor ELISABETH F. Othonis Parui Ducis Brunsuigij.

tu adeò numerosam prolem enixa traditur: vt numerum cum diebus anni æquaverit. In cœnobio Loesdunēsi sepulta A. C. 1238.

FLORENTIVS Gubernator Hollandiæ.

si, filio Bochardi Auennij (*de quo in quarto Stemmate Comitū Flandriæ*) qui fratribus vterinis extorsit Hannoniam.

FLORENTIVS V. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, patrem infans sex mensium amisit. Vir factus, patrios manes vlturus, denuo in Frisios mouit. Inter venandum tandem à Gerardo Velsio, ob vim vxori illatam & alijs viris nobilibus viginti vulneribus & amplius coufossus A. C. 1296. V. Kal. Quintil. Sepultus Rheuiburgi. Vxor BEATRIX Guidonis Damperti Flandriæ Comitis F. quibus nuptijs pax inter Flandrenses & Hollandos est firmata.

IOANNES Auennensis, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelādiæ & Frisiæ: Guidonem Dampetrum Flandrum ab obsidione Sirizeę magna clade repulit. Sepultus Valencænis quinto suæ dominationis anno A. C. 1305. prid. Id. Sept. Vxor PHILIPPA F. Henrici Lucemburgij.

IOANNES I. Comes Hollandiæ ac Zelaudiæ, bis rebellautes Frisios magnis affecit cladibus. Obijt A. C. 1300. ἄπαις: Sepultus Reinsburgi. Vxor ELISABETH F. Eduardi I. Regis Angliæ.

GVILIELMVS, THEODORICVS, FLORENTIVS cum tribus alijs fratribus, & quatuor sororibus patrem morte præuertere immatura.

GVILIELMVS III. cogn. *Bonus*, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ; cum Franciæ Rege aduersus Flādros & Bellocassios profectus: dum pernici equo hostium castra perrumpit, deturbatur: sed filij sui virture ac fortitudine restitutus, insigni de hostibus victoria potitur. Obijt VII. Id. Iunij A. C. 1337. Sepultus Valencænis. Vxor IOANNA F. Caroli Valesiorum Comitis.

IOANNES I. cogn. *Immitis*, perijt pugna Corteracensi pro Francis dimicans ἄπαις A. C. 1302.

IOANNES II. Dominus Banmontij, Tolæ, Gandæ, ac Schonhauij: cuius vnicam filiam ac hæredem duxit Ludouicus Blesij Comes.

HENRICVS Canonicus Cameraci.

MARGARETA vxor Roberti Artesij.

ALEIDA cōiunx Comitis Clermontij.

MARIA nupsit Ludouico Magno, primo Duci Borboniæ.

MATHILDIS Niellæ Domino sociata.

III. *GVILIELMVS IV. Comes Hanuoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ: expeditiouem in Saracenos suscepit, & Traiectensis oppuguauit. A Frisijs taudem prope Staueram occisus IIX. Kal. Octob. A. C. 1346. Sepultus primum in cœnobio Floricampi prope Bolsuart; inde Valencænas translatus. Vxor IOANNA F. Ioannis III. Ducis Brabantiæ, ἄπαις.*

MARGARETA Comes Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ ac Hannoniæ: *LVDOVICO Cæsari* nupta, Comitatum ad stirpem Bauarorum transtulit: *de quo vide stirpem Carolinam fol. 223.* Sepulta Valencænis Anno Christi 1351.

PHILIPPA vxor Eduardi III. Regis Angliæ.

IOANNA nupsit Comiti Iuliacensi.

GVILIELMVS V. Dux Bauariæ, Comes Hollandiæ, septimo gubernationis anno mente captus: per XIX. annos iu Palatio Hagensi est custoditus: vbi obijt Anno Christi 1377. Sepultus Valen-

ALBERTVS Bauarus, Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, cum imperio fuit annis XLVI: quibus in Frisios rebelles aliquoties feliciter mouit. Obijt Anno C. 1404. IIX. Kal. Februarij. Cum priore vxore MARGARETA Ludouici Ducis Bregani filia, sepultus in sacello Palatij Hagani. Altera ipsius Vxor MARGARETA

LVDOVICVS Dux Bauariæ.

tenu ἄπαις. Vxor MECHTILDIS *F. Henrici Ducis Lancastriæ.* RETA Adolphi Cliuiæ Ducis F. Hagæ extruxit cœnobium Iacobitarum: in quo est sepulta ἄπαις.

IV.

GVILIELMVS VI. Boius, Comes Hollandiæ &c. patrij exercitus præfectus, necem auunculi magni Gulielmi IV. vindicaturus, cum patre in Frisiam traiecit; indeq; effossum corpus Valencenas deportauit. Leodienses quoque acie superauit: & in Geldros bis mouit. Obijt pridie Kal. Iunij 1417: sepultus Valencenis. Vxores eius duæ: MARIA *Caroli Franciæ Regis F.* ἄπαις. *&* MARGARETA *F. Philippi Ducis Burgundiæ.*

IOANNES Leodicensium Antistes, eiurato sacerdotio factus Comes Hollandiæ; Iacobæ fratrueli, legitimæ hæredi, multum negotij & damni facessit. Obijt A. C. 1424. postrid. Non Ianuarij ἄπαις: sepultus Hagis. Vxor ELISABETH Lucemburgica, Antonij Brabantiæ Ducis vidua.

MARGARETA coniux *IOANNIS Diuionensis siue Intrepidi*, Ducis Burgũdiæ, Comitis Flandriæ, Artesiæ &c. à Franciæ Delphino confossi. A.C.1419.

CATHARINA vxor Eduardi & Gulielmi Geldriæ Ducum sterilis.

ANNA *consors VVencelai Lucemburgij, Regis Bohemiæ.*

IOANNA vxor Alberti Ducis Austriæ.

IACOBA Bauaria Ducissa, Comes Hollandiæ &c: Comitatũ Hollandiæ Philippo Burgundiæ Duci pro libertate quarti mariti abs eo capti tradidit: postquam vno à patris sui morte, & nouem annis post Ioannis patrui tyrannidem, per varios casus interrupto imperio, Hollandiæ & Zelandiæ præfuisset. Sepulta in Haga Comitis.

PHILIPPVS *Bonus*, Dux Burgundiæ, Comes Hollandiæ Imperij Belgici conditor: sanxit Comitia velleris aurei: Lucemburgum expugnauit: Leodienses oppressit, expugnatã euersaq; vrbe Dinanti: factiones Hollandorum composuit. Sepultus Diuione in Burgundia. A.C.1467.

CAROLVS *Bellicosus*, Dux Burgundiæ, Comes Hollandiæ & Zelandiæ, Parlamenti curiam Mechliniæ est conatus: Leodium expugnauit & euertit: Lotharingos debellauit. Ad Nanceium tandem tribus vulneribus confossus perijt. 1477. Non. Ianu.

V.

MARIA Charlesia Dux Burgundiæ, Comes Hollandiæ & Zelandiæ; nupsit *MAXIMILIANO Austriaco Imp. Rom.* Sepulta Brugis quinto administrationis suæ anno, qui fuit A.C. 1482. Maximilianus autem Imp. principatum Hollandiæ resignauit filio Philippo A.C. 1494.

PHILIPPVS Austrius, Dux Burgundiæ, Comes Hollandiæ, &c. obijt in Hispania A.C. 1506. gubernationis suæ XII. Tumulatus Granatæ prope Brugos. Vxor IOANNA F. Ferdinandi Regis Hispaniæ.

CAROLVS V. Imp. Rom. Rex Hispaniæ, Siciliæ &c. Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Flandriæ, Hollandiæ &c.

FERDINANDVS Imp. Rom. Rex Vngariæ & Bohemiæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ &c.

SERIES PRINCIPVM HOLLANDIAE ET ZELANDIAE, DOMInorum Frisiæ.

Anni Christi	Ordo	Nomina	Anni Imperij.
863.	1.	Theodoricus I. Aquitaniæ.	40.
9[illegible].	2.	Theodoricus II. Hollandiæ.	85.
988.	3.	Arnoldus I. Hollandiæ.	5.
993.	4.	Theodoricus III.	46.
1039.	5.	Theodoricus IV.	9.
1048.	6.	Florentius Primus.	14.
1062.	7.	Gertrudis Saxoniæ, vidua.	1.
1063.	8.	Robertus Friſo.	8.
1071.	9.	Gotiphrædus Gibbus.	4.
1075.	10.	Theodoricus V.	17.
1094.	11.	Florentius II. Pinguis.	31.
1123.	12.	Theodoricus VI.	40.
1163.	13.	Florentius III.	27.
1190.	14.	Theodoricus VII.	13.
1203.	15.	Ada.	1.
1204.	16.	Guilielmus I. Theod. VII. Frater.	19.
1223.	17.	Florentius IV.	12.
1235.	18.	Guilielmus II. Rom. Rex.	10.
1255.	19.	Florentius V.	41.
1296.	20.	Ioannes I. Hollandiæ.	4.
1300.	21.	Ioannes II. Hannoniæ.	5.
1305.	22.	Guilielmus III. Bonus.	32.
1337.	23.	Guilielmus IV. Hannoniæ.	9.
1346.	24.	Margarita, ſoror Guil. IV.	5.
1351.	25.	Guilielmus V. Bauariæ.	7.
1358.	26.	Albertus Bauariæ. Guil. V. Frater.	46.
1404.	27.	Guilielmus VI. Bau.	13.
1417.	28.	Ioannes Bauariæ, Electus Leodienſis.	6.
1414.	29.	Iacoba Bauariæ.	10.
1433.	30.	Philippus Burgundio Bonus.	34.
1467.	31.	Carolus Bellicoſus.	10.
1477.	32.	Maria Charleſia.	5.
1482.	33.	Maximilianus Auſtrius.	12.
1494.	34.	Philippus I. Auſtrius.	12.
1506.	35.	Carolus Auſtrius Imp.	43.
1549.	36.	Philippus I. Auſtrius Rex Catholicus.	

MICHA-

MICHAELIS VOSMERI
PRINCIPES HOLLANDIAE ET ZELANDIAE Domini Frisiæ.

I.

THEODORICVS AQVITANIAE princeps.

PRima Batavorum, & Valachræ dotalia gentis,
Sceptra Comes gessi, Calvus vt illa dedit.
Carolus Hollandæ, Frisiaque insignia terræ;
Zelanda asscripsit mox Ludovicus opes.
Seditione tamen solio turbatus, amica
Induperatoris restituebar ope.
Noricus & Danus veriti mea sceptra per annos
Quadraginta: vxor regia Gena fuit.
Hinc vbi vestales Egmundi in valle sacrâram.
Condor humo, Troiæ diuumerandus avis.

II.

THEODORICVS II.

Ille ego qui Batavûm solij successor, & hæres,
Bis Frisiæ vici per fera bella duces.
Æquârant illi chari monumenta parentis,
Virginibusque sacris templa dicata, solo.
Templa pater fragili ligno quæ fecerat antè,
Saxea restituo, dans habitanda viris.
De Franciscìadis legitur mihi virgo puellis
Hyla, ferens clarum Regibus orta genus.
Vix septendecimum iusto moderamine lustrum
Expleram, patris cûm tegor ad tumulum.

III.

ARNOLDVS I.

SIc Arnoldus erã, quem Dardanus Induperator,
Lutcharidis natæ praesuli esse virum.
Didericum prius, hinc Zyphridum sustulit vxor,
Vndè genus iactet gens Brederoda suum.
Nil facit ad titulum minor hic, prior ille triumphet:
Vsurpare dolis iura aliena, nefas.
Regni fatales hostes, sceptrique rebelles
Subieci Frisios armipotente manu.
Non secus occubui (medio licet agmine cæsus)
Quàm Frisiæ prima victor Olympiade.

IV.

THEODORICVS III.

VLtor vt hostiles everriculauerat agros,
At patris inferias quâ iuvat ire viâ.
Dideritus Frisiæ populos conculcat, & vrbis
Vltraiectinæ Præsulem, & arma capit.
Hinc Solymorum emensus iter regnoque superstes;
Vithilidis repetit, magnus honore, lares.
Quadraginta annis & sex regnauit, habendus
Tertius ad nomen, quartus ad imperium.

V.

THEODORICVS IV.

TEr ternas sedi socia sine coniuge messes:
Quippe nihil vita cælibe maius erat.
Germanos vrbis dominos, pepulisse Doretho,
Est nostrum: cædis quod mihi causa fuit.
Namque vbi per victos incautius erro, sagitta
Saucior, illa neci mixta venena tulit.
Nomine cum proavis patrique simillimus atra
Condor humo, cineri consociatus avum.

VI.

FLORENTIVS I.

PRolis egens, postquam frater germane cadebas;
Imperij hæredem me facis esse tui.
Saxone nata meum conscendit virgo cubile
Gertrudis, Floro florida iuncta viro.
Præsul, vt eductis Eburonibus arma ciebat,
Cæditur, & capitur Grudius à Batavis.
Gentis Agrippinæ super hæc dum sterno phalanges
Bis victor, victo cæsus ab hoste cado.
Bis septem vagi, matura volumina solis
Iura dabam Batavûm sextus ab imperio.

VII.

GERTRVDIS SAXONIAE princeps.

PRima Comes Batavum primũ quæ sola per an-
Portendi vidua sceptra Batava manu. (num
Sed tenera metuens soboli, regnoque secundas
In tedas libuit supposuisse fidem:
Qua Frisius solij moderetur frena Robertus,
Coniugis & pueri qua tueatur opes.
Fata tamen properata viro iunxere priori,
Illaque quæ cunctos me tegit vrna patres.

VIII.

ROBERTVS COGNOM. FRISO.

HEctorei socius decoris, quo Cæsaris armis
Nemo mage ob patriam restitit egregius.
Virtutis pretium thalamos, viduataque Rege
Sceptra ferens, hiemes plus minus octo rego.
Italiamque, Cyprum; Salaminaque littora victor
Inuasi, reducis sub iuga Flanter ije.
Coniugium sine labe tori, dulcesque tuebar
Privignos fugiens: Cassale condor humo.

IX.

GOTHIPHRAEDVS LOTHARINGIAE princeps, cognom. Gibbus.

GOthiphradus ego, Vltraiecti Præsulis arte,
Qui Batavum pressi colla superba iugo:
Imperij monumenta mei sunt mœnia Delphi,
Et quas vi colui, non procul vrbe, domos.
Tantæ molis opus confeci quatuor annis:
Nec satis hoc, Frisonum sæpius arma tuli:

Sed

Sed freta, vel terras quid vincere profuit, orbus
Prolis, Traiectum cum moribundus eo?

X.

THEODORICVS V.

Fortunæ domitor cùm Præsulis agmina fudit,
Et repetit patrios iusta per arma lares:
Difficile est, inquit, nisi vi, vi parta tueri:
Euomet iniustas, quas male sorpsit, opes.
Hic Frisiæ victor fatales proterit hostes,
Vtthilidisque viro claudit amica latus.
Sic tria lustra potens hæres, geminumque per annum,
Conditur ad patrios Didericus cineres.

XII.

FLORENTIVS II. cognom. Pinguis.

Vndecimus Comitum Florus, qui diuite gaza
Vicit auos, mitis qui pietate patres.
Cuius & in thalamis generosi sanguinis vxor
Petronella fletu, Cæsaris vna soror.
Virginibus sacris Rheni vel ab arce quietam
Quæ statuit sedem: nomen & arua dedit.
Triginta, iunctis bis senis mensibus, annos
Sedit: amor Batauûm, florida spes Valachrûm.
Et Frisiæ populos, damnata pace, rebelles
Pressit humo: capit hunc, quæ tenet vrna patrem.

XII.

THEODORICVS VI.

Virgo Palatino de principe nata, iugalem
Diderici lectum sancta subit Sophia:
Ille die victor Frisonum bis terga cecidit,
Maluerant fratres signa fidemque sequi.
Vltraiectinis fixit tentoria fossis,
Sceptra gerens, decies dum quater annus abit.
Egmundæque solo post facta nouissima pressus,
Plangit Idumæam, coniugis orbus, humum.
Quærite quid signent hæc spirea serta, Sionis
Quæ tulit vrbe Comes symbola Regis erant.

XIII.

FLORENTIVS III.

Florus ego hanc duxi Scotorũ è Regibus Adan,
Fœcunda sobole est quæ veneranda virum.
Me Comitem ac Dominum cedens victricibus armis,
Terra potens, Frisonum ferre coacta, tulit
Oppida palmiferam petiuit subter Idumen,
Dum Sophiæ tumulum per loca sancta peto.
Terq; nouem autumnis Batauûm qui regna tuebar,
Antiochûm terris condor in æde Petri.

XIV.

THEODORICVS VII.

Pace bonus, belloque potens (cui nupsit Aleidis)
Didericus, Frisonum fratris & arma tulit.
Vicit victores Flandros, Geldrumq; ferocem
Exuit imperio, Præsulis egit equos.
Inde Brabantorum victor, Ducis arma, Nemusq;
Cepit: captorum captus & ipse dolis.
Lustra duo coniuncta tribus Comitem egerat annis,
Vir magnus bello, nunc neq; bella timet.

XV.

ADA THEODORICI VII. F.

Ad æquè proauûm vestigia sorte laborans,
In placita Batauûm pace tulisset opes.
Sideris infausti nisi tadis coniuge iuncta,
Inuisum cunctis imposuisset onus.
Ergòne crudeles superos, thalamumq; iugalem
Damnabit moriens, dum celebratur Hymen?
Quin patrios cineres præuentam morte puellam,
Credite disparili surripuisse iugo.

XVI.

GVILIELMVS I. THEODORICI VII. FR.

En Guilielmus hic est, ferrata puppe per amnem,
Ære cathenatum qui violenter iit.
Harlemum, duce quo, gladium per signa, crucemq;
Appingit stellis: fecit Aleida virum.
Inde Caledoniis vxorem ducit ab Auglis:
Hæc sterilis; fœto nupserat illa sinu.
Post placida Rheni, quàm conditur arce, per annos
Vndeuiginti sceptra Batava tulit.

XVII.

FLORENTIVS IV.

Me patre uata, suas anni qua fœta diebus
Æquauit soboles, parturijtq; gregem.
Ast fatum crudele mihi ter quatuor annis
Amplius inuidit patris abesse rogo.
Quemque ferox Mauors toties hostilibus armis
Eripuit, turpis Zelotypia necat.
Vxor Machteldis, socio viduata cubili,
Vestalem procul haud condit ab arce domum.
Cœnobiumq; soror Campi regalis in horto,
Rycharda Delphi mœnibus obijciet.

XVIII.

GVILIELMVS II. ROMANORVM REX.

Leidis orte, comes Batauûm, Romana gubernãs
Sceptra potens, coniux dum paris Elisabeth.
Margarita tuis animum submiserat armis:
Structa paludatis curia stabat Hagis.
Te dominante Deæ Carmeli conditur ædes
Harmeli, Heroi quæ feret effigies.
Hollanda telluris opes quo in pace tueris,
Bis denus; Latiæ septimus annus erat.
Hinc fera bella vocant, Frisia tu victor in agris
Casus, ab infleto corpore Cæsar abis.

XIX.

FLORENTIVS V.

Vlturus patrios manes, gentisq; tumultus,
Submittis Frisonum castra, virosq; iugo.
Hîc patris inventum (senis arte operaq;) cadaver
Metelloburgum mittis ad exequias.
Quid Flandros arcere paras? en Flore iugalem
Arma Beatricem, non tibi bella ferunt.
Heres Scotorum regni diadema sub hastas
Venatum veheris, præda sed ipsus eras.
Te Velsenus enim bis deno vulnere (factum
Ob fucum vxori) percutit & perimit.

Te

Te fidi flevere canes: Hyperiona circli
Quadraginta unum, cum tumularis, agunt.

XX.
IOANNES HOLLANDIAE princeps.

Iane, Caledonijs uxor deducta Britannis,
Elisabeth, nullo pignore mater erit.
Consilij procerem, Delphi pertaesa iuuentus,
Audebit celsa praecipitare domo.
Tu patrios cineres, Rheni super arce repostos,
Ingrediens quarta messe subibis humum.
Ante licet bellis, per multa pericula magnus,
Et Frisonum spolijs victor onustus eris.
Primus cui nullus regno subscribitur heres,
Duratiq; equitis nomine solus eges.

XXI.
IOANNES HANNONIAE PRINCEPS.

Vstrum Iane Comes Batauo dum condis, in vrbe
Valencenarum conderis orbus humo.
Pulchra Philippa viro tres (belli flumina) proles
Sustulit, hostiles quas timuere manus.
His ducibus fretus contemnis Caesaris arma,
Atq; Brabantorum colla proterua domas.
Hiq; Strizaam tribus obsidionibus vi hem
Soluerunt: facti dux Guilielmus erat.
Elatos animis Flandros, regione Bataua
Palantes, tota cum legione necas.

XXII.
GVILIELMVS II. HANNONIAE princeps, cognom. Bonus.

Post quater octonos Phoebi Guilielme labores
In patrij cineris concipiere loco.
Ianna Valesa tibi claro de flemmate nubit,
Redderis Heroum qua genitrice pater.
Mille equites, censumq; duces, comitumq; senatum,
Octo triumphales cogis inire dies.
Agmina Pleumosiûm, vel equo reuolutus agebas,
Scandis item ac superas agmina Pleumosiûm.
Sumis & iniusta iustas de iudice poenas,
Supposuit sterilem qui meliore bouem.

XXIII.
GVILIELMVS IV. HANNONIAE princeps.

Signa per extremos Numidarum ducere fines
Qui potui victor, sum Guilielmus ego.
Ianna, Brabantorum Iani ducis inclyta proles,
Heu sterili mecum stat sociata toro.
Vltratectinam victricia signa per vrbem,
Et Batauûm statui clara trophaea manu.
Annua ad huc celebrant amburbia Magdala tiues,
Supplicibus pax est, qua Batana illa die.
Tertius inde Comes, Frisijs occisus in armis,
Bolsuardi nona messe subintro solum.

XXIV.
MARGARITA LVDOVICI CAESARIS VXOR GVILIELMI IV. soror.

Te rectrice nefas magnum, Regina, Batauûm
Inuadit terras, dum Ludouicus obit.
Cum gnato quid bella geris, titulosq; reposcis?
Hollandae & Valachrae nomina vendideas
Conscia ciuilis pugnae, dotalia regna,
Quasq; foris poteras vincere, perdis opes.
Sed breue ius sceptri, vidit quod Olympias vna:
Hexia pars varia distrahet inde vice.

XXV.
GVILIELMVS V. BAVARIAE Princeps.

Caesare prognatus, genitricem Marte cruento,
Excipit: en matri quàm genuisse nocet.
Connubio felice tamen Guilielmus amatae
Machtelidis potitur, dum ratione viget.
Filius huic fato nullus, rapiturq; phrenesi:
Dux Cabelausiacae seditionis erat.
Autumnis septem rexit, dein carcere vinctus
Vndeuigeno vere ligatus obit.
Qui prius hostiles Traiecti inuaserat agros,
Nunc Valencenis matris init tumulum.

XXVI.
ADELBERTVS BAVARIAE princeps, Guilielmi V. Fr.

Margarita, Bryga de principe nata Polono,
Alberti in thalamos prima vocata fuit.
Cliuia successit vel eodem nomine coniunx,
Coenobium, atq; vrnam quae sibi struxit Hagis.
Ille per infidam Frisiam feliciter arma
Raptans, deuictos saepiùs hoste redit.
Lustra nouem, seditq; annum donisq; sacellum
Iure sacerdotî quo duce creuit Hagis.
Gothiphradaeum domuit sua moenia Delphum,
Aulâi sacra nunc tumulatus humo.

XXVII.
GVILIELMVS VI. princeps BAVARIAE.

Victor ab infectis Eburonibus abstulit arma,
Sensit vt vltricem Gelria pressa manum.
Conseruit duris Frisiae cum gentibus arma,
(Nempe abauunculus his poscitur inferijs)
Vicit, & ereptum Delphorum robore corpus,
In Valencenis, patre iubente, locat.
Liligeri soboles primo sociata cubili,
Prole carens, subita morte reliquit opes.
Altera Burgundi claro de flemmate coniunx,
Est semel ex thalami pignore facta parens.
Sic tredecim autumnis Batauûm moderatus habenas
Proxima cum patruo busta subibat humi.

IOAN-

XXVIII.

IOANNES BAVARIAE PRINCEPS
Guilielmi VI. Fr.

Vis tua, vel tua fraus, seu gens infida Dorethi,
Illicitas neptis sollicitanit opes,
Cùm Cabelansiaca Jnbuecto corpore patris,
Pnpillæ & viduæ dos tibi præda fuit.
Scilicet, ininstis titulis noua iura petuntur.
Anne Leodinus sufficiebat honos?
Elisabethæis exarsit ab ignibus Heros,
Et sacra missa facit nempe profanus erat.
Regnandi cogebat amor, vel auara libido,
Quæ Batanûm dites inficiebat aquas.
Sed non læta diu fanit Fortuna Tyranno,
Vere senem sexto quæ sepelinit Hagis.

XXIX.

IACOBA BAVARIAE Princeps.

INfelix mulier, quarto variata cubile,
Bis dicor thalami destituisse fidem.
Gorcomi cinxi nnmeroso milite portas,
Nec frustra: victrix vrbe potita fui.
Partibus opposui vires: ter mille Britanni
Me propter gelidæ succubuere neci.
Me contra, hinc patruus tulit, hinc bonus arma Philippus:
Inq; vicem timui vincula, bella, minas.
Ergo resignabam dotalia sceptra Philippo,
Si non sponte, libens: causa maritus erat.
Mortua iungor auo, tantum duo lustra regebam,
Nunquam victa malis, mortua iungor auo.

XXX.

PHILIPPVS BVRGVNDIAE princeps
cognom. Bonus.

PRima Philippe subit sponsalia virgo Michael,
Hinc Bona iuncta soror, pòst Isabella fuit.
Fœdera cum Gallo, veteris dux immemor iræ,
Icis: cum Ganda, Brnga rebellis erat.
Ante Caletornm stabant tentoria portum,
Irrita cnm retrò signa referre iubes.
Velleris aurati scribis statuisq; sodales:
Traiectense pedum gnatus vterq; geret.
Hinc Lucenburgus, Eburonibus inde subactis,
Hamata occnmbit factio tota domi.
Triginta quatuòr Batauûm in regione per annos,
Regnas: defuncte stat Digione rogus.

XXXI.

CAROLVS BELLICOSVS.

CArolus inuidia profugus, discedere terris
Cogor, & offensi linqnere tecta patris.
Tres mihi connubij succedunt iure puellæ:
Vnam Anglus, geminas Gallia pulchra tulit.
Ius Parlamenti, duce me, Mechlinia cæpit.
Vrbem Eburonnm & opes depopulatus eram.
Adieci imperio Geldros, socerumq; Britannum
Restituî: decimus, lauus & annus erat.
Felix Tulingæ victor ditionis haberer,
Si poteram Heluetijs abstinuisse manum.
Sic neq; sub diræ Nanceæ mœnia casus,
Hostili moriens intumularer humo.

XXXII.

MARIA CARLESIA MAXIMILIANI
Austrij coniunx.

MAximus amplexu Mariæ Æmilianus amatæ,
Dotali Batanûm possidet arua bono.
Semisopita diu capit vtraq; factio vires,
Qua patria & cultæ diripiuntur opes.
Ista supinanti (sequitur dum cursibus apros,
Venaturue feram) lapsa necatur equo.
Fecerat hanc terno partu Lucina parentem:
Bruga dedit tumulum: sedit olympiade.

XXXIII.

MAXIMILIANVS AVSTRIVS.

NOn ego sum terræ Batauûm legitimus hæres,
Tutoris pueri functus honore tamen.
Scilicet autumnos bis sex moderator agebam,
Dum tua crescendo nate inuenta venit.
Tunc ego Romani contentus munere sceptri,
Abdito quæ Batauûm iura Philippus init.
Vrbe Neostadi, gemino felix Hymenæo,
Materno Cæsar concipior tumulo.

XXXIV.

PHILIPPVS AVSTRIVS II.

EXieram nondum (prohibebat tempus) ephebis,
Hæredem dotis cum facit esse parens.
Iunxit Aragonio thalamus de stemmate natam,
Ianam, quæ sexta prole vocata parens.
Quippe duos Reges, reginas quatuor, almo
Ventre tulit, quorum Cæsar et vnus erat.
Ter quatuor rexi Batauos Valacrosq; per annos,
Præterea Hesperiæ Rex generosus eram.
Sed breue fatales regnum inuidere puellæ,
Bustaq; Burgorum non procul vrbe fero.

XXXV.

INVICTISS. CAROLVSV. Austrius
Augustus.

HOrrida deuictis tremuit Germania signis,
Gallia, Turca, Anglus, cessit & vnctus Afer.
Herculeas vltra fixi mea signa columnas:
Inclyta quem nostri nominis acta latent?
Lusitana (tori pignus) mihi filia Regem
Edidit, Hesperiæ qui modò sceptra geris.
Lustris octo Comes Batauûm trieteride iuncta,
Augurio fieres quando Philippe fui.
BÆtica me sepelit, vastum mea fama per orbem
ÆEternum viuit: Granata corpus habet.

XXXVI.

D. PHILIPPVS REX CATHOLICVS,

HAc ego (continua veniens de stirpe) Philippus
Sceptra gero, innumeris tradita nuper auis.
Me quater in thalami sociatum iura Cupido
Nexuit, & tædas quarta subiuit amans.

Lusi-

Lusitana prior, fuit altera nata Britanni,
Tertia Ligeri, Cæsaris vlterior.

Auspice me Somona ceciderunt mœnia patris,
Turcorumq; phalanx funditus acta ruit.

DE PRINCIPIBVS BELGII, ac præsertim Hollandiæ & Zelandiæ,

MONOSTICHA incerti Auctoris.

1. THEODORICVS Aquitaniæ.
Per quatuor decadas primus dat iura Batauis.
2. THEODORICVS SECVNDVS.
Septimum hic & decimũ finit moderamine lustrum.
3. ARNOLPHVS HOLLANDIAE.
Quinta sed Arnoldum Phrisijs malè prodidit æstas.
4. THEODORICVS III.
Ter tredecim, septemq; hyemes Theodoricus exit.
5. THEODORICVS IV.
Æstas nona diem supremum infecit ab arcu.
6. FLORENTIVS I.
Hebdomadas Florus geminat amisit in vmbrâ.
7. GERTRVDIS, vidua Florenti.
Vnum Gertrudis sedit viduata Decembrem.
8. ROBERTVS PHRISO.
Octauo retinet sub Consule fræna Robertus.
9. GOTIPHRAEDVS Lotharingiæ.
Temporis & medium vi Gotiphredus obibat.
10. THEODORICVS V.
Hebdomadem decadi Quintus Theodoricus addit.
11. FLORENTIVS OBESVS.
Ac ter septenis decadem Florentius annis.
12. THEODORICVS SEXTVS.
Octo lustra regit Sextus superoreq; relinquit.
13. FLORENTIVS III.
Terq; nouem messes & Florus tertius implet.
14. THEODORICVS VII.
Tertia post decimam te Septime finijt æstas.
15. ADA, Theod. VII. F.
Ada semel tantùm bifrontem vidis Ianum.
16. GVILIELMVS I.
Prime nouemdecies Guilielme potiris habenis.
17. FLORENTIVS IV.
Zelotypus Florum bis sexto sustulit anno.
18. GVILIELMVS II. Rom. Rex.
Cæsar Olympiades quatuor, sed casus, habebat.
19. FLORENTIVS V.
Lustraq; post septem fossus, sex Quinte Nouembrei.
20. IOANNES Hollandiæ.
Per quatuor messes Batauus regnabat Iannes.
21. IOANNES Hannoniæ.
Alter Olympiadem claudit non degener Hanno.
22. GVILIELMVS Bonus.
Trigintaq; duos fasces Bonus inde gerebat.
23. GVILIELMVS IV.
Nona necem quarto in Phrisia prædixit hirundo.
24. MARGARITA Ludouici vxor.
Margarita tibi gliscit noua factio lustro.
25. GVILIELMVS V.
Autumnis septem sedit, rapiturq; phrenesi.
26. ADELBERTVS Bauariæ.
Alberto post lustra nouem non defuit annus.
27. GVILIELMVS VI.
Tertia post decimam Guilielmum sustulit æstas.
28. IOANNES Bauariæ.
Sexta Leodinum nec pacta Ciconia tollit.
29. IACOBA BAVARIAE.
Fœmina per decadem terris iactatur, & alto.
30. PHILIPPVS Burgund. BONVS.
Post decades ternas quatuor Bonus addit aristas.
31. CAROLVS AVDAX.
Carolus hebdomadem trieteride finit in armis.
32. MARIA CHARLESIA.
Præcipitatur equo quintâ Charlesia messe.
33. MAXIMILIANVS AVSTRIVS Imp.
Maximus hebdomadem quinis coniungit aristis.
34. PHILIPPVS I. AVSTRIVS.
Tantundem proles festina morte Philippus.
35. CAROLVS AVGVSTVS.
Carolus autumnis tredecim sex lustra coegit.
36. PHILIPPVS II. CATHOLICVS.
Serius, aut nunquam terris discede PHILIPPE.

STEMMA
COMITVM ET PRINCIPVM HENNEBERGENSIVM.

ORIGINEM Comitum Hennebergiorum quidam ad Italicam Columniorum stirpem referunt: ex quibus Atila ætate vnus, bella intestina & turbas domesticas fugiens, in Franconiam venerit circa A. C. 454. cui locus arcis ædificandæ à Gallina monstratus sit. Quæ fabula, Antonij de Columna, in Germanici Principis familiam ambitiosè se inserere conantis, sermonibus est confirmata. Etsi autem perantiquam hanc esse familiam constat: cuius in Impp. Caroli Magni, & Henrici Aucupis, qui Gotvvaldum & Othonem Comites Hennebergenses in prælio Hunnico ad Mersburgum commilitones habuit, historia mentio fit: tamen certa series Comitum à Poppone primùm, à quo nos exorsi sumus, deducta extat: in duas familias diuisa: quæ à sedibus, altera Schleusingensis, altera Aschacensis appellatæ sunt.

POppo Comes Hennebergensis, pro Henrico IV. Imper. aduersus Rudolphum Sueuiæ Ducem propugnans: in acie ad Mellerstadium gloriosa victricique morte occubuit Anno C. 1078. VII. Id. Augusti. Vxor ADELHEIDA Comes Habsburgensis.

GOTVVALDVS Comes Hennebergius, fundator cœnobij VVesseræ, 1131. obijt Anno C. 1143. Vxor HILTEGARDIS Ludouici Barbati Turingiæ Præsidis F.

DIETBVRGIS Alberto VII. Marchioni Salisquellensi elocata.

BERTHOLDVS Comes Hennebergius, Obijt A. C. 1157. Vxor MECHTILDA Hermãni Marchionis Badeni & Hochburgij F.

GEBHARDVS Episcopus Herbipolensis, commilito Friderici I. Imp. bello Italico contra Mediolanenses; ex ea expeditione reuersus, domi vitam clausit A. C. 1160.

Poppo II. Comes Hennebergensis, Fridericum Barbarossam Imper. in Asiam comitatus, obijt A. C. 1190.

Poppo III. Comes Hennebergius, interfuit ludis Martialibus Norilbergæ celebratis A. C. 1197. Bella quoque gessisse legitur cum Præsule VVirceburgio. Obijt A. C. 1245. Vxor IVDITHA F. Hermanni Landgrauij Turingiæ, relicta Theodorici Marchionis Misniæ.

OTHO Præsul Spirensis, obijt A. C. 1202. officij sui decimo.

BERTHOLDVS Comes, interfuit ludis Martialibus Herbipoli celebratis A. C. 1235. Vxor ANNA Comes Hoheleia.

MARGARETA vxor Henrici Comitis Stolbergensis.

HENRICVS Comes Hennebergius, obijt A. C. 1262. Vxor MECHTILDIS F. Rudolphi Senioris Marchion. Badẽsis.

LVIDGARDIS vxor Ioannis Theologi, Principis Megapolensis.

HERMANNVS frater vterinus Henrici Marchionis Misniæ, obijt 1290.

BERTHOLDVS stirps comitum Hẽnebergensiũ Schleusingæ habitantium.

**
*

HERMANNVS Comitum Hẽnebergiorũ, Aschaci aulę sedem habentium, conditor, obijt A. C. 1292.

HENRICVS Hartenbergæ aulę sedẽ habens interfuit ludis equestribus Ingelheimæ. 1337. *IVDITH vxor Othonis Longi Marchionis Brandeburgij.*

*

POPPO IV. Comes Hennebergius obijt Anno Christi 1291.

ELISABETH † HENRI-

*

HENRICVS Comes Hennebergensis, Aschaci aulæ sedem habens.

AMELIA consors Sigismûdi Comitis Ascaniæ.

vxor Ioannis Burgrauij Noribergensis.

HERMANNVS Comes Hennebergensis, militaris disciplinæ peritissimus, multis bellis interfuit: vnde & Bellicosi cognomentum meruit.

FRIDERICVS Comes Hennebergius familiæ Aschacensis, interfuit ludis Martialibus Heilbrunnæ 1404. Obijt A. C. 1422. Vxor ELISABETH agnata Henrici Schleusingensis F.

GEORGIVS Comes Hennebergensis, cum vxore IOANNA Nassouia, F. Philippi Comitis Nassouij & Saræpontani, matre XII. liberorum, Romhildæ fundauit collegium Obijt A. C. 1465.

BERTHOLDVS Archiepiscopus Moguntinus, cuius excellens virtus, sapientia, & in consilijs ac rebus agendis industria & dexteritas, optimo Cæsari Maximiliano totique Imperio probata & cara fuit; obijt A. C. 1505.

PHILIPPVS Episcopus Bambergensis, diem obijt A.C. 1487. præsulatus sui XII.

GEORGIVS Ordinis Teutonici Magister, obijt A. C. 1608.

HENRICVS Canonicus Argentinensis.

FRIDERICVS Comes Henneber gensis familiæ Aschacensis, Romhildæ habitauit. Obijt A.C. 1488. Vxor ELISABETH F. Vlrici Comitis VVirtembergij.

ANNA vxor Henrici Baronis à Gerah.

HERMANNVS Comes Hennebergius, obijt A.C. 1555. Vxor ELISABETH F. Alberti Achillis Germanici, Electoris Brandeburgij.

ALBERTVS Comes Hennebergensis, obijt ænact A.C. 1549. Vxor CATHARINA Stolbergica Comes, obijt 1577.

APOLLONIA vxor Godfridi VVerneri Baronis Cimbrici.

BERTOLDVS Comes Hennebergensis, obijt ænact A. C. 1549. Vxor ANNA F. Ioannis Georgij Comitis Mansfeldensis.

OTHO
GEORGIVS } Canonici Argentinenses.

Sic extinctâ Comitum Hennebergiorum Aschacensi familiâ, ditiones omnes ad GVILIELMVM IV. Schleusingensem, iam senem septuagenarium, peruenêre.

* *

*

BERTHOLDVS Comes Hennebergensis, Henrici F. Schleusingæ aulæ sedem habens, obijt in Galliâ A. C. 1284. Vxor BRIGITA Hermanni Longi Marchionis Brandeburgij F.

BERTHOLDVS Comes Hennebergius, Francofurti ab Henrico VII. Imp. in Principum ordinem euectus Id. Quintil. A.C. 1310. cui propter virtutem, sapientiam, & fidem apprimè erat carus; vt & ceteris Impp. Alberto Austriaco & Ludouico Boio: Coburgam tenuit: collegiumque Smalcadense fundauit. Obijt A.C. 1340. XVI. Kal. Maij. Vxor AGNES Comes Schuarzeburgica, amita Guntheri Cæsaris.

FRIDERICVS Comes Hennebergius, interfuit ludis Martialibus Schinfurti celebratis. 1296.

SOPHIA vxor Alberti. Burgravij Noribergij.

HENRICVS Princeps Hennebergius, Coburgi aulæ sedem habuit. Obijt A. C. 1347.

CATHARINA nupsit Friderico Strenuo Mar-

IOANNES Princeps Hennebergius, Schleusingæ habitans: è viuis excessit VI. Non. Maij A.C. 1359.

ELISABETH nupta Ioanni principi Anhaltino, marito adeò molesta & intolerabilis fuisse legitur, vt is in spontaneum abierit exilium.

HENRICVS Princeps Hennebergensis, interfuit equestri

chioni Misniæ, & Landgrauio Turingiæ: cuius coniugij ratione (ex urbe Henneberg) ...ensis ditio ad Duces Saxoniæ peruenit. Obijt A. C. 1393. certaminis Dar[illegible] ... ræ [illegible] ... T[illegible] ... Magni Marchio[illegible]s.

GVILIELMVS I. Princeps Hennebergius, [illegible] martialibus Darmstadiæ celebratis cum patre interfuit. Obijt in Cypro A. C. 1424. Vxor ELISABETH (alijs ANNA) Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, Ernesti Gothi [illegible] F. ELISA[illegible] ... Henneberg[illegible]

GVILIELMVS II. Princeps Hennebergensis, pensum vitæ terrestris absoluit VI. Id. Ian. A. C. 1444. Vxor CATHARINA Reinhardi Comitis Hanauiensis F. ALBERTVS P[illegible] Hennebergi[illegible] ... ANNA ... Comes St[illegible]g[illegible]. ANNA [illegible]

GVILIELMVS III. Princeps Hennebergius, Ernestum Saxoniæ Electorem Romam comitatus: obijt Anno Christi 1480. Vxor MARGARETA Henrici Pacifici Ducis Brunsuigij & Luneburgij F.

MARGARETA Vxor Guntheri Minimi, Comitis Schuarzeburgij.

IOANNES Canonicus [illegible] lonensis, Treuirensis, & A[illegible] Abbas Fuldensis. 1477 [illegible] & Isenbachiam arces oppu[illegible] burgum ciuitatem Comiti Reineccio oppignoratam re[illegible] cimas vini, iure vindice, in eadem vrbe obtinuit. Coad[illegible] dem sibi ascito Hartmanno Burggrauio Kirchbergi[illegible] tionis labore confectus, extra aleam fortunæ positus, diem [illegible] C. 1513. XV. Kal. Maij.

BERTHOLDVS Canonicus Argentinensis.

GVILIELMVS IV. Princeps Hennebergius, educatus apud Philippum Palatinum: pius & constantissimus in veræ religionis doctrinâ heros: senex non modò canis & annis, verum etiam [illegible] virtute & fide grauis, nonagenario maior piè & placidè in cœlestis vitæ co[illegible]dinem migrauit A. C. 1559. Vxor ANASTASIA F. Alberti Achillis Ger[illegible] Electoris Brandeburgij, mater XIII liberorum, diem obijt A. C. 1534. OTHO [illegible] Princip[illegible]

IOANNES Canonicus Moguntinus, Argentinensis, & Papæburgensis; Abbatiæ F[illegible]sis annis XX. administrator: vir apprimè eruditus, naturâ & studio eloquens, mire humanus: obijt A. C. 1541.

VVOLFGANGVS Princeps Hennebergius, bello Gallico occubuit A. C. 1[illegible]

GVILIELMVS } CASPAR } *in infantia fato abrepti.*

CHRISTOPHORVS Canonicus Argentinensis, confœderatis principibus be[illegible] militauit contra Imperatorem.

MARGARETA vxor Bernardi Comitis Solmij.

ELISABETH consors Ioannis Comitis Salmensis & Risferscheidij

CATHARINA coniux Henrici Comitis Schuarzeburgij, obijt A. C. [illegible] Nouemb. ætatis suæ LIIX.

GEORGIVS ERNESTVS Princeps Hennebergius, paternæ pietatis & virt[illegible] natus VI. Kal. Iunij A. C. 1511. [illegible] decessit A. C. 1583. Vxor ELISABET[illegible] phori Ducis VVirtembergij, postmodò nupsit Georgio Gustauo principi Palatino [illegible]

POPPO Princeps Hennebergius, natus A. C. 1513. XII. Kal. Octob. *duabus [illegible] ctus vxoribus, ELISABETHÆ Marchicæ, Erici Senioris Ducis Brun[illegible] & SOPHIAE F. Ernesti Ducis Luneburgij: ex neutrâ tamen parens [illegible] rio maior biennio vitam finiens totam simul Principum Henneberg[illegible] finijt.*

FAMILIAE NASSOVIAE

Stemma Primum

COMITVM ET DVCVM GELDRENSIVM.

GENTEM NASSOVIAM in bellis Italicis, Henricorum sæculo, rebus pro Imperio fortiter gestis inclaruisse; & ea donatam ditione, in qua nunc latè imperitat in plures disseminata familias; certum est. Ab exiguis autem initijs eò potentiæ progressa est: vt non tantùm inter vicinos Comites vltro citroque Abnobios montes, qui Cattos ab Angriuarijs & VVestphalis diuidunt, principem sit consecuta locum: sed & ad fastigium Ducum conscenderit; & ditioni angustæ multas alias ampliores adiecerit. Et tantum de dignitate & antiquitate huius Familiæ: nunc ad stemmata ipsa progrediamur.

Ex hac itaque gente ortus.

OTHO Comes Nassouius, Francofurti ad Mœni fluenta ab Henrico IV. inuestitus in Comitem Geldriæ & Zutphaniæ A. C. 1079. Vxor prior ADELHEIDA filia & hæres VVichardi Comitis à Ponte, postremi Geldriæ Curatoris: altera, SOPHIA F. VVichmanni Comitis Zutphaniæ.

GERARDVS Comes Geldriæ & Zutphaniæ, ditionem pacificè rexit anno XXIV. Sepultus Zutphaniæ Anno C. 11[illegible]. Vxor HEDVIGIS F. Florentij II. Comitis Hollandiæ.

GERLACVS Comes Zutphaniæ, [illegible]. Vxor N. Dux Saxoniæ.

HENRICVS Comes Geldriæ & Zutphaniæ; ex Italia, vbi militauerat Friderico I. Imp. contra Mediolanenses, domum reuersus; sopitis bellis, cœnobium Bethlehem prope Detichium condidit. Mortuus A. C. 1162. Vxor SEINARA F. Godfridi III. Brabantiæ Ducis, dotis nomine ad maritum Velnam attulit.

ADALBERO Præsul Leodiensis, ad bella propensior, quàm vitæ conditio suadebat: Bilonium, à Comite Barrensi dolosè occupatum, vi expugnauit recepitque. De nimis laxa Canonicorum suorum disciplina criminatus, ideoque Romam ad dicendam causam citatus: in itinere peste correptus, Ortinæ decessit A. C. 1151. Ibidem sepultus.

GERARDVS II. Comes Geldriæ & Zutphaniæ, obijt ætate Anno C. 1180. Vxor MARGARETA Comes Spanhemij & Hasbaniæ.

ARNOLDVS Archiepiscopus Coloniensis, Obijt 1169. in æde S. Andreæ sepultus.

OTHO II. Comes Geldriæ & Zutphaniæ, manus conseruit cum Godfrido Vltraiectensi Episcopo. Obijt Anno Christi 1202. Vxor RICHARDA F. Gerardi Comitis Iuliacensis.

Filia N. nupta Engelberto Comiti Montensi.

HENRICVS Comes Geldriæ, obijt ante patrem [illegible]. Cum vxore ADELHEIDE F. Theo-

GERARDVS III. Comes Geldriæ & Zutphaniæ, vir bellicosus: militauit Friderico II. Imp. in I-

ADELHEIDA consors Guilielmi I. Comitis Hollandiæ.

derici VII. Comitis Hollandiæ, Rinsburgi inhumatus.

OTHO Præsul Traiectensis; in æde D. Martini tumulatus Anno Christi 1213. ætatis suæ XXIII.

talia: Ruræmundæ tria fundauit cœnobia: obiit senex Anno C 1229. Vxoris eius duæ: 1. RICHARDA Comes Nassouiensis: 2. N. filia Henrici IV. Comitis Brabantiæ, sterilis.

OTHO III. cogn. Claudus, Comes Geldriæ & Zutphaniæ, Nouiomagum vrbem Imperialem ad Rhenum, à Guilielmo Hollando Cæsare sibi oppignoratam pro 21000. marcis argenti puri, Geldriæ adiunxit an. 1248. Ruremundam, Arnhemum, Bommelum, Gochtum, Harderovicum, Vageningam primus muro cinxit. Greuenthalium condidit. His ergo eximijs operibus nobilitatus, Repnb. benè constituta, naturæ debitum persoluit Anno Christi 1271. potestatis suæ XLIII. Vixere in eius consortio MARGARETA F. Theodorici Comitis Iuliacensis, & PHILIPPA Comes Fani S. Pauli.

HENRICVS Episcopus Leodiensis, ... IIX. Kal. Octobr. consecratus: luxui ... dum dedisus; virginum pudicitiam vi ... expugnauit; vnde innumeram sobolem tulit. ... meusem Archipræsulem oppugnauit: arma ... in subditos conuertens, Turdeneuses maxima ... ortus est copijs. Varenenses Consules prof... Leodiensibus terrorem incussit tantum vt pa... peterent, ipsumque in vrbem reciperent. A... post expeditionem Asiaticam aduersus Saracenos, cui ipse quoque interfuit, proximo, a Gre... rio X. in Concilio Lugdunensi dignitate motus. Ioannem successorem, prope Hugardam ... in fuga ab equo lapsum, cepit. A Theod... tandem milite ipsemet occisus: & Ruremunda inhumatus est.

REINHOLDVS siue REGINALDVS cogn. Bellicosus, Comes Geldriæ & Zutphaniæ; captus in prælio contra Ioannem Ducem Brabantiæ, cuius post soceri excessum verus extitit hæres, à Brabantino non prius est dimissus; quàm omne ius, quod in Limburgensem & VVasserburgensem ditiones allegare poterat, ipsi cessit. Extremè à proprio quoque filio captus, infelix princeps, in carcere expirauit A. C. 1326.

OTHO Comes Geldriæ, fundator Abbatiæ Nouimonasterij. ἄτεκν. Vxor MARGARETA F. Theodorici VI. Comitis Cliuiæ.

HENRICVS iuuenis mortuus.

GERARDVS.

IRMGARD ... Theo... co V... miti... uen...

Liberi eius.

ex IRMENGARDE filia & hærede Hermanni Comitis Limburgensis.

ex MARGARETA F. Guidonis Dampetræi, Comitis Flandriæ.

REINALDVS II. cogn. Rufus, primus Dux Geldriæ creatus Francofurti ad Mœnum à Ludouico Boio Imp. Roman. 1339. quem ad expeditionem Italicam secutus fuerat. Patrem impiè captiuum ad mortem vsq; detinuit. Cæterùm musarum ipse mœcenas eximius: in egenos beneficus: ad bella, quæ maxima gessit contra Hollandos & Brabantinos, promptissimus. Obijt Anno Christi 1343.

PHILIPPA vxor VValrafij, Falcoburgi & Montiue Domini.

ELISABETH vidua Adolphi Comitis Bergensis, desponsata Frederico Austriaco, sed deserta, virginem egit Vestalem Coloniæ ad S. Claram.

GVIDO Comes Geldriæ.

MARGARETA siue MARIA, ... iux Theodorici ... Comitis Cliuiæ.

Liberi eius

ex MARIA (al. SOPHIA) filia Florentij Bar... postremi Domini Mechlingensis: quæ oppignoratas aliquot arces marito ademit: mortua quadriennio à nuptijs:

ex LEONORA filiâ Eduardi III. Regis Angliæ prudentissimi & felicissimi, vxore alterâ:

REINALDVS III. Dux Geldriæ secundus, cũ fratre duodeuiginti annos Geldriam in summâ rexit discordia: donec tandem ab ipso captus, post decennij demum vincula, fratre mortuo, est dimissus: cuius tamen fatum paulo pòst ipsemet quoque insecutus est ... A. C. 1371. Vxor MARIA F. Ioannis Comitis Hollandiæ.

ISABELLA nupta Ioanni Blesensi Comiti ...: fratrib⁹ defunctis, cum Ioanna sorore de successione in Geldriæ ducatu cõtendens, defensa est ab Hecherijs. Mors ipsius litem diremit.

EDVARDVS Dux Geldriæ tertius, parricidiali bello ob ducatum cum fratre contendit; à factione Brẽchorstiana defensus: quẽ captum in vinculis vsque ad diem mortis suæ detinuit: quam obijt sauciatus in prælio cõtra VVenceslaũ Ducem Bohæmiæ & Brabantiæ ... A. C. 1371. Vxor CATHARINA F. Alberti Boij, Comitis Hollandiæ:

IOANNA (alijs MARIA) Dux Geldriæ, à Bronchorstijs defensa contra sorores: nupsit Guilielmo IV. Duci Iuliacensi: ad cuius hæredes ducatus iste pòst est deuolutus.

MARGARETA cum ... anna sorore similiter ob Geldriæ ducatum contendit, defensa ab Hecherijs. Nupsit ... Godfrido Comiti Lonco: 2. Ioanni Comiti Cliuensi.

C 4 FAMI-

FAMILIAE NASSOVIAE

Stemma Secundum

DOMINORVM DILLENBERGAE, CATTIMELIBOCI, VIANDAE &c.

ad quos nostra ætate dignitas Principum Aurantiæ est translata.

OTHO Henrici F. VValrami N. Comes Nassouius, cum ma[illegible]bus domicilium suum in vrbe Norica habuit: extra vrbem vero ten[illegible] [illegible]bachinm, Cadelsburgum, & alia nonnulla oppida. Obijt Anno C[illegible]sti 1190.

HENRICVS Comes Nassouius equestris ordinis lumen eximium, sceptra sui regni vltra Abnobios montes extulit: vnde & Diuitis cognomentum tulit. Tenuit namque Dilbergam, Beilsteinam, VVeilburgum, & Idsteinam. Interfuit ludis Martialibus Vormatiæ celebratis A. C. 1209.

Fi[illegible] N[illegible]el[illegible]ta Henrico [illegible] miti Schvar[illegible] burgio

OTHO Comes Nassouius, Dynasta Dillenbergæ & Beilsteinæ.

VVALRAMVS siue VOLRADVS, pater Adolphi Cæsaris, condidit Comites Nassouios VVeilburgicos & Idste[illegible]ios de quo sub Stemmate tertio.

HENRICVS Comes Nassouius in Dillenberga & Beilsteina.

OTHO Comes Nassouius, Dynasta Dillenbergæ & Beilsteinæ. Vxor ADELHEIDA Comes Viandæ.

IOANNES Comes Nassouius, Dynasta Dillenbergæ, Beilsteinæ, & Viandæ; Obijt Anno. C. 1362. IIX. Kal. Maij. Vxor ISABELLA F. Engelberti Comitis Marcani. *al. Margarita.*

ADOLPHVS Comes Nassouius, ἄγαμος. Vxor N. hæres Comitis Diestij.

ENGELBERTVS Comes Nassouius in Dillenberga. Vxor MARIA filia & hæres Philippi Domini Bredæ, dotis nomine hoc dominium ad maritum attulit.

HENRICVS Comes Nassouius, Dominus Beilsteinæ.

Liberi eius

ex CATHARINA Baronissa Rodenrodia.

CATHARINA elocata Reinhardo Comiti Hanauiensi A. C. 1407.

ex GENOVEFA Comite Virneburgica.

OTILIA vxor Philippi Comitis Cattimeliboġæ.

IOANNES Senior, Comes Nassouius in Dillenberga, Vianda, Diesto, & Breda, obijt Anno C. 1475. Vxor MARIA F. Ioannis Comitis & Domini LohenHengsbergæ, & ~~Lohenbergæ~~ Löwenbergæ, matre nata Anna Comite Solmia.

HENRICVS Comes Nassouius ἄγαμος.

MARIA vxor Philippi Comitis Hanauiensis Mintzebergij.

ANNA coniux Ioannis [illegible] souij Domini VVisbadæ & Idsteinæ.

ANNA

[illegible] *A*[illegible] [illegible] *bur*- [illegible] *& post eum* [illegible] *Comitis* [illegible] *b*[illegible]

I[illegible] Iunior, Comes [illegible], [illegible] Dillen- berg[illegible], Viandæ, Bredæ, Die- [illegible]: [illegible] viu[illegible]s esse desijt A.C. 1516. Vxor ELISA- BETH F. Henrici Land- grau[illegible] Hassiæ, & Annæ hæ- red[illegible] C[illegible]m[illegible]atus Cattimeli- bocen[illegible]s.

ENGELBERTVS Comes Nassouius, vir rei militaris apprime peritus. Maximiliano I. Imp. in Belgico fidelissimè seruiuit. Obijt Anno Christi 1494. Vxor LIMBVRGIS F. Caroli Marchionis Badeni.

[illegible]RICVS Comes Nasso- [illegible] [illegible]sta Dillenberga, E- [illegible] rei velleris, & Caroli V. [illegible]bicular[illegible]s: Peronam ir- [illegible]tonia obsid[illegible] paulo post [illegible] e[illegible]uris dece[illegible]t A. C. [illegible] ei CLAVDIA [illegible]s Cabilonensis, Principis [illegible]ia. 1515.

MARIA vxor Io- doci Comitis Hol- satiæ & Schoum- bur[illegible].

ELISABETH nupsit Ioanni Comiti VViedano, Domino in Ronckel & Isenberga.

GVILIELMVS Senior & Di- ues cognomento, Comes Nasso- uiæ, Cattimelibogæ, Viandæ, & Diestij, Dominus Dillenbergæ & Beilsteinæ: pietatis iustitiæque cultor eximius: Ecclesias à Põtifi- cijs sordibus in ditionibus suis re- purgauit litemque cum Philippo Landgrauio Hassiæ, quem mater illi mouerat ob Comitatum Cat- timelibogæ continuauit. Obijt A. C. 1559. Duas ordine habuit vxores. Erenim VVALPVRGI Egmondanã Ioannis F. absque li- beris defunctã; duxit IVLIA- NAM F. Bothonis Comitis Stol- bergij, viduam Philippi Hanaui- ensis, A. C. 1531. quæ In summa se- nectâ vitæ terrestris pensum ab- soluit A.C. 1580. mater XII. libe- rorum ex ipso facta.

[illegible]VS Comes Nassouius & Cattimelibocen- [illegible]nus Viandæ & Diestij, Eques aurei velleris: [illegible]erto Cabilonensi auunculo adoptatus, & Au- [illegible] Princeps nominatus: turbas in Brabantia, à [illegible]o Rozhemio excitatas, virtute sua sedauit Va- r[illegible]m bellilabo ibus & periculis exantlatis; pe- r[illegible] in [illegible]dione Landrisiana, globo tormentali ictus An[illegible]o [illegible] 1544. Idibus Quintilis: Guilielmo patru ele hærede instituto. Vxor ANNA Lotharin- ga, nup[illegible] postea Philippo Croniaco, Comiti Porceano.

1\. GVILIELMVS Princeps Aurengiæ, Comes Nassouiæ, Cattorum, Dietzij, V[illegible]iæ, Marchio Veræ & Vlyssinge, Burggrauius Antuerpiæ, vicecomes Bison- [illegible]j, Baro Bredæ, Diestij, Grimbergæ, Arlei, Nozoreti, Dominus Castrobellini, Pro- præ[illegible] generalis per vniuersum Belgium, Præses Brabantiæ, Hollandiæ, Zelan- diæ, V[illegible]ralecti, & Frisiorum: natus A. C. 1533. XIIX. Kal. Maij horâ 2. min. 12. ve[illegible]pertinâ. Heros fortissimus, manu pariter & armis promptus: Ecclesiæ repur- gator [illegible]iterarum mœcenas: Belgarum assertor, pro quibus nec sibi nec suis pe- percit. quippe qui solus fermè prouinciarum Belgici confusiones, aduersus Phi- [illegible]ppum [illegible]ispaniæ Regem, multis annis, varijs fortunæ vicibus sustinuit. A fami- [illegible] andem suo Balthasare Serak nobili, Delphis in Hollandia, venenatis tribus [illegible]ulis, e machinulâ bombardica emissis, nefariè traiectus vitam finijt A. C. 1584. [illegible]d. Iunij.

LIBERI EIVS

ex ANNA F. Maximiliani Egmondani Comitis Burani, vnica, ductâ 1550. Vi. Id. Iunij: defunctâ A. C. 1558. IX. Kal. Aprilis:

MARIA [illegible] Philippi Comitis à Hohenlohe [illegible]

[illegible]AROLV[illegible] GVILIELMVS Nassouius, Comes Buræ; Iselsteini, Lerdami, Sinimarten[illegible]d[illegible] Dominus, Louanij (vbi literis operam dabat) à Duce Albano captus, & in H[illegible]paniam abductus A. C. 1568.

AGNES tenella ætate extincta.
AMELIA.

3. LVDOVICVS Comes Nassouius & Cattimelibocensis, natus Dillenbergæ A.C. 1577. XI. Kal. Februarij hora 1. minu. 40. p. m. Vir Mauortius, & bellica laude clarus: quippe qui in Belgio ob religionem varia fortuna animo inuicto multa gessit bella: vbi tandem vna cum Christophoro Palatino Rheni ad campos Maucenses perijt Anno Christi 1574. XIIX. Kal. Maij.
4. ADOLPHVS Comes Nassouiæ & Cattimelibogæ, Dominus Beilsteinæ, natus Dillenbergæ A.C. 1540. Id. Quintil. h. 2. min. 45. matutina: fratri Guilielmo fideliter militans, in pugna cum Hispanis ad Groeningam fortiter occubuit A.C. 1568. X. Kal. Iunij.
5. HENRICVS Comes Nassouius, natus Idib. Octobris 1541. h. 5. matutina.
6. CATHARINA Gunthero Bellicoso Comiti Schvarzeburgico
7. IVLIANA Alberto Comiti Schvarzeburgico
8. VVALPVRGIS Hermanno Comiti Neunario
9. MAGDALENA VVolfgango Comiti Hoheloensi
10. ANNA ALBERTO Comiti Nassouio & Saræpontano
11. ELISABETH Conrado Comiti Solmensi Braunfelsio
12. MARIA Guilielmo Comiti in Bergen

(6.–12.) nuptæ.

FAMILIAE

FAMILIAE NASSOVIAE

Stemma Tertium

DOMINORVM VVISBADAE ET IDSTEINAE.

VOLRADVS seu VVALRABVS (quibusdam ADOLPHVS) Heinrici F. Othonis N. Comes Nassouius in VVeilburg & Idstein, apud Rudolphum I. Imper. egit Præfectum Prætorij, qui hodie est Iudex Cameræ Anno C. 1250. Vxor N. filia Henrici Burggrauij Noribergij è Marchionibus Vogburgicis postremi.

ADOLPHVS Comes Nassouius Dynasta VVeilburgi & Idsteinæ; à suo cognato Gerardo ab Eppenstein Archiepiscopo Moguntino (qui ius suffragandi collegis fraude ademptum, in sese totũ transtulerat) Francofurti IIX. Id. Ian. 1292. Imp. renunciatus: quamuis ob nobilitatem generis, & editum sub Rudolpho Cæsare bellicæ virtutis specimen, non indignus videretur Imperio: ad cætera tamen protsus fuit impar. Totus ab Episcopis pependit: adeo vt ne hiscere quidem, nisi ad illorum oscitationes. Eduardo I. Angliæ Regi mercenariam addicens operam contra Regem Galliæ, stipendio centum aureorum millium: quum promissa non præstaret, omnifariam multiplicibus impeditus aduersarionibus: pecuniam ad Turingiæ emptionem; bellum ad spoliandos Marchiones, patris ἀστόργῳ fraude hæreditate legitima excussos, conuertit: quibuscum varia fortuna aliquoties manus conseruit. Friberga, quæ nec vi expugnari, nec fame ad deditionem faciendam cogi potuit, proditione tandem capta; comprehensos in arce XL. præcipuæ nobilitatis viros securi percussit: sperans cæteros, supplicij atrocitate territos, deditionem sponte sua facturos. Quam eius tyrannidem in causa iniusta, sordes præterea atque ambitionem, Germaniæ proceres exosi; iustis ipsum suffragijs Imperio exuere: quod quum armata manu retinere vellet; ab Alberto Austriaco successore ad Spiram acie victus & occisus est VI. Non. Iulij An. C. 1298. In cœnobio Frauenfeldensi primò inhumatus: inde Spiram translatus. Vxor IMAGINA (al. MARIA) Comes Limburgensis.

VVALRABVS Comes Nassouius in VVeilburgo & Idsteina. Vxor ANNA F. Friderici I. Burggrauij Noribergensis ex Comitibus Zollerensibus.

DIETHERVS Archiepiscopus Treuirensis, in Cõfluentinos mouit: in cuius belli sustentationem quum omnia insumeret: collegarum animos valde exulcerauit: à quibus idcircò apud Pontificem Rom. accusatus; iter ad ipsum adornans, morbo perijt A. C. 1307.

PHILIPPVS Comes Nassouius, copiarum patrui in Mysia ductor. Bornæ captus, non nisi ea conditione liberari potuit: vt cederet oppidis, quæ occuparat. Verùm quum promissis non staret, præliumque redintegraret: manu Friderici Admorsi Marchionis Misniæ ipsemet trucidatus; omnesque eius reliquiæ sunt deletæ. A. C. 1309.

EMICHO Comes Nassouius, Norībergæ in cœnobio S. Catharinæ sepultus Anno Christi 1342.

RVPERTVS Comes Nassouius, vir fortis & magnanimus, ἄπαις. Vxor IVDITHA F. VVenceslai, sexti Regis Bohemiæ.

GERLACVS Comes Nassouius, Dynasta VVeilburgi & Idsteinæ: vir pace belloque inclytus: obijt Anno Christi 1361.

MECHTILDIS vxor Rudolphi Electoris Palatini ad Rhenum. 1319.

GERLACVS Archiepiscopus Moguntinus, obijt lumbagine & lithiasi VI. Idib. Febr. Anno C. 1371. Aschaffenburgi: sepultus in cœnobio Erbachiano.

ADOLPHVS Comes Nassouij, Dominus VVisbadæ & Idsteinæ, obijt Anno C. 1370. Vxor N. Ducissa Bergensis.

IOANNES condidit Comites Sarapontanos & VVeilburgios: de quib. vide Stemma IV.

ADOLPHVS Archiepiscopus Moguntinus, obijt Heilingenstadij A.C. 1388. mense Februario, sepultus Moguntiæ.

IOANNES Archiepiscopus Moguntinus Elector, Romæ à Bonifacio IX. Pp. confirmatus: castrum Hochst ad Mœni fluenta construxit. Obijt A.C. 1419. IX. Kal. Octobris: sepultus Moguntiæ.

GERLACVS Comes Nassouius, dominus VVisbadiæ & Idsteinij, bellicis artibus vir insignis: obijt A.C. 1393.

IOANNA (al. Dorothea) coniux Henrici comitis VValdeccij.

ADOLPHVS Comes Nassouius, Dynasta VVisbadiæ & Idsteinij, obijt A.C. 1426 Vxor MARGARETA F. Bernardi Marchionis Badensis.

ADOLPHVS Archiepiscopus Moguntinus electus à Pio II. Pp. contra Dietherum Isenbergium 1460. Moguntiam duorum ciuium proditione nocturno tempore occupauit: quingentos ciues cæcîdit: vrbem fœdè diripuit. Anno vertente captus à Friderico Victorioso Electore Palatino: non nisi dato λύτρων est dimissus. Decessit Eltenfeldi XVI. Kal Octob. A.C. 1475. sepultus in cœnobio Erbachiano.

IOANNES Comes Nassouius, Dynasta VVisbadiæ & Idsteinij, naturæ concessit A.C 1480. Vxor ANNA F. Engelberti Comitis Nassouij in Dillenberga.

ANNA vxor Eberardi ab Eppenstein, dynasta Kunigsteinij.

AGNES (al. MARGARETHA) vxor Conradi Baronis Bickenbachij.

PHILIPPVS Comes Nassouius, Dominus Idsteinij vir Mauortius, Maximiliani I. Imp. castra secutus: ab eodem Copiarum ductoris munere est honoratus. Sepultus Idsteinij A.C. 1490.

ADOLPHVS Comes Nassouius, Dynasta VVisbadiæ & Idsteinij: vir sapiens & prudens; Consiliarius Cæsareus & Iudex Cameræ Imperialis audijt; nec non Gubernator Geldriæ & Zutphaniæ. Sepultus VVisbadæ A.C 1511. Sponsa ipsius ADELHEIDA Mansfeldensis ante nuptiarum solennia diem obijt: vxor verò MARGARETA Hanauiensis A.C. 1504.

ANNA nupsit Othoni Comiti Solmio.

MARIA elocata Ludouico Comiti Isenburgio.

PHILIPPVS comes Nassouius, Dominus VVisbadæ & Idsteiniæ, religionem à Pontificijs superstitionibus repurgauit. Obijt A.C. 1520. Vxor HADRIANA ~~Comes Hannoniæ~~, Ioannis Bergarum ad Scaldim Domini F. obijt A.C 1524.

1. *CATHARINA vxor N. Comitis Ripolskirchiaci nata A.C. 1514.*
2. PHILIPPVS Iunior, Comes Nassouius, natus A.C. 1516 febre quartanâ adolescens extinctus.
3. *MARGARETA Abbatissa VValsdorfiana, nata A.C. 1517.*
6. ANNA sacerdos VValsdorfensis, gemella nata A.C. 1520.

4. ADOLPHVS Comes Nassouius, Dynasta VVisbadiæ & Idsteinij, natus A.C. 1518: obijt florēti ætate. Vxor FRANCISCA [illegible] Lucēburgensis, comes in Ru[illegible]i, vidua Bernardi Marchionis Badensis.

AVMALIA obijt immaturè.

MAGDALENA vxor Ioachimi comitis Mâderschedij.

5. BALTHASAR comes Nassouius, Dynasta VVisbadiæ & Idsteinij, gemellus natus 1520. A.C. primò Commendatorē egit Ordinis Teutonici Gaffenburgi post fratris verò fata in patriam reuersus, vxorem duxit MARGARETAM Comitem Isenbergicam & Budinganam, Reinhardi F. mortuus A.C. 1568. ætat. XLIIX.

IOAN. LVDOVICVS Comes Nassouius, Dominus VVisbadiæ & Idsteinij, paternarum ditionum hæres vnicus, natus A.C. 1567. XVII. Kal. Maij: adolescentiæ annis in bonarum literarum studijs, & perlustratione Galliæ consumptis; matrimonio sibi iunxit MARIAM Ioannis Comitis Nassouij in Dillenberga filiam. A.C. 1588.

FAMILIAE NASSOVIAE

Stemma Quartum

DOMINORVM VVEILBVRGIORVM ET SARAEPONTANORVM.

IOANNES Gerlaci F. Adolphi Cæsaris N. Comes Nassouius, Dynasta VVeilburgius, obijt Anno Christi 1371. Vxor IOANNA hæres Comitatus Saræpontani.

PHILIPPVS Comes Nassouius & Sarępontanus, Dynasta VVeilburgi. obijt A. C. 1429.

IOANNA vxor Hermanni Landgrauij Hassiæ.

LIBERI EIVS

ex ELISABETHA Duce Lotharingiæ.

MARGARETA vxor Gerardi Domini Rodenachere, Croneburgi, & Neoburgi.

IOANNES Comes Nassouius & Saræpontanus: obijt A.C. 1472.

ex ANNA Comite Hoheloensi.

IOANNA consors Georgij Comitis Henneberg ij.

PHILIPPVS Nassouius in VVeilburg. vide A

LIBERI EIVS

ex IOANNA F. Ioannis Comitis Loënsis in Hennesberg.

IOANNA coniux Ioannis I. Comitis Palatini ad Rhenum & Simmerij.

ex ELISABETHA F. Ludouici Comitis VVirtenbergici.

IOAN. LVDOVICVS Posthumus, Comes Nassouius & Sarępontanus, obijt senex A. C. 1545.

LIBERI EIVS

Ex ELISABETHA Palatina Rheni Ioannis F. vxore prima.

OTILIA vxor Ioannis Comitis Senæi.

PHILIPPVS Comes Nassouius & Saræpõtanus, obijt An. C. 1554. Vxor ADRIANA Bergarum ad Scaldim Domina.

ADOLPHVS Comes maritus ANNAE Mansfeldiæ, obijt A. C. 1559.

ex CATHARINA F. Ioannis Comitis Mersæ & Sarverdæ:

IOAN. LVDOVICVS Canonicus Argentinensis.

His itaque absque liberis defunctis, ditio Sarepontana peruenit ad agnatum proximum Albertum VVeilburgium.

A

PHILIPPVS, Philippi F. Dynasta VVeilburgius, obijt Anno Christi 1492.

IOANNES Comes Nassouius, Dynasta VVeilburgi, patrem morte præuertit Anno Christi 1480. Vxor ELISABETH F. Ludouici Pacifici Landgrauij Hassiæ.

LVDOVICVS Comes Nassouius, Dynasta VVeilburgi, obijt Anno Christi 1523. Vx. Maria: Adolphi Com. Nassouij. Dynastæ Wisbadæ F.

PHILIP-

PHILIPPVS Comes Nassouius & Saruerdianus, Dominus VVeilburgi & Lahræ heros pius, magnanimus, & fortis, Euangelij instaurator, in egenos munificus: natus A.C. 1504. IIX. Kal. Octobris. Obijt A.C. 1559.

LIBERI EIVS.

ex ANNA Mansfeldensi Alberti F.	ex *AMELIA F. Ioannis Comitis Isenburgij.*		ex ERICA Comite Manderschitiâ.
ALBERTVS Comes Nassouius & Saræpontanus, Dominus VVeilburgi, Saruerdæ, Lahræ, & Malburgi. Vxor ANNA F. Guilielmi Comitis Nassouij, & Cattimelibocensis. *q[uiev]ît A. 6. 1593. 15. Novemb. sepultus in Olwiler.*	*PHILIPPVS Comes Nassouius, Saræpontanus, & VVeilburgianus. Vxor ELISABETH F. Ioannis Comitis in Dilienberga.*	*Ottilia* N. vxor Othonis Comitis Rheni.	ANNA AMELIA nupsit Georgio Comiti Nassouio in Dillenberga.

LVDOVICVS Comes Nassouius, Saræpontanus, & Sarvverdianus, Dominus Lahræ: nuptias celebrauit cum ANNA MARIA F. Guilielmi Landgrauij Hassiæ A.C. 1589. 8. Iunij.

Wilhelmus Com: Nassa: Saræpont: ... *Jo: Casimir. Com. Nassov. Saræpontan. ... A. 16..*

D 2 STEM-

STEMMA
COMITVM SCHVARZEBVRGIORVM.

VVITEKINDVS Niger, Eques auratus in Saxoniâ, copiarum ductor Edebhardi Saxorum Regis aduersus Francos: sæpenumerò rem feliciter gessit. Ad Buchholcium tandem anno 779. captus, & in Galliam abductus: totum quinquennium illic est detentus, donec Christo nomen daret. Itaque à Ludouico Pio Cæsare ex sacro fonte leuatus; LVDOVICI accepit nomen: & à Carolò Magno terris in Turingico saltu donatus, fortiter postmodò ipsi in Hispania contra Saracenos militauit; hostibus multis prælijs fusis atque debellatis. Obijt A.C. 795. Vxores eius duæ: 1. AGNES Comes VVinsenburgia. 2. BERTHA F. Gualtheri Blisantij, cum tredecim principibus ethnicis ex Hispanijs exacti.

VVITEKINDVS in sacro lauacro CAROLI nomine insignitus, primus Comes Schuarzeburgius (arci quidem in saltu Turingico ad Salam à semet exstructæ id nominis indiderat) ditiones suas pacificè texit annos XXXVI. Mortuus A.C. 832. Vxores eius duæ. 1. N. Comes Hennebergica: 2. ODA F. Henrici Marchionis Stadensis.

VVALPERTVS in baptismo LVDOVICVS dictus, comes Gleichæ. Vxor HILTEGARDIS F. Hilsebrandi Comitis Reineccij.

LVDOVICVS Iunior, Comes Blisantij in Hispania. Vxor MANTILLA F. Sigeberti Regis Ostrofranciæ.

CAROLVS. GVILIELMVS Conditores Comitum Gleichensium.

SOPHIA Habsburgico, IVTHA Ringelhæmio, SVSANNA Hanauiensi, BEGGA Flandriæ } *Comitibus nupsere.*

HILDA Comes Ringelhemia & Mersebur gensis.

POPPO Comes & Dominus Schuarzeburgius, obijt A.C. 861. Vxores eius: 1. N. filia Beringeri Principis Ascaniæ: 2. IVTHA F. VVenceslai Principis Bohemiæ: 3. TIBVRTIA Comes VVestphaliæ.

VVILLA nupsit Hermanno Duci Saxoniæ, Beringeri Regis F.

VVALPERTVS matre Bohemâ natus, Comes Schuarzeburgius, obijt A.C. 879. Vxor N. Baronissa Sternbergensis in Bohemiâ.

HENRICVS Comes. Vxor BRIGITA Stolbergica Othonis F. CAROLVS Comes.

LVDOVICVS Comes Schuarzeburgius, à patris obitu ditionem rexit annos XLI. Mortuus Anno Christi 920. Vxores eius: 1. N. Comes Reinecciа: 2. HILDEGARDIS Comes Mersburgensis.

CATAFLIA Comiti VVethinensi nupta. BARBARA puella mortua.

REGINA Comes Rochlicensis. ELISABETH Comes Hanauiensis. *ANNA Vxor Caspari Com. Stolbergij.*

HENRICVS II. Comes Schuarzeburgius, vir liberalis & strenuus: obijt A.C. 957. Vxor N. Comes VVeissensani.

SIGFRIDVS ordines duxit sub Henrico Aucupe Imp. A.C. 933.

ANASTASIA. APOLLONIA. AGNES.

LVDOVICVS Comes Schuarzeburgius, obijt A.C. 983. Vxor VRSVLA Comes Gleichensis. †

HENRICVS. GVILIELMVS.

GVILI-

GVILIELMVS Comes Schvarzeburgius, terris suis præfuit annis XLVI. defunctus Anno Christi 1029. Vxor N. Comes Rorensania.
ANASTASIA nupta N. Duci VVestphaliæ.
LVDOVICVS. OTHO. HENRICVS. FRIDERICVS.

HENRICVS Comes Schvarzeburgius, obijt A. C. 1052. Vxor ELISABETH Comes Kirchbergæ.
GVILIELMVS.
Filiæ tres, Calbensi, Zollerio, & Toccenburgio Comitibus elocatæ.

AGNES nupsit Comiti Cliuiæ.
SIGISMVNDVS Comes Schvarzeburgius, obijt A. C. 1082. Vxor AGNES F. Othonis Comitis Altenburgij.

ALBERTVS Comes Schvarzeburgius, obijt A. C. 1111. potestatis suæ XXIX. Vxor N. Filia Reineri Comitis Hanauiensis.
GVNTHERVS Comes *Anaus.* Vxor ANNA Comes Stolbergica Bothonis F.
SIGISMVNDVS, OTHO, GVILIELMVS, } sacris initiati.

SOPHIA Comes Castella.
GVNTHERVS Comes Schvarzeburgius obijt A. C. 1131. Vxor N. Comes Hennebergica.
REINERVS Comes.

BERTHOLDVS Comes Schvarzeburgius, heros seuerus, inque suis actionibus constans: obijt Anno C. 1172. Vxor N. Landgrauia Leuchtenbergica.
HENRICVS.
GVNTHERVS.

HENRICVS Comes Schvartzeburgius, obijt A. C. 1193. Vxor BARBARA F. Conradi Burggrauij Noribergensis.
GVNTHERVS.

GERTRVDIS vxor Burggrauij Stromburgensis.
GVNTHERVS Comes Schvarzeburgius, fidelem in bello nauauit operam Philippo Imper. contra Hermannum Turingiæ & Hassiæ Landgrauium. Obijt A. C. 1212. Vxor TETBVRGA Princeps Anhaltina.
CONRADVS immaturè mortuus. *HENRICVS.*

HENRICVS Comes Schvarzeburgius, obijt A. Christi 1225. Vxor N. filia Othonis Comitis Nassouij.
ANNA puella mortua. TETBVRGA monialis. *MECHTILDIS Comiti Vinariensi & Orlamundano nupsit.*
GVNTHERVS.

Filia N. nupta Comiti Cattimelibocensi.
HENRICVS Comes Schvarzeburgius, à Gualthero Libero Barone & Pincerna Vargiliano, qui terras ipsius prædabundus inuaserat, quum ei resisteret, captus; magno se λύτρῳ redemit 1248. Obijt Anno Christi 1253. Vxor ELISABETH Ducissa Meraniæ.

GVNTHERVS Comes.
HENRICVS Comes Schvarzeburgius, Friderico Admorso Landgrauio Turingiæ, aduersus ipsius genitorem Albertum, fortem nauauit operam. Obijt Anno Christi 1282. Vxor MARGARETA Comes Bergensis.
SOPHIA vxor Bertholdi Hennebergij. *BARBARA Comiti Hanauiensi nupsit.* VRSVLA virgo obijt.

GVNTHERVS Comes Schvarzeburgius, oppugnatus ab Adolpho Cæsare, quòd partes foueret Fride-
HENRICVS & GVNTHERVS vitam monasticam sunt professi.
BARBARA elocata Baroni Schvanbergio in Bohemia. *MARGARETA nupsit Hermanno Comiti Lippiensi.*

rici Admorsi Turingiæ Landgrauij. Obijt A.C. 1307. Vxor N. Comes Orlamundana.

ANNA sociata Vlrico Comiti Helfenstenio.

AGNES consors Bertholdi Principis Henneberg ij.

HENRICVS Comes Schuarzeburgius, Erphordiæ perijt in loco fœtido A.C. 1313.

GVNTHERVS Comes Schuarzeb. Iustis armis cum Hermanno Orlamondano, acri conflixu prælio cum Friderico Graui Landgrauio Turingie & Erphordiensibus V. Kal. Nouemb. A.C. 1342.

GVNTHERVS Comes Schuarzeburgius. Vxor MAGDALENA Baronissa Plauensis.

AGNES vxor Reinhardi Comitis Reinsteinij.

GVNTHERVS Comes Schuarzeburgius, princeps insigni & corporis formâ & animi magnitudine, alijsq; virtutibus heroicis ornatissimus: ab Henrico Moguntino, Rudolpho Palatino, Erico Saxone, & Ludouico Romano Brandeburgio, Septemuiris, Francofurti in Regem electus Romanum A.C. 1349. licet prius inaugurationi assentiri nollet, quàm publico decreto testatum fecissent, se in sedem Imperatore vacuam collocari: coronam tamen sumsit Aquisgrani à Moguntino: armatusq; Francofurtum accessit, Carolum IV. æmulum istic præstolatus, quò litem belli decerneret. Verùm is omnem belli vim experiri detrectatus: quum alijs artibus eum exarmari non posset: medicum pecuniâ corruptum subornauit, qui leuiter ægrotanti venenum propinaret. Cuius etsi magnam partem vomitu reiecit: reliquijs tamen ita eneruatus est ac debilitatus; vt ad res gerendas euaderet prorsus inhabilis: Vitâ itaq; desperatâ, acceptis in compensationem impensarum 22000. marcis argenti, & duobus insuper in Turingiâ pagis; Carolum quamuis inuitus salutauit Regem: nec ita multo pòst in viuis esse desijt Kal. Augusti A. C. 1349. ætatis suæ XLIV. Sepultus regio apparatu Francofurti in æde D. Bartholomæi.

GERARDVS Præsul Herbipolensis, à Carolo IV. Imp. Dux Franconia inuestitus A.C 1372. Princeps magnanimus, & bellator strenuus: Marchiones Misnia, arcem Leuchtenburgum agnato principi reddere nolentes, bello quidem afflixit: sed à quibus magna ipse pertulit damna; adeò vt suam Ecclesiam graui ære alieno inuolueret togeretur. Vnde quia ciues iusto grauius onerabat, & inprimis Herbipolenses: tam graue ipsorum sibi conflauit odium, vt etiam arma arriperent: quos tamen paruâ manu felicissimè debellauit, occisis hostium 1300. captis 2000: è suis autem sex duntaxat equitibus desideratis. III. Id. Ianuarij A.C 1400. Triennio pòst è viuis excessit, mense Nouembri, extremâ senectâ.

HENRICVS } ἄπαιδες.
IOANNES }

GVNTHERVS Comes Schuarzeburgius, Dominus Francobusæ & Arnstadi, obijt A.C. 1358.

HENRICVS Comes Schuarzeburgius, auxilio patrui Gerardi Episcopi Herbipolensis, belligerauit cum Friderico & Guilielmo Marchionibus Misniæ & Turingiæ Landgrauijs Anno Christi 1392. Vxor AGNES F. Henrici Comitis Honstenij.

GVNTHERVS Comes Schuarzeburgius, Prouisor Erphordiæ, Halam obsidione cinxit A.C. 1414. Vxor ANNA F. Ioannis Landgrauij Leuchtenbergij.

ANNA vxor Friderici Pacifici Landgraui Turingia, obijt A.C. 1431.

HENRICO Comiti Schuarzeburgio Guntherus frater german' in quinquennali illo cum Magdeburgensibus & Halensibus bello aliquot oppignorauit sartagines: vnde

GVNTHERVS Archiepiscopus Magdeburgius electus A.C. 1403: anno vertente Bernardo Comiti Bernburgio bellum intulit: biennio pòst Kœten Magdeburgiorum auxilijs obsidione cinxit, ob damna, ab Anhaltinus sua diœcesi illata: quæ lis primùm per ciuitates, dehinc per Guilielmum Misnia Marchionem est composita. Porrò Aluensleuium à Marchionib' Brandebur-

noui

[...] postea inter ciuitatem & Archipræsulem orti motus Anno Christi 1436. Vxor CATHARINA F. Friderici Brunsvigij in Regem Romanum electi, ducta Anno Christi 1403.

gijs obsessum, liberauit: arces prædonum multas euertit: cum Magdeburgensibus & Halensibus quinquennale bellum gessit. Cæterum Damensem quoque ditionem, numeratis hæredibus 2000. sexagenis Bohemicis: Eglensis item dominium, à Barbiensibus emptum, episcopæ suæ adiecit. Obijt Gibichensteinæ IV. Non. Aprilis A. C. 1444. Sepultus Magdeburgi.

HENRICVS Comes Schvarzeburgius, Dynasta Arnstadiensis & Sondershusanus. Vxor ELISABETH Marcana, filia Adolphi primi Ducis Cliuiæ.

ANNA vxor Bothonis Comitis Stolbergij.

GVNTHERVS Maior, Comes Schvartzeburgius, Dynasta Arnstadi & Sonderhusæ, Prouisor Elsfeldiæ: tormento læsus in arcis Delmehorstanæ oppugnatione, oppetijt An. C. 1481. Vxor AMELIA F. Volradi Comitis Mansfeldensis.

GVNTHERVS Medius, Comes Schvartzeburgius. Vide A

GVNTHERVS Minimus, Comes Schvarzeburgius. Vxor MARGARETA filia Guilielmi II. Principis Hennebergij.

MARGARETA consors VVoldemari principis Anhaltini.

HENRICVS Archiepiscopus Bremensis & Monasteriensis: Gerardum Altenbergium, virum bellicosum & inquietum, in ciues Bremenses prædas agentem, multis fregit prælijs: incommodis maximis affecit: vitæque se monasticæ mancipare coegit. Sepultus in basilica Monasteriensi A. C. 1496.

OTILIA *Vxor Caroli Baronis [...] nupta A. 1565* (manuscript note)

ANNA vxor Ioannis Comitis Isenbergij & Budingani.

HENRICVS Comes Schvarzeburgius, Dominus Arnstadi & Sondershusæ, obijt An. C. 1538. Vxor CATHARINA F. Guilielmi IV. Principis Hennebergij, obijt A. C. 1567. ætatis suæ LIIX. VII. Id. Nouembris.

ANASTASIA coniux Volradi Comitis VValdecij, nata A. C. 1526. prid. Kal. Aprilis: obijt Corbaci 1570. Kal. April.

ANNA MARIA nupsit Samueli Comiti VValdeckiano Anno Christi 1554. IIX. Id. Octobris.

AMELIA elocata Christophoro Comiti Mansfeldio.

A

GVNTHERVS Medius, Comes Schvartzeburgius, Dominus Arnstadi & Sondershusæ. Vxor CATHARINA F. Brunonis nobilis Domini Querfortensis.

HENRICVS Comes Schvartzeburgius, Dominus Arnstadi & Sondershusæ. Vxores eius duæ: 1. MAGDALENA F. Ernesti Comitis Honstenij. 2. ANNA Nassouia, VVisbadæ Domina, sterilis.

MARGARETA elocata Landtgrauio Leuchtebergio.

CATHARINA nupsit Reinhardo Comiti Hanauiensi & Mintzebergio A. C. 1496.

GVNTHERVS Comes Schvartzeburgius, Dynasta Arnstadi & Sondershusæ, Gehræ defunctus IV. Id. Nouembris A. C. 1552. Vxor ELISABETH F. Philippi Comitis Isenbergij, genitrix decem liberorum.

HENRICVS Canonicus Argentinensis, Francobusij decessit [...] sepultus Sondershusæ. Vxor N. nobilissa Schönberg[...]gica.

1. GVNTHERVS Bellicosus Comes Schuarzeburgius, in literis humanioribus à teneris annis institutus: adultior militiam & graue Martis opus exercuit. Anno 1555. in Belgico pulsis aliquoties & in fugam versis Gallicis copijs, primum heroicæ animi

 animi

animi specimen edidit. Exinde anno 1563.& seqq: in Daniâ sub Friderico II. R contra Ericum Suecum ordines duxit equestres: postmodò anno 1566. supremus in Vngariâ militiæ dux est constitutus à Maximiliano Cæsaré contra Solymannum Turcam: & mox vertente anno oppugnationi arcis Gothanæ interfuit. Extremò Belgicum denuò ingressus, Mathiæ Archiduci & Ordinibus Belgici contra Hispanos militans; Antuerpiæ decessit ἄπαις. Idib. Maij A.C. 1583. ætatis LIV. Vxor CATHARINA Comes Nassouiensis ditionis Dillenbergicæ, soror Germana Guilielmi Principis Auraniæ.

2 IOANNES GVNTHERVS Comes Schuarzeburgius, Dominus Arnstadi & Sondershusæ, sacris adolescens initiatus, factus Canonicus Coloniensis, Herbipolensis, Bambergensis, & Argentinensis: dignitatibus ijs resignatis, vxorem duxit ANNAM F. Antonij Comitis Altenburgij; Sondershusæ in partu extinctam IX Kal. Septemb. A.C. 1579. cuius fata ipse insecutus est A. C. 1586. IIX. Kal. Nouembris, quinquagenario maior annis quatuor: genitor XI. liberorum:

GVNTHERI
ANTONII HENRICI
IOAN. GVNTHERI
CHRISTIANI } *Comitum Schuarzeburgiorum, Dominorum Arnstadi & Sondershusæ.*
SOPHIAE
ELISABETHAE
VRSVLAE } *gemelarum.*
CLARÆ
CATHARINAE SABINAE.
MARIAE.
DOROTHEAE.

3. GVILIELMVS Comes Schuarzeburgius, Louanij & Ienæ literis humanioribus dedit operam. In huius vixit connubio ELISABETH Schliggiana, filia Ioachimi, Comitis Passauni & VVeissenkitchæ in Bohæmiâ: quæ diem obijt ἄπαις. X. Kal. Ianuarij A.C. 1590.

4. ALBERTVS Comes Schuarzeburgius, itidem Ienæ & Louanij liberalibus inuigilauit studijs. Ex IVLIANA F. Guilielmi comitis Nassouij & Dillenbergij ipsi nati

CAROLVS GVNTHERVS
LVDOVICVS GVNTHERVS
ALBERTVS GVNTHERVS } *Comites Schuarzeburgij, Dynastæ Arnstadæ & Sondershusæ.*
ELISABETH IVLIANA.
SOPHIA.
MAGDALENA.
ANNA SIBYLLA.

5. PHILIPPVS Comes Schuarzeburgius.
6. OTHOHENRICVS Comes Schuarzeburgius.
7. AMELIA.
8. MAGDALENA consors Ioan. Alberti Comitis Mansfeldij.
9. ANNA SIBYLLA vxor Ludouici Comitis Isenbergij & Budingani.
10. ELISABETH coniux Ioannis Comitis Altenburgij.

*

Ex eadem gente natus

BALTHASAR Comes Schuarzeburgius, Dominus Leutenbergæ: vir & rectus & ingenuus; bellicis pariter & domesticis virtutibus insignis.

IOAN. HENRICVS Comes Schuarzeburgius in Leutenberga, heros pius, integer, magnanimus, literarum singularis fautor & Mœcenas.

ALBERTVS Comes Schuarzebergius in Leutenbergá, Ienæ bonis literis inuigilans animam Deo reddidit VII. Kal. Feb. A.C. 1555.

PHILIPPVS Comes Schuarzeburgius, Dynasta Leutenbergæ, obijt ἄπαις: Ditio hærede vacua ad agnatos Schuarzeburgios deuoluta. Vxor CATHARINA F. Philippi Ducis Brunsuigij & Grubenhagij.

CATHARINA Ernesto VI. Comiti Honsteinio, & Bothoni Comiti Reinsteinio sociata, decessit ἄπαις.

MARGARETA post fata Henrici Baronis Gehræ, nupsit Othoni Duci Luneburgio & Harburgio.

STEM-

STEMMA

NOBILIVM DOMINORVM QVERFORTENSIVM: à quibus COMITES MANSFELDENSES ſuam deducunt originem.

BRVNO I. nobilis Dominus Querfortenſis. 850. Vxor ODA.

PROZO nobilis Dominus Querfortenſis. 910.

MECHTILDIS Comes Oſterburgica & Altenhuſia.

PROZO II. Dynaſta Querfortenſis 960. Vxor IDA.

THEODORICVS & GVILIELMVS militantes Ludolpho Sueuiæ Duci contra ipſius patrem Othonem I. Imper. exilio abs eo ſunt mulctati Anno Chriſti 935.

BRVNO II. nobilis Dominus Querfortenſis, poſt necem filij cucullum induit. Obijt Anno C. 1008. XIV. Kal. Nouembris: Vxor IDA.

THEODORICVS II.
GVILIELMVS.
CAROLVS 969.

ELISABETH Abbatiſſa Pragæ.

BVRCCARDVS I. nobilis Dominus Querfortenſis 1035. Vxor N. Comes Haldesleuienſis.

GEBHARDVS I. Dynaſta Querfortenſis *πολύτεκνος*. Vxor SOPHIA Comes Mansfeldenſis nongeminos vno partu enixa filios.

BRVNO III. Canonicus Magdeburgius, pòſt monachus Benedictinus: Pruthenis infidelibus Euangelium annuncians; cum XIIX. Chriſtianis capite plexus, martyrij palmam meruit XVI. Kal. Martij. 1008.

GERARDVS Dynaſta Querfortenſis. Vide fol. ſeq. A.

GEBHARDVS Comes Querfortenſis in Supplinburgo & Arnsbergo; hæres Comitatus Haldersleuienſis: occubuit in prælio contra Henricum IV. Imp. A. C. 1075. Vxor HEDVIGIS F. Friderici Florenbachij Boij, Burggrauij Noribergenſis, vidua Theodorici Comitis VVeſtlandiæ.

BVRCHARDVS II. nongeminus, baptizatus cum fratribus in fonte limpidiſſimo infra Querfortum, à patruo Brunone: cuius nomen poſtea retinuit.

MECHTILDIS vxor Conradi Ducis Carinthiæ: *mater Brunonis Præſulis Herbipolenſis; defuncta A.C. 1045.*

LOTHARIVS Comes Querfortẽſis; Supplinburgius, & Arnsbergius; quòd luſu impensè delectaretur Aleator cognominatus: ab Henrico V. Imp. Dux Saxoniæ Elector, ac Lunæburgi Dominus creatus; Magno ex Bilingij poſteris exauctorato. Quam dignitatem quum ab eo idem Cæſar auferre, & in Hoierum Mansfeldium transferre vellet: ipſo ad ſyluam Gnelfonis prope Helmſtadium debellato, gradum ſibi fecit ad culmen Imperij. Duodecimo ergo ab hinc anno, qui eſt 1125. IIX. Kal. Septembris, conuentu Moguntino præter animi ſententiam electus IMPERATOR; coronatus eſt Idibus Aquiſgrani à Friderico Antiſtite Agrippinenſi. Imperium

CONRADVS nobilis Dominus Querfortenſis, obijt in Paleſtina *ἄπαις*. 1141. Vxor SOPHIA Duciſſa Sueuiæ.

GERTRVDIS vxor Simonis I. Ducis Lotharingiæ.
PETRONELLA coniux Florentij II. Comitis Hollandiæ.
RICHSA nupſit Comiti Cliuenſi.
ITHA elocata Gerardo Comiti Bruckhuſano.

rium autem gubernauit non modò fortiter, verùm etiam insigni iustitia, fortitudine, & magnificentia, annos XII. menses tres, dies IV. Continuis vsus victorijs, Fridericum Sueuum cogn. Coclitem, eiusque fratrem Conradum, Imperium affectantes repressit: Leopoldo Duci Austriæ, & Carolo Flandro spem regni abstulit: vrbem Magdeburgum, schismate periclitantem, metu seditionis liberauit: Monasterium VVestphaliæ, partium aduersariarum studiosam, cremauit: Noribergam, Spiram, Augustam, Vlmam rebelles, imperata facere coegit: in Halam Saxonicam exempla statuit: arcem Vinciburgam diruit. Bella quoque externa gessit plurima. Othonis namque Morauí causam suscipiens, cum Vlrico Bohemo, licet parum prosperè, acriter tamen conflixit: in Rugianos mouit: Polonos tributarios, Nordalbingos dicto audientes fecit: Pribislaum Vandalorum Principem sede ad Albim expulit: eorundem idoli statuam euertit: Pomeranos ad Christianam religionem perduxit: Fridericum Alsatiæ Ducem impugnauit: Longobardos contumaces compescuit: Ligures, Hetruscos, Picenos, Vmbros, in deditionem accepit: Innocentium II. Pp. armis restituit: Rogerium Normannum cum Petro Pontifice seditioso Apulia & Calabria exterminauit: Saracenorum reliquias è Bruttijs fugauit. Admiratione virtutis & felicitatis à Calojoanne Imp. Byzantino, & Bela Pannoniæ Rege, gratulationis ergò accepit munera. Magnificentiam eius abundè testantur honores, quos viris fortibus & benè meritis est largitus. Canuto namque Daniæ Regi, Obotritorum donauit prouinciam: Magnum ab Imperatore regni insignia accipere compulit: Henricum Superbum Bauariæ Ducem, Saxoniæ ducatu & dominio Luneburgico donauit: Albertum Vrsum, Marchionem Brandeburgium; Reginaldum Normannum, Bari & Apuliæ Principē; Ludouicum Turingiæ Comitem, Landgrauium; Conradum VVethinens. Misniæ ac Lusatiæ Marchio. Etbonē Ratisbonens. Comitē, Ducem Carinth. Adolph. Schonmburg. Nordalbingiæ Comitem creauit, cœnobia plurima ampliauit & instaurauit: arcē Segebergam in Holsatia; & Vordam ad fl. Ostam, nunc Archiepisc. Bremensis sedem, extruxit: vrbes Chemnitium in montium Suditarum radice, & Cæsaris Lothariam ad Rhenum condidit. Veteres quoque Romanorum leges, in Apulia repertas, per Irnerium I.C. restituit: & Medicorum Arabum ac Maurorum monumenta è Saracenica in linguam Latinam transferri curauit. In reditu ex Italia peste correptus: inter Veronam & Tridētum in villa humili vitam reliquit mortalem III. Non. Decembris A. C. 1137. Princeps virtute, iustitia, literarum amore laudatissimus: diuitijs ac victorijs magnus: quo vix alius maiora per Italiam, indeà Carolo Magno gessit. Sepultus extra Brunsuigam in cœnobio Lothariano, cum vxore RICHSA, Henrici Pinguis Ducis Saxoniæ ad Visurgim Northeimijq; Comitis filia.

LOTHARIVS infans mortuus.	GERTRVDIS in matrimonium collocata Henrico Superbo Duci Bauariæ, Electori Saxoniæ, & post eum Henrico Duci Austriæ; obijt in puerperio A.C. 1144.	HEDVIGIS consors Ludouici Landgrauij Turingiæ.

A.

GERARDVS I. nobilis Dominus Querfortensis, 1076. Vxor ODA F. Dithmari Comitis Amerslebij.

CONRADVS Archiepiscopus Magdeburgius, obijt Anno Christi 1142. IV. Non. Maij præsulatus sui octauo. GEBHARDVS bello Lotharij Cæsaris Bohemico cæsus A. C. 1126.	BVRCHARDVS III. nobilis Dominus Querforti, primus Burggrauius Magdeburgius à patruele Imp. creatus: obijt Anno Christi 1152.	HELENA. *SOPHIA.* CATHARINA. PHILIPPVS. *BRVNO.* CHRISTOPHORVS. 1155.	HENRICVS nobilis Dominus Querfortensis. 1140. REINHARDVS Præsul Mersburgensis 1155. 1173.

BVRCHARDVS IV. Nobilis Dominus Querfortensis, alter Burggrauius Magdeburgius. 1153. Vxor MECHTILDIS F. Lamberti Comitis Turingiæ.	GEBHARDVS nobilis Dominus Querfortensis. 1169.

BVRCHAR-

BVRCHARDVS V. Burggrauius Magdeburgi' ter tius: progenitor Comitũ MANSFELDIORVM

GEBHARDVS nobilis Dynasta Querfortensis, quartus Burggrauius Magdeburgius. 1188. Vxor N. Comes à Keuernburg.

GERARDVS II. Dominus Querforti, Henricum VI. Imp. in Palæstinam comitatus.

MECHTILDIS primò Adolpho Holsatiæ, hinc Henrico Oralamundano, Comitibus nupta.

BERTHA Comes Osterburgica & Altenhusana.

CONRADVS Cancellarius Friderici I. Imp. à cuius obitu in Syria res magnas gessit. Episcopus inde Lubecensis consecratus A. C. 1183. ecclesiam deseruit: & tandem in tumultu populari oppetijt A. C. 1198.

GEBHARDVS nobilis Dynasta Querfortensis, Othonem IV. Imp. & reliquos proceres Halberstadij congregatos, recõciliare studuit cum Alberto Archiepiscopo Magdeburgio, qui Imp. excommunicârat. 1211.

GEBHARDVS primogenit', nobilis Dominus Querfortensis, dissidium inter Marchiones Brandeburgios & Bernardum V Voelpensem composuit.

SIGFRIDVS Episcopus Hildesiensis, Princeps summâ virtute, singulari doctrinâ & sapientiâ conspicuus: conditor Louenburgi arcus munitissimæ: Erupnense oppidum in munitiorem locum transferens, alio nomine Gronavv insignivit. Principes quoq; aliquot à Brunsuigijs magno ære redemisse, ipsosq; Duces Brunsuigios acie postmodò profligasse traditur. Obijt A. C. 1310. V. Kal. Maij, præsulatus sui XXXI.

BVSSO Archiepiscopus Magdeburgius in scismate electus, 1278.

MEINHARDVS Magister Ordinis Teutonici in Prussia.

GEBHARDVS Minor, Canonicus Halberstadiensis. 1299.

GEBHARDVS nobilis Dynasta Querfortensis. 1292. Vxor SOPHIA F. Ludouici Comitis Hakebornij.

BRVNO Præsul Naumburgius, cum VVitigone Misnensi & Henrico Mersburgio synodum celebrauit: quâ decretum Honorij V. Pp. de non alienandis bonis Ecclesiasticis promulgatum A. C. 1256.. Obijt 1316.

RVPERTVS Canonicus Magdeburgius. 1297.

BRVNO nobilis Dynasta Querfurtensis & VVitzenburgius. 1334. Vxor HILTEGARDIS Leuchtebergica.

GEBHARDVS nobilis Dominus Querfortensis 1326. Vxor N Comes Mansfeldensis.

BRVNO nobilis Dominus in Querfort & Schman. 1333. Vxor MECHTILDIS.

GEBHARDVS Præpositus Magdeburgensis. 1323.

GEBHARDVS Dynasta Querfortensis 1358. 1363. Vxor ELISABET.

GEBHARDVS nobilis Dominus Querfordiensis, arcem ac ciuitatem Querfortum abalienaram, cum vxore SOPHIA Mansfeldensi Comite Burchardi F. recepit Anno Christi 1342. Naturæ fatoque concessit Anno Christi 1383.

GERARDVS nobilis Dynasta Querforti. 1356.

LVTHARDA Abbatissa Helfstensis.

IVTHA.

MECHTILDIS.

GEBHARDVS Canonicus Halberstad. 1355.

FOLRADVS Canonic' Magdeburgius, periit bello Hildesiensi. 1367.

BERNARDVS postulatus Episcopus Mersburgi' 1384.

BRVNO nobilis Dominus Querfortensis, obijt 1396.

BVSSO, *GERARDVS* BERNARDVS, Domini Querforti *æquales.*

BVRCHARDVS nobilis Dynasta Querfortensis, obijt ... A. C. 1396. *Vxor N. filia Sigismũdi Anhaltini.*

GEBHARDVS nobilis dynasta Querfortensis obijt A. C. 1406. Vxor ELISABETH.

BRVNO obijt 1383. Vxor ELISABETH Hõsteinia.

HENRICVS obijt 1398. Vxor N. Comes Schuarzeburgica.

MECHTILDIS Abbatissa Helfia 1383. obijt A. C. 1409.

ALBERTVS

ALBERTVS Archiepiscopus Magdeburgius electus 1384. infeliciter manus conseruit cum Rudolpho Electore Saxoniæ. Obijt in arce Gibbichensteina Anno Christi 1403. XV. Kalen. Sextil.

PROZO nobilis Dynasta Querforrensis, diem obijt A. Christi 1423. Vxor AGNES Comes Beichlingana.

BVSSO nobilis Dominus Querfortensis, obijt A. C. 1396.

IOANNES obijt A. C. 1411.

BRVNO Dynasta Querforti, obijt 1405.

GEBHARDVS obijt 1411.

IVTHA vxor Sigismundi Principis Anhaltini.

AGNES vxor Gerardi Domini in Schrapla.

ANNA Ioannis Comiti Beichlingano peperit filium ὁμώνυμον, patrem Felicis nuptæ Carolo Gleichensi, & inde Ernesto Honsteinie.

MARGARETA vxor Ioannis Comitis Barbiensis.

MECHTILDIS Sanctimonialis in cœnobio Francohusano.

PROZO nobilis Dynasta Querfortensis defunctus A. C. 1426.

IOANNES obijt 1429.

GEBHARDVS Dominus Querfortensis, obijt 1432.

BRVNO nobilis Dominus Querfortēsis, filijs nepotiq; superstes, multo senio absq; hæredibus masculis decessit A. C. 1469. Post cuius obitum ditio Querfortensis partim ab Ernesto Archiepiscopo Magdeburgio, partim ab Alberto Saxoniæ Duce est direpta. Vxores eius duæ: 1. ELISABETH Comes Honsteiniana. 2. Anna F. Ernesti Comitis Gleichensis.

MECHTILDIS siue LVTHRVDIS nupsit Othoni Comiti Ascaniæ, Domino Bernburgi.

AGNES nupsit Sigismundo Comiti Gleichensi.

ELISABETH post Conradi Comitis Eglensis excessum, secundis nuptijs iuncta Alberto Claudo Anhaltino, Domino Bernburgi: obijt Querforti A. C. 1482. XIII. Kal. Octobris.

ANNA nupsit Ioanni Comiti Honsteinio, Domino Clettenburgi A. C. 1467.

ODA virgo Vestalis.

BRVNO Nobilis Dynasta Querfortensis, ante patrem obijt quadragenarius III. Non. Septembris A. C. 1495. Vxor BRIGITTA F. Henrici Comitis Stolbergij.

PROZO nobilis Dominus Querfortensis, patrem morte præuertit Anno C. 1470.

AGNES nupsit VVenceslao Domino Bibersteinio. 1450.

CATHARINA matre Gleichensi nata, nupsit Genthero Comiti Schvarzeburgio 1464. obijt 1491.

BARBARA consors Ernesti Comitis Mansfeldensis obijt 1511.

Filia N. vxer Henrici Stolbergij.

Comitis

BRIGITTA Monialis in Kelbra.

GEBHARDVS infans vnius anni in cunis extinctus Anno C. 1495.

CATHARINA Posthuma, virgo vestalis in Trubeck, obijt Anno C. 1553.

STEMMA
COMITVM MANSFELDENSIVM à DYNASTIS Querfortensibus genus suum deriuantium.

BVRCHARDVS V. Burchardi IV. F. Tertij N. Nobilis dynasta Querfortensis, tertius Burggrauius Magdeburgius; Fridericum I. Imp. in terram sanctam comitatus, obijt Antiochiæ A. C. 1189.

BVRCHARDVS VI. Burggrauius Magdeburgensis quintus, & Comes Hardeccius: Albertum Archipræsulem Magdeburgensem, Othonis IV. Cęsaris iussu à Friderico de Care captum, & Grœnbergæ inclusum, liberauit. 1213. Qua de causa ab eodem Imp. Burgo castro obsessus: ita se munijt, vt hostis obsidionem soluere cogeretur. Obijt A. C. 1242. Vxor SOPHIA filia & hæres Burchardi vltimi Comitis Mansfeldensis.

BVRCHARDVS VII. Burggrauius Magdeburgius sextus, obijt 1249.

ODA vxor Eiligeri III. Comitis Honsteinij.

BVRCHARDVS IIX. cogn. Senior, septimus Burggrauius Magdeburgius, Comes Mansfeldensis & Hardeccius partim matris, partim emptionis iure factus An. C. 1264. Vxores eius: 1. MECHTILDIS Comes Schvarzeburgia: 2. IRMGARDIS mortua 1265: 3. ODA Comes Reinsteinia.

BVRCHARDVS IX. cogn. Iunior, Dynasta Querfortensis, Comes Mansfeldæ; & Dominus Schraple, obijt *[illegible]* A. C. 1266. Vxor ODA Comes in Lochau.

SOPHIA Othoni Comiti Ortenburgio elocata.
Filia N. nupsit Alberto Comiti Arnsteinio.

BVRCHARDVS X. Burggrauius Magdeburgius octauus, Comes Mansfeldensis, &c. piè educatus, Rempub. frugaliter & pacificè administrauit: vnde & pater patriæ, & Angelus pacis passim est cognominatus. Obijt colica siue calculo IIX. Id. Decembris A. C. 1311. Vxor SOPHIA. F. Henrici Comitis VVethini.

SOPHIA Abbatissa Helftæ.

GEBHARDVS, nonus Burggrauius Magdeburgius, obijt 1248. Vxor IRMGARDIS Comes Schvarzeburgica.

BVRCHARDVS XI. Comes Mansfeldensis; quia sub hæreditatis diuisionem, inter patrem & patruū factæ esset editus, scripsit se quoque nobilem Dominum Querfortensem; & Burggrauium Magdeburgium. Vxor ODA F. Alberti Comitis VVarnigerodij.

ODA Domina Hadmerslebia.
SOPHIA virgo Sanctimonialis.

VOLRADVS I. Comes Mansfeldensis obijt 1326.
BVSSO III. } mortui 1336.
GEBHARDVS II }
SIGFRIDVS Comes Mansfeldensis obijt 1346.
OTHO Comes Mansfeldius.

GEBHARDVS III. Comes Mansfeldensis, defunctus postridie Non. Nouembris. 1382. Vxor LVITGARDIS siue Luthraga; Comes Falco- *

AGNES Comiti Stolbergio nupta.
SOPHIA consors Gebhardi nobilis Domini Querfortensis: qui hoc connubio arcem & ciuitatem Quer †

 ALBER-

ALBERTVS Canonicus Hildesienſis, Merſburgenſis Epiſcopus poſtulatus, proxima poſt inaugurationem nocte deceſſit. 1366.

ſteinia, diem obijt A. C. 1376.

fortum ſtirpi ſuæ recuperauit.

BVRCHARDVS Monachus Franciſcanus Aſcherslebij defunctus 1367.

ALBERTVS Iunior, Comes Mansfeldius, Grellenbergam emptionis titulo Comitatui adiecit; Holcellæ ſepultus ἄπαις A. C. 1362. Vxor HELENA.

FRIDERICVS Comes, ἄπαις. Vxor BERTHA. *

ALBERTVS III. Comes Mansfeldius, in bello Hildeſienſi, quo Magnus Torquatus Dux Brunſuigius eſt captus, oppetijt A. C. 1367.

HOIERVS IV. Comes Mansfeldius, confirmaſſe legitur anno 1395. donationem Henrici à Maltitz, qua templo S. Nicolai Islebienſi aliqua legauit bona.

GVNTHERVS I. Comes Mansfeldenſis, cum fratre Buſſone à Burchardo & Vlrico Reinſteinijs emit Arnſteinam A. C. 1357.

BVRCHARDVS VII. Comes Mansfeldius obijt An. Chriſti 1379. Vxor AGNES.

MECHTILDIS conſors Guntheri Comitis Keuerenburgij.

BVSSO III. Comes Mansfeldēſis, naturæ debitū per ſoluit A.C. 1392. Vxor AGNES F. Magni Ducis Brunſuigij & Luneburgij ducta 1366.

GEBHARDVS IV. Comes Mãsfeldenſis, ἄπαις. Vxor MATHILDIS.

BVSSO Comes Mansfeldius.

GEBHARDVS Canonicus Magdeburgius, in varijs locis operam bonis nauauit literis.

ANNA nupſit Comiti Gleichenſi.

GVNTHERVS II. Comes Mansfeldius, Hatzketodæ venditor 1398. obijt A. C. 1412. Vxor ELISABETH Comes Lindauienſis & Ruppinenſis.

ALBERTVS IV. Comes Mansfeldius. Vide A.

VOLRADVS Comes Mansfeldius, Conſiliarius Sigiſmundi Cæſaris 1411. inſtituit & confirmauit Senatum Islebienſem 1448. & cum Gunthero fratre, ac reliquis agnatis Comitibus bona multa emptionis nomine Comitatui adiecit. Obijt A. C. 1450. XIIII. Kal. Sextil. Vxores eius. 1. ANNA Comes Gleichenſis: 2. MARGARETA F. Ioannis Ducis Saganenſis & Croſnenſis. 3. MARGARETA F. Erici III. Ducis Saxoniæ Lauburg.

GEBHARDVS Comes Mansfeldēſis, obijt Anno Chriſti 1438.

BVSSO Venetijs vixit 1423. profectus inde in Hiſpaniam.

ELISABETH vxor Alberti Claudi, Anhaltini Principis.

GEBHARDVS Comes Mansfeldenſis, Helderungam emit à Comitib. Honſteinijs. Obijt XII. Kal. Octobr. A. C. 1492. Vxor ADELHEIDA Comes Aldenburgica, ſoror Chriſtiani I. Regis Daniæ.

(margin: al. 20. die Decemb.)

ELISABETH vxor Bernardi Comitis Reinſteinij.

MARGARETA vxor primum Erneſti Comitis Mansfeldij, poſtea Henrici VViedani.

CATHARINA virgo naturæ ſatisfecit.

PHILIPPVS iuuenilibus annis extinctus. Ab. 1476.

VOLRADVS Comes Mansfeldius, Mersburgi defūctus IX. Kal. Decembr. 1499. Vxor MARGARETA Comes Honſteinia.

BVSSO obijt ἄπαις 1460. Vxor CATHARINA F. Guntheri Schvarzeburgij.

MARGARETA matre Saganenſi nata; nupſit Ioanni Comiti Beichlingano A. C. 1459.

HEDVIGIS vxor Henrici Lib. Bar. in Gerab.

MECHTILDIS vxor Henrici Comitis Stolbergij.

AMELIA vxor Guntheri Comitis Schvarzeburgij domini Arnſtadij.

ADELHEIDA deſpōſata Adolpho Naſſouio: ante nuptiale ſacrū obijt Id. Quintil. 1483.

ALBER-

A.

ALBERTVS IV. Comes Mansfeldensis. Vxor MARGARETA Sigismundi Principis Anhaltini F.

GVNTHERVS III. Comes Mansfeldensis, Fridebutgum titulo emptionis acquisiuit A. C. 1442. Obijt VI. Id. Maij A.C. 1475.

HOIERVS Canonicus Halberstadēsis.

DOROTHEA vxor Adolphi IIX. Ducis Slesuigij, & Comitis Holsatiæ.

LIBERI EIVS

ex MARGARETA Honsteinia Comite Ernesti F. vxore primâ.

ALERTVS Comes Mansfeldensis, corporis mortalis exuuias deposuit A. C. 1484. Vxor SVSANNA à Bickenbach Comes, Conradi F. secundis nuptijs iuncta Henrico XI. Comiti Honsteinio.

ERNESTVS Comes Mansfeldius: de cuius prosapiâ vide literam B.

ELISABETH vxor Alberti Principis Anhaltini, obijt A.C. 1483.

SOPHIA.

ex CATHARINA Heñebergicâ.

GEORGIVS Canonicus Parisiensis.

ERNESTVS Comes Mansfeldensis, Helderungæ aulæ sedem habens: inter viuos esse desijt A. C. 1532. mense Maio. Ex bino coniugio numerosissima XXII. liberorum sobole nobilitatus. Nati enim ipsi

GVNTHERVS Comes Mansfeldensis, æuns mortuus 1526. Vxor AGNES Comes Gleichensis, obijt A.C. 1517.

HOIERVS Comes Mansfeldensis, familiaris Imp. Carolo V, obijt A. C. 1540.

ELISABETH Monialis Islebiensis, obijt A. C. 1495. XII Kal. Nouemb.

ANNA Monialis Islebiensis.

ex BARBARA F. Brunonis nobilis Domini Querfortensis, vxore priore:

1. *CATHARINA vxor Philippi Ducis Brunsuigij & Grubenhagiani.*
2. *PHILIPPVS Comes Mansfeldensis, defunctus A. C. 1546. ex vxore AMELIA Filia Hugonis Burggrauij Lisnicensis duobus maribus, totidemq; fœmellis procreauit:*
   HVGONE Comite Mansfeldensi, vita defuncto A. C. 1558. XVII. Kal. Februarij Islebiæ inhumato.
   BRVNONE Comite Mansfeldensi, Bornsteti aulæ sedem habente: cui CHRISTINA coniux VVolfgangi Comitis Barbiensis F. peperit decem liberos:
   PHILIPPVM
   FRIDERICVM
   VVOLFGANGVM
   BRVNONEM
   IVSTVM
   IOACH. FRIDERICVM } *Comites Mansfeldenses.*
   AGNETEM.
   ANNAM.
   ELISABETHAM.
   CHRISTINAM.
   BARBARA virgine Vestali Gandersheimæ.
   AMELIA.
3. *CHRISTOPHORVS Comes Mansfeldensis, sacris initiatus.*
4. *AGNES Georgij Burggrauij Leisnicensis coniux.*
5. *BARBARA vxor Vlrici Comitis Reinsteinij.*
6. *ÆMYLIA nupsit primùm Henrico Rutheno Domino Planensi; deinde Adolpho Comiti Gleichensi.*
7. *ERNESTVS Decanus Magdeburgius.*
8. 9. *MARGARETÆ duæ, ambæ puerili ætate extinctæ.*

ex DOROTHEA Comite Solmensi, Philippi F. vxore alterâ:

10. *MARIA in infantia mortua.*

11. *IOAN. GEORGIVS Comes Mansfeldensis, in aulâ primùm Alberti Archiepiscopi Magdeburgensis, deinde Augusti quoq. Electoris Saxoniæ vices gessit. Obijt Dresdæ A. C. 1579. ex CATHARINA Alberti Comitis Mansfeldensis filiâ, parens factus XIII. liberorum.*

PHILIPPI Comitis Mansfeldij. Noribergæ defuncti A.C. 1563.

ERNESTI Comitis Mansfeldensis.

MARIAE nuptum collocatæ primùm Adolpho Comiti Senæo, deinde Petro Ernesto Baroni Crichingano & Pittingano in Lotharingiâ.

ANNAE nuptæ Ioanni Philippo Leiningio & Dagsburgio Comiti, Domino Appermentano.

DOROTHEAE vxoris Ioan. Christophori VVildensis, Comitis Salmæ & Rheni in Dhaun.

AGNETAE nuptæ Gebhardo Truchsessio VValpurgio, Archiepiscopo Coloniensi, pridie Non. Februarij A.C. 1583.

HOIERI CHRISTOPHORI Comitis Mansfeldensis.

ESTHERAE sociatæ Georgio Baroni Crichingano & Pittingano.

CATHARINAE in matrimonium collocatæ Carolo Comiti VVartembergio A.C. 1577.

PETRI ERNESTI Canonici Argentinensis.

IACOBI Comitis Mansfeldensis.

SIBYLLAE.

FRIDERICI in Infantiâ extincti.

12. *ANNA coniux Bertholdi Comitis Hennebergij.*

13. *PETRVS ERNESTVS Comes Mansfeldensis, Caroli V. Cæsaris & Philippi Hispaniarum Regis multis annis copiarum ductor, nunc Gubernator Ducatus Lucemburgici: heros militari scientia & rebus domi forisque gestis celeberrimus: vnde & crebra eius in Belgicis & Gallicis historijs fit mentio: liberos suscepit*

ex MARGARETA F. Reinoldi Brederodæ Domini, vxore primâ.

POLYXENAM nuptam Domino Challaunio.

FRIDERICVM } Comites Mansfeldenses.
CAROLVM }

ex MARIA Hernana, coniuge altera:

PHILIPPVM OCTAVIANVM Comitem Mansfeldium.

14. *APOLLONIA in infantia extincta annis.*

15. *IOAN. HOIERVS tenellus mortuus.*

16. *ELISABETH nupsit Friderico Duci Saxoniæ, Marchioni Misniæ A. C. 1539. VI. Kal. Februarij: eoque defuncto, Christophoro Domino Rogendorfio in Austriâ.*

17. *IOAN. ALBERTVS Comes Mansfeldensis, Dynasta Arnsteinius, Islebiæ diem obijt VII. Id. Iul. A. C. 1586. ætatis suæ LXIV. In huius vxore consortio CATHARINA Comes Gleichensis, sterili: & ante eam, MAGDALENA Comes Schuarzeburgica, Guntheri Bellicosi soror Germana; mater ex ipso facta decem liberorum:*

GEBHARDI Comitis Mansfeldensis, qui in Gallijs & Belgico stipendia meruit.

ELISABETHAE elocatę Henrico Domino in Rheden.

GVILIELMI, Georgij Friderici Marchionis Brandeburgij & Borussiæ Ducis ~~Cubicularij~~ Mareschalkj. Vx. Mechtildis Com. Nassouia [illegible] .Joan. F.

IOAN. GVNTHERI Comitis Mansfeldensis, Canonici Argentinensis, qui & ipse in Gallijs & Belgico militauit.

OTHO-

OTHONIS Comitis Mansfeldij, qui Ienæ, vbi Rectorem egit Anno 1578. Ingolstadij, & in Italia bonis literis operam nauauit.
ADRIANAE nuptum datæ Henrico Comiti Stolbergio.
DOROTHEAE nuptæ Ioanni Georgio Principi Anhaltino Anno C. 1588. 22. Febr.
ANNAE SOPHIAE.
ANNAE SVSANNAE vxoris Ferdinandi Comitis Schliggiani & Passaunij in Bohemia.
MAGDALENAE statim à partu extinctæ.

18. *IOAN. GEBHARDVS Archiepiscopus Coloniensis electus Anno Christi 1558. VII. Kal. Sextiles: princeps pacificus & tranquillus, sed Pontificiæ religionis obseruantissimus: Brulis ex aqua intercutem decessit A. C. 1562. IV. Non. Nouembris: postquam ecclesiam rexit quadriennium. Coloniæ in summo templo sepultus.*

19. *IOAN. HOIERVS Comes Mansfeldensis, in Artern, vbi sedem aulæ habuit, decessit A. C. 1585. VII. Kal. Aprilis, hora sexta matutina: cuius fatum breui insecuta est Vxor MARTHA, filia Alberti Comitis Mansfeldensis; vndecim ex ipso liberorum facta mater:*

IOAN. GEORGII, VOLRADI, PHILIPPI, ERNESTI } Comitum Mansfeldensium.
ANNAE in pueritiæ annis extinctæ.
ALBERTI VVOLFGANGI.
DOROTHEAE mortuæ in ætatis flore.
SARAE.
IOAN. VLRICI, ADOLPHI, CAROLI PAVLI } Comitum Mansfeldensium.

20. *DOROTHEA vxor N. Domini Schænbergij.*
21. *IOAN. VLRICVS Comes Mansfeldensis.*
22. *IOAN. ERNESTVS Comes Mansfeldensis, Helderungæ aulæ sedem habuit. Vxor SARA F. Alberti Comitis Mansfeldij obijt Anno Christi 1572. tribus procreatis liberis:*

ANNA vxore Ioannis Liberi Baronis de Buren in VVestphalia.
REINHARDO in adolescentia extincto.
BARBARA.

B.

ERNESTVS Guntheri III. F. Comes Mansfeldensis, rebus humanis exemptus An. Christi 1486. Vxor MARGARETA F. Gebhardi Comitis Mansfeldensis, nobilis Domini Helderungi, genitrix quatuor marium.

1. ALBERTVS in adolescentia extinctus A. C. 1485. XIII. Kal. Februarij.
2. GEBHARDVS Comes Mansfeldensis, Seburgum tenuit: mortuus An. C. 1558. Idib. Decembris: ex MARGARETA Comite Gleichensi, Caroli F. parens factus IX. liberorum:

MAGDALENAE vxoris Simonis Comitis Lippiensis.
IODOCI Comitis Mansfeldij, qui bello Gallico perijt A. C. 1537.
AGNETAE vxoris VVolfgangi Comitis Barbiensis, natæ VII. Kal. Aprilis 1511. defunctæ prid. Id. Septemb. 1558. h. 2. vespertina.
ALBERTI Comitis Mansfeldensis.
GEORGII in adolescentia defuncti.
MARGARETAE vxoris Reinhardi Isenburgij, Mansfeldæ defunctæ.
ANNAE elocatæ Mauritio à Schleiben.
CHRISTOPHORI Comitis Mansfeldij: qui solus hoc tempore suam Comitatus partem Schraplæ quietus possidet: & ex AMELIA Guntheri Comitis Schvvarzeburgij filia progenuit

IOANNEM
VVOLFGANGVM } Comites Mansfeldios.
IOAN. ALBERTVM
HENRICVM } gemellos.
GVILIELMVM
MARGARETAM.
ERNESTVM.
MARIAM.
GERARDVM.
CATHARINAM.
ANNAM.
GOTHILF GVILIELMVM.
AGNETAM SIBYLLAM.

DOROTHEAE elocata primùm Ioanni Baroni & Pincernæ Tautenbergio: inde VVolfgango Sigismundo Comiti Gleichensi: deniques Sigismundo Burggrauio Kirchbergio.

III. VOLRADVS Comes Mansfeldensis, ἄγαμος defunctus.

IV. ALBERTVS Comes Mansfeldensis, vir heroica virtute & fide, singularis Lutheri amicus: inter varias fortunæ vices, varia dissidia, confusiones, & bella intestina, patriæ duriter oneratæ & afflictæ annos amplius sexaginta dexterrimè præfuit. In bello Germanico A. C. 1546. Ioanni Friderico optimo Electori constanter adfuit: quo capto, anno vertente postridie Kal. Maij Ericum Ducem Brunsuigium, maritimarum ciuitatum auxilio iuxta arcem, quæ à Draconibus nomen habet, fudit fugauitque. Quoniam verò in purioris pariter religionis confessione, & in Electoris captiui amicitia constanter perseueraret; ideo ab Imperatore omnibus facultatibus exutus, & proscriptus; Magdeburgum se contulit: vbi præsidiariorum dux factus, vrbem contra hostes strenuè defendit A. C. 1550. Mauricio tandem Electore cum fœderatis principibus Imperatori Carolo bellum inferente: Passauiæ in gratiam & receptus, & in bonorum possessionem est restitutus. Obijt A. C. 1560. III. Non. Martij. Vxor ANNA Ernesti Comitis Honsteinij F. maritum morte præuertit An. C. 1559. XVI. Kal. Martij. Hocconiugio XIV. procreari liberi:

1. *ANNA consors Philippi Comitis Nassonij & VVeilburgij, mater Alberti Nassonij, Domini VVeilburgi, Saræpontis, Sarvverda, Labra, & Malburgi.*

2. *VOLRADVS Comes Mansfeldensis, vir fortissimus, & in bellis administrandis ductor apprimè peritus: militauit anno 1546. Ioanni Friderico Electori: insequentibus verò copias duxit cum in Gallia, tum in Germania. Argentinæ decessit A. C. 1578. III. Kal. Ianuarij: ex BARBARA Comite Plauensi septem procreatis liberis:*
   CASPARO Comite Mansfeldio, mortuo A. C. 1586.
   IOAN. ERNESTO Comite, in Gallijs defuncto.
   SARA.
   GODFRIDO in pueritiæ annis extincto.
   ALBERTO Comite Mansfeldio.
   REBECCA SALOME puella mortua.
   DAVIDE Comite Mansfeldio.

3. *CASPAR Comes Mansfeldensis, obijt in expeditione Vngarica Viennæ Anno C. 1542. VII. Kal. Nouembris. Vxor AGNES Comes VViedana, postmodò nupsit Friderico Magno Comiti Solmio: obijtque A. C. 1583. Ex hoc autem vnicam tulit filiam*
   ANNAM vxorem Ludouici Comitis Ebersteinij, & Domini Neugartensis in Pomerania.

4. *CATHARINA consors Ioan. Georgij Comitis Mansfeldensis.*

5. *AGNES.*

6. *ALBERTVS Comes Mansfeldius, ἄγαμος mortuus.*

7. *IOANNES Comes Mansfeldensis, bello Germanico cum patre secutus partes Ioan. Friderici Electoris Saxoniæ: beatissimo exitu vitæ finem imposuit Halæ Saxonum Anno Christi 1566. ex duabus ordine vxoribus, quatuor filijs totidemque filiabus procreatis.*

☿ *ex DOROTHEA F. Barnimi Ducis Pomeraniæ, ducta Anno Christi 1554.*

ANNA consorte VVolfgangi Comitis Barbiensis, peste extincta Schlevitij in Voitlandia A. C. 1575.

ALBERTO Comite Mansfeldensi, Roslebiæ defuncto in Anhaltinorum principatu pridie Non. Martij A. C. 1566.

☿ *ex MARGARETA F. Ernesti Ducis Brunsuigij, & Luneburgij ducta A. Christi 1559.*

IOAN. GEORGIO infante Rotenburgi ad Salam mortuo Anno Christi 1560. postridie Id. Septembris.

ERNESTO Comite Mansfeldensi, nobili Dynasta Helderungo, Canonico Coloniensi & Argentinensi: heroë omni genere doctrinarum & historiarum peritissimo: cuius nomine de Henrico Aucupe oratio Ienæ (vbi Rectorem egit 1579.) scripta extat. Nuptiale hic celebrauit sacrum cum IVLIANA VVildensi, Thomæ Comitis Syluestris & Rhenani F. Anno Christi 1589. III. Id. Februarij.

ANNA SOPHIA elocata Hermanno Adolpho Comiti Solmensi Anno Christi 1589.

FRID. CHRISTOPHORO Comite Mansfeldensi.

ELISABETHA.

MARIA posthuma.

8. *VVOLFGANGVS Comes Mansfeldensis, obijt bello Germanico A. C. 1546. Sepultus Studgardiæ.*

9. *SYBILLA.*

10. *MARTHA nupsit agnato Ioanni Hoiero Comiti Mansfeldio.*

11. *SARA itidem agnato suo Ioanni Ernesto Mansfeldio elocata.*

12. *ESTHER.*

13. *SVSANNA consors Ludouici Comitis Oetingensis.*

14. *CAROLVS Comes Mansfeldensis, equitum ductor sub Alenconio. Vxor MAGDALENA Comes Senaa.*

STEMMA
COMITVM HOLSATIÆ ET SCHAVMBVRGI.

ADOLPHVS Salingleuius, fratre Brunone Episcopo Mindensi annitente, à Conrado II. Imp. (cui in Vngariâ, Italiâ, Burgundiâ fideliter & fortiter militârat) in Comitijs Mindensibus Eques Auratus, & primus Comes Schaumburgensis designatus A.C.1030.

ADOLPHVS alter Comes Schaumburgius.

ADOLPHVS Comes Schaumburgius, A Lothario Saxone, post Billingorum stirpem extinctam, primus suæ familiæ Comes Holsatiæ creatus A. C. 1114. Vir bellicâ gloriâ insignis, & multarum linguarum peritus: ductor copiarum eiusdem Imperatoris: cuius nomine absenti Henricus Comes Badevvidæ Holsatiam & Stormariam ademit: quam tamen mox Henrici superbi Saxoniæ & Bauariæ Ducis auxilio recuperauit. Obijt A.C.1137.

HARTVNGVS Comes Schaumburgius, Bohemico bello, hostibus de improuiso Cæs. Lotharij copias ad Chlumentiam opprimentibus, oppetijt A. C. 1126. IV. Id. Martij.

ADOLPHVS II. Comes Holsatiæ & Schaumburgi, princeps Heroicâ virtute ac fortitudine: VVagriam, Obotritis oppressis, Holsatiæ coniungens; nouas in eam colonias ex Frisijs, Hollandis, VVestphalis, Traiectensibus collectas, duxit: arces Segebergam & Vrinum restaurauit: vrbem Lubecam ad VVacenissæ & Trauæ confluentem anno 1143. condere cœpit: quam exinde combustam Henrico Leoni petenti cessit. Eidem postmodò contra Obotritas militans, ad Deminum cæsus occubuit A.C.1164. sepultus Mindæ. Vxor MECHTILDIS nobilis Domini Querfortensis, Burchardi IV. F. secundùm nupsit Henrico Comiti Orlamundano, viro otij impatienti armisque dedito.

ADOLPHVS III. Comes Holsatiæ, Stormariæ, VVagriæ, & Schaumburgi: conditor cœnobij Reinfeldensis 1185: Henrico Leoni Saxoniæ Electori: cuius auxilijs quum copias Philippi Coloniensis Archiepiscopi, Saxoniam depopulantes, in VVestphaliâ ad Heresfeldam profligasset; multis captiuis abductis: à Gunzelino Suerinensi Comite apud Leonem est criminatus, ac si captiuos illi tradere recusaret. vnde abs eo Holsatiâ exactus anno 1177. post quinquennium demum, ipso proscripto, hostilibus præsidijs eiectis, eam recepit: quo tempore simul Stadensem Comitatum & Dithmarsiam occupauit. Anno exinde 1189. comitem vbi se adiunxit expeditioni Friderici I. Imp. in Palæstinam: absenti denuo Holsatia ab Henrico Leone est erepta, Lubecensium deditione; verùm triennio post redux, Bernardi Saxonis & Othonis Brandeburgij Electorum auxilijs, Louenburgum à Leone occupatum expugnauit: sicq; in patriam est reductus. Quinquennio ab hinc Palæstinam iterum cum Imp. Henrico VI. ingressus: rem contra Saracenos auspicatò gessit, multis hostium cæsis. Tandem anno 1199. Canuto Daniæ Regi se opponens; victus, in Daniam abductus, carceriq; mancipatus: nec, nisi iuri suo in Holsatiâ renunciato, datisq; obsidibus, à VValdemaro Rege dimissus: obijt in patriâ senex A. C.1232: sepultus Schaumburgi. Vxor ADELHEIDA F. Burchardi Comitis Dassiliensis.

ADOLPHVS IV. Comes Schaumburgius, in Holsatiâ reuocatus contra VValdemarum II. Daniæ Regem,

CONRADVS Comes Schaumburgius ἄπαις.

BRVNO ex præposito Magdeburgio factus Præsul Olomucensis.

gem, cuius sub imperio Holsati grauiter premebantur: de eo ad Bornhouede gloriosam obtinuit victoriam Anno C. 1226. X I. Kal. Sextiles: Holsaria recepta, eundem Rendesburgum obsidione cingentem, profligauit: pace randem ipsi extorta, Lubecam, irrito tamen conatu, obsedit. Oppidis Itzeho, Kiloniæ, Alreburgo, & Plæni, ius municipalium Lubecensium attribuit Anno 1233. quod post XXVII. annos filij confirmarunt. In Liuoniam inde profectus, bellator strenuus & victoriosus: integrum fermè biennium contra Lithuanos felicissimè militauit. Monachum extreme professus Franciscanum; decessit Kiloniæ senex A.C. 1261 Ibidem sepultus. Vxor ADELHEIDA F. Burchardi Burggrauij Magdeburgij è Comitibus Querfortensibus.

IOANNES I. Comes Holsatiæ & Schaumburgi quintus, Dominus VVagriæ (hanc enim in diuisione terrarum paternarum e rat sortitus, cum oppido Kilonio) quum Lubecæ Burchardum Borth equestris ordinis virum, quem ob crimina quædam nefaria Holsatiâ exegerat, insolentius sibi in platea lata obuiantem, ad puteum confodisset: ciuium instinctu, à Senatu quidem captus; hoc tamen conniuente, ex custodia ministrorum suorum ope elapsus: hanc iniuriam vindicaturus, milite conscripto, Lubecensium territorium ferro flammaque fœdè diripuit: à quibus vicissim postea Kilonium per mensem ferè est obsessum. Obijt An. C. 1276. VII. Kalen. Martij. Sepultus Hamburgi. Vxor MECHTILDIS F. Alberti I. Electoris Saxoniæ.

GERARDVS I. Comes Schaumburgi, Holsatiæ & Stormariæ: vide fol. seq. A.

LVDERVS puer extinctus.

METTA siue MECHTILDIS nupsit Abeli Duci Slesvigio: cui socer, cœnobium ingressurus, Holsatię commendauit gubernationem 1238.

IOANNES II. Comes Holsatiæ in VVagria, varijs fortunæ iactatus est casibus; à proprijs quoque filijs, ob iterum matrimonium, Bramhorsti captus, Kiloniumq; abductus: Lubecæ amicorum transactione intercedente, filijs ditionem distribuit; vnico Kilonio retento. In senectute tandem, quum olle peteret nobilium pueros, à suo morione altero quoque priuatus est oculo. Post fata inhumatus Reinfeldæ An. C. 1281.

ADOLPHVS V. Comes Holsatiæ in VVagria ratione vxoris N. quæ filia fuit Misteuoij Ducis Pomeraniæ, scripsit se Dominum Pomeraniæ. Obijt *sine mare* A. C. 1308.

ALBERTVS Præpositus Hamburgensis.

HELICA vxor Othonis IV. Electoris Brandeburgij.

LIBERI EIVS:

ex N. Comite VVunstorpiana, vxore priore:

ADOLPHVS VI. Comes Holsatiæ in VVagria; Segebergæ, quam patri extorserat, in cubili confossus ab Hartuico Reuentlo arcis præfecto (cuius filiam stuprauerat, & fratrem interfecerat) dignas sue in patrem impietatis pœnas luit Anno Christi 1315. Ibidem sepultus.

NICOLAVS Comes accepit Oldeslo.

IOANNES *Comes, Bramhorstum obtinuit.*

ex AGNETE Brandeburgia vidua Erici IIX. Regis Daniæ, defuncta III. Kal. Octobris A.C. 1300.

IOANNES III. cognomento *Largus*, Comes Holsatiæ in VVagria: Lubecensibus Trauemundam vendidit: vbi turrim ab huius maioribus extructam destruxere Anno Christi 1320. Cæterum Tritouiam ædificauit: prædonumque arces Lubecensium & Hamburgensium auxilijs vastauit Anno Christi 1349. Obijt 1350. Princeps humanus & Comis. Vxor ANNA F. Henrici Hierosolymitani Principis Megapolensis.

CHRISTOPHORVS Comes Holsatiæ in VVagria; ex arce Kiloniensi in fossam decidens; ceruicibus fractis expirauit.

ADOL-

ADOLPHVS VII. Comes Holsatiæ in VVagria postremus: princeps strenuus, & prædonum hostis acerrimus: ἄπαις defunctus A. C. 1380. VII. Kal. Februarij. Hamburgi sepultus.

A.

GERARDVS I. Adolphi IV. F. Comes Schaumburgi, Holsatiæ & Stormariæ, fundator cœnobij Itzenhohe: Kilonium fratri eripere conatus, obsidione cinxit, irrito successu. Bellis præfuit, quæ prò Abele Duce Slesuicensi contrà Ericum, & pro ipsius filijs contra Christophorum Daniæ Reges sunt gesta. Obijt A. C. 1281. XII. Kal. Ianuarij: sepultus Hamburgi in templo Cathedrali. Vxor N. filia Ioannis, cogn. Knese Ianike, Principis Megapolensis.

HENRICVS I. Comes Schaumburgi & Holsatiæ, prim' Hamburgi teloneum instituit. Socijs armis cũ patruele Ioanne VVagriæ Comite Dithmarsos oppugnauit: at inauspicatò 1289. Sepultus in Itzehoensi cœnobio A. C. 1310. Vxor N. filia Florentini Bronchorstiani Comitis: soror germana Florentij Archiepiscopi Bremensis, defuncti A. C. 1306.

GERARDVS II. Comes Schaumburgius: de quo eiusque prosapiâ vide B.

LVIDGARDA (al. AGNES) vxor Ioannis Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

GERARDVS III. Comes Holsatiæ & Schaumburgi, ob res feliciter gestas cognominatus *Magnus*: initia satis exigua habuit. Literis itaque operam nauare cœpit, spe dignitatis alicuius Ecclesiasticæ, operâ auunculi sui Archiepiscopi Bremensis consequendæ: quâ frustratus, Rensburgi se aliquandiu continuit: ac præter venaticos canes, aluit nihil. Tandem ab Hartuico Reuentlo Equite ad Holsatiæ gubernationem euectus: Segebergam, Adolpho VI. interempto, occupauit. Ad militiam inde animum adijciens, Ericum I. Saxoniæ inferioris Ducem armis adegit; vt sororio Alberto, iniquam diuisionem causanti, prædia aliquot concederet. Anno 1317. Adolphum IIX. Comitem Schaumburgium acie victum cepit IV. Kal. Septemb. Ab hinc triennio Dithmarsos, Ioanni Largo, belli huius auctori, suppetias ferentes, in nemore ad Bornhouedam latitantes, ex improuiso oppressit XVI. Kal. Sextiles: quibus cum post biennium denuo congressus, acie victus fugatusque est. Anno exinde 1331. recrudescentibus in Holsatiâ bellis; Christophorum Daniæ Regem per Burchardum Itzehudium nobilem cepit in Schestede pridie Kal. Decembris: quem tamen certis conditionibus mox dimisit. Qnas quum ille non impleret: magno in Iutiam exercitu iterum ingressus; quum castra non satis diligenti suorum custodiâ haberet munita: Randrusij noctu in strato suo à Dano quodam sicario est iugulatus XIV. Kal. Aprilis A. C. 1339. Sepultus anno sequenti in cœnobio Itzehoensi. Vxor N. filia Ioannis II. Ducis inferioris Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ.

IOANNES V. Comes Holsatiæ, cum fratre alijsq; proceribus hostili manu Dithmarsiam ingressus 1322. duobus prælijs victor extitit. Verùm quum ædi sacræ, in qua hostes obsederat concluseratq;, ignem admoueret: magna ab eis, extremam belli aleam tentantibus, strage affectus; cum fratre & Henrico Megapolensi vix fuga vitam seruauit. Obijt A. C. 1359. V. Kal. Octobris. Sepulturam viuus Hamburgi elegerat: sed post mortem, quorundam negligentiâ in Reinfeldensi relictus est cœnobio.

Filia N. vxor Erici Ducis Slesuigij.

AGNES vxor Eric II. Ducis Saxoniæ inferioris.

HENRICVS *Ferreus* Comes Holsatiæ, patris cædem vindicaturus, milite conscripto Daniam ingressus: flammâ omnia ferroque depopulatus:

NICOLAVS Comes Holsatiæ, grauia cum Danis gessit bella, fratris auxilio: quo externis in locis militante, gubernationem suscipiens; arces in Fu-

IOANNES VI. Comes Holsatiæ, cecidit in bello quodam Danico; duabus superstitibus filiabus: quarum altera Ni-

Schal-

Schaldinburgim expugnauit: hostium duo millia cæcidit: parricidam rotis membratim discissum, vulturibus deuorandum obiecit. Lubecensibus dehinc & Hamburgensibus, à quibus criminabatur, quasi grassatoribus conniueret, bellum intulit. Magno Sueonum Regi contra Finnos; Eduardo Angliæ contra Francos stipendio 400. nablorum militauit. In Angliâ inuidorum & maleuolorum apud Regem oneratus calumnijs: ideoque ad bestias damnatus: Leoni vitæ ipsius parcenti, ferrum de capite suo imponendo, cùm innocentiæ, tùm heroicæ fortitudinis testimonium illustre edidit. Ex Apuliâ, quò à Pp. Vrbano VI accitus erat, vt copiarum ductor esset, reuersus: Hummelrburtelos nobiles, grassatores in castro suo alentes, fratris atque Ioannis VVagriæ Comitis auxilio Holsatiâ eiecit: arcem Marquardi VVestensehe cepit: Lacensehe & VVoldorpium diruit: Linouiam in Saxoniâ euertit. Senio confectus regnum Sueciæ oblatum, magno recusauit animo. Sepultus Itzehoæ A.C. 1381. Vxor ANNA F. Henrici Leonis Principis Megapolensis.

nia ipsis ereptas non modo recepit: sed & strenue est tutatus: vbi & Brambergam arcem rebellem graui obsidione cinxit; rusticis suis ad bellum armatis. In exequijs Vxoris Benedicti Aleueldij à Danis circumuentus; alteroq; amisso oculo captus; post armorum spoliationem dimissus est. Flensburgensibus oppidum mœnibus cingere concessit: VValdemarum Daniæ Regem, Dorningam castrum obsidentem, in fugam coniecit: Dithmarsos in Holsatia prædas agentes, triginta equitibus armatis & paucis rusticis ad Thiperslo-am superauit, ablatis receptu: qua in velitatione cuiusdam gigantea statura procuratoris caput diffecuit. Albertum Saxoniæ ac Luneburgi Ducem, in arce Harburgo occupanda, mille ex VVilstermarsia missis militibus, iuuit. Aetate grauis, totum se Deo & religioni dedens, cœnobium Arnsbeck fundauit biennio ante mortem: qua ipsi accidit Ostbanij circa Itzeh.e A.C. 1400. Princeps pius, comis, fortis, manuq; promptus. Vxor ELISABETH F. Guilelmi Ducis Luneburgij, vidua Othonis Ducis Saxoniæ.

Filia N. nupsit primò Alberto III. Duci Megapolensi deinde Erico III. Duci Saxoniæ inferioris.

coloto, altera Betnarado, Henetorum Principibus est elocata.

ELISABETH *Haquino Norvegiæ Regi desponsata: sed à sponso deserta, in Sueciæ monasterium S. Brigitæ est ingressa: vbi Abbatissam postea egit. 1362.*

GERARDVS V. Comes Holsatiæ, Stormariæ, VVagriæ, & Dithmarsiæ; à Margareta Daniæ Semiramide primus Dux Slesuicensis confirmatus A.C. 1386: à Dithmarsis, quos Ericus Saxoniæ Dux insperatò adortus fuerat, lacessitus; socijs cum fratre Alberto armis Meldorpium occupauit: omnemq; illorum terram vastauit: Delburgum Haurouiumque summè munijt: vnde postea hostibus magna intulit damna, & plurimas fecit velitationes. Quum ergo plus æquo eos grauaret: insidijs tandem illorum circumuent', & plurimis suorum desideratis cæsus, occubuit Non. Sex. A.C. 1404. Tumulatus in cœnobio Itzehoensi. Nupsit ipsi A. C. 1391. CATHARINA, Magni Torquati Ducis Brunsuigij ac Lunæburgij filia: genitrix trium marium, & duarum fœmellarum.

ALBERTVS Comes Holsatiæ, Stormariæ, & VVagriæ, bellator strenuus: Frisios Eiderstedenses intensissimi frigoris tempore adeò domuit: vt 14000. marcis pacem ab ipso redimerent A.C. 1399. Erico III. Duce Saxoniæ inferioris, socero ipsius, in transitu Holsatiæ Dithmarsos hostiliter aggresso; bellum ipsi exortum est atrox: quo in Nordthammia, licet spolia opima hosti ademerat, equi tamen calcaribus incitati casu ita læsus est: vt paulò pòst expiraret. Sepult' Itzehoæ in monumentis maiorum IV. Kal. Octob. 1403.

HENRICVS Comes Holsatiæ, electus in Episcopum Osnaburgensem, vbi de consecratione iam deliberatio instrueretur, nuncio de fratris Gerardi interitu accepto, cum Capituli veniâ in Holsatiam reuersus; Segabergam, Rendsburgum, aliaque oppida tutorio nomine occupauit: quod fratria vidua cum tutoribus ægrè ferens, indicto bello, cum ipso ad Bramstede infeliciter conflixit. Re postmodò transacta, fidelissimam fratruelib. operam præstitit contra Margaretam Daniæ Reginam, ducatui Slesuicensi rursus inhiantem, & Ericum Pomeranum illius successorem. Extremè bellorum & molestiarum pertæsus, monasterium Bardelsholmense ingressus, diem in eo clausit supremũ A.C. 1421 sepultus Itzehoæ.

I. HENRICVS alter suæ familiæ Dux Schleßuigæ, Comes Holsatiæ, Stotmariæ, VVagriæ, & Dithmarsiæ: à patris obitu in Dania apud Margaretam Semiramidem est educatus. Inde à matre Regina ex Panico terrore Gottorpium & ducatum Slesuicensem relinquente, reuocatus: ducatum ab Erico Pomerano Rege repetens; quum iniquissimas ille conditiones ipsi proponeret; Alberti Suecorum Regis, aliorumq; principum auxilijs bello ei indicto, Femeram occupauit: Kœnigsburgum obsidione cinxit Hadersleuiam ter mille marcis mulctauit: Stubam solo æquauit: Fresenburgum diruit: magnâque onustus prædâ domum rediit. Accitus in Vngariam, Budæ indictâ causâ de Sigismundi Imp. sententiâ ducatu Slesuicensi priuatus; offerentis ipsi nomine Regis Erici Lalandiam cum 300000. argenti marcis: quum neutiquam hæc ipsi arrideret sententia; ad Pontificem Romanum appellauit: domumque reuersus, Gullielmi Senioris Ducis Brunsuigij, & Hamburgensium ope, Flensburgum obsedit: cuius arcem oppugnaturus, quum scalas scpi admoueret; lanceâ à milite ictus, animam efflauit A. C. 1427. ætatis suæ XXX.

II. ADOLPHVS IIX. postremus suæ familiæ Dux Slesuigæ, & Comes Holsatiæ; à patruo ex aulâ Brandeburgicâ in Holsatiam reuocatus; strenuam fratri tulit operam in bellis pro ducatu isto aduersus Ericum Regem Daniæ. Cuius gratiâ vbi per triginta fermè annos vario Marte fuit pugnatum: tandem transactâ, cum cum alienatis bonis omnibus ceu feudum accepit à Christophoro Palatino, Erici successore, A. C. 1440. à cuius obitu à Daniæ proceribus ad regnum postulatus: pertinaciter id recusauit; se non amplius rebus agendis idoneum, excusatione vsus: sororisque filium Christianum Altenburgicum, heroicâ animi ac corporis maiestate præstantem, eis commendauit. Lubecæ *deinde* mortuus pridie Non. Decemb. A. C. 1459. ætatis suæ LIIX. sepultus in monumento maiorum. Huius ergo morte Ducatus Slesuicensis ad coronam regni Danici recidit. Nupserat ipsi A. C. 1433. DOROTHEA Comes Mansfeldensis, Alberti F.

III. GERARDVS VI. *Posthumus*, Comes Holsatiæ, cum Vitalianis, viris strenuis, qui proprijs stipendijs Holsatiæ Principibus militabant, stipendia meruit apud ciuitates, Regi Erico bellum nauale inferentes, Hafniamque obsidentes anno 1428. Vxorem AGNETEM, Bernardi Marchionis Badeni filiam, septimo mense gemellos enixam, ideoque ab Adolpho leuiro adulterij insimulatam, & in exilium eiectam, in patrium solum deducturus: obijt in itinere Embricæ Cliuorum A. C. 1433. Eius gemelli

HENRICVS puer ex naui piscatoria lapsus, non procul à Gottorpio in flumine Slei est submersus; haud sine patrui Adolphi machinatione: cuius tamen interitum postmodò sepius deplorauit; vbi nullam ipsemet ex coniuge prolem susciperet.

CATHARINA à patruo in Ordinem Vestalium redacta, Prezensi cænobio est inclusa.

IV. INGELBVRGIS à Margareta Daniæ Reginâ, cœnobio S. Brigitæ in Sueciâ dicata.

V. HEDVIGIS siue HEILVIGIS Dux Slesuicensis & Comitissa Holsatiæ; post Balthasaris Megapolensis Vandaliæque Domini excessum, nupsit Theodorico Comiti Altenburgio & Delmenhorstano.

B.

GERARDVS II. Comes Gerardi I. F. Comes Schaumburgi & Holsatiæ, ab infelici in Dithmarsos expeditione (an. 1289.) reuersus: nobiles aliquot rebelles Holsatiâ eiecit: qui in Dithmarsia manu collectâ, magnum ipsi ac patruelibus negotium facessierunt: pluri ma ipsis inferentes damna. Lubecensibus quoque, horum receptatoribus, bellum indixit: quod per Ericum Daniæ Regem mox est sopitum. Senio confectus, amisso visu, Cæci cognomentum inuenit. Rebus humanis exemptus IIX. Kal. Nouemb. A. C. 1312 Hamburgi in templo Cathedrali sepultus.

GERARDVS IV. Præpositus Ecclesiæ Lubecensis, post fratrum excessum Pontificu dispensatione vxorem duxit HELENAM F. Ioan-	ADOLPHVS VII. Comes Holsatiæ & Schaum-	*VVOLDEMARVS Comes cæsus in prælio circa Versam Anno Christi 1306.*
I	†	‡ *nis*

hus III. Ducis Saxoniæ factus Comes Holsatiæ in Stormariâ. Lubecæ diem obijt senex A.C.1320. | borgi; in monasterio Loken sepultus. A.C.1315. | *III. Kal. Quintil.* HENRICVS *ἄπαις.* OTHO *Senior, Comes ἄπαις. Rintelij sepultus.*

IOANNES IV. Comes Holsatiæ in Stormaria vltimus, post cuius fata Stormaria iterum Holsatiæ iuncta est.

ADOLPHVS IIX. Comes Holsatiæ & Schaumburgi, pacis arbitrum se interponens inter agnatos, Ioannem Largum VVagriæ & Gerardum Holsatiæ Comites, parricidiali bello decertantes; captus proprio se ære redemit 1317. Obijt A.C.1353. Vxor HEILVVIGIS Hermanni Comitis Lippiensis F.

ERICVS Episcopus Hildesiensis à Pontifice Romano consecratus contra Henricum Brunsuicensem; toto præsulatus sui tempore; per XIV. nempe annos, cum illo vario dubioque marte decertauit. Obijt A.C.1348.
GERARDVS Præpositus Hamburgensis, Præsul Mindensis, Rodam castrum suæ adiecit ecclesiæ. Mortuus & sepultus Mindæ A.C.1353.

IOANNES Comes Holsatiæ & Schaumburgi.

ADOLPHVS IX. Comes Schaumburgi & Holsatiæ, in itinere Palæstino Famagaustæ in Cypro defunctus ἄπαις A.C. 1370.
SIMON Comes Schaumburgius, in ludis Martialibus extinctus A.C.1361.

OTHO Iunior, Comes Holsatiæ & Schaumburgi, Magnum Torquatum Ducem Luneburgium, bellum sibi inferentem, vicit & occidit 1373. Occubuit in pugna VVinsæ ad Alerani commissa A.C.1388. Vxor MECHTILDIS F. Guilielmi Luneburgij, vidua Ludouici Brunsuigij.

GERARDVS Præsul Mindensis, in itinere Solymitano defunctus 1361.
BERNARDVS Præpositus Hamburgensis.

ADOLPHVS X. Comes Holsatiæ & Schaumburgi, mortuo Adolpho VVagriæ Domino postremo, retentis sibi tribus præfecturis, Hatesburgo, Pinneberga, & Barmstedio, reliquam VVagriam Nicolao Holsatiæ Comiti pro certa pecuniæ summa concessit anno 1390. Sternbergensem quoque Comitatum post excessum Henrici vltimi eius possessoris, acquisiuit: frustrà cum ipso contendentibus Simone & Bernardo Lippianis Comitibus. Catharinæ, viduæ Gerardi I. Ducis Slesvicensis contra Danos militans: magnam de eis ad pagum Eggebeke anno 1410. prid. Id. Sextilis reportauit victoriam: quos & induciarum tempore ab armis non quiescentes, iterum debellauit.

GVILIELMVS Comes Schaumburgius, in flore ætatis defunctus 1391.

INGELBVRGA vxor Conradi Comitis Alteburgij.

OTHO III. Comes Schaumburgi, Holsatiæ, & Sternbergæ; hæres & successor legitimus Adolphi postremi Ducis Slesuicensis: sed præualente vt potentia, sic nobilium fauore Christiano Cimbrorum Rege; accepta pecunia 43000. florenorum, omni suo iuri renunciauit: Lubecensi Episcopo, feudi illius Domino, assensu suo id comprobante 1460. IIX. Idus Iunij. Vita excessit Anno Christi 1464: cuius fatum anno proximo insecuta est vxor ANNA Comes Honsteinia, mater ex ipso factà X. liberorum.

ADOLPHVS XI. Comes Schaumburgi iuuenis obijt IX. Kal. Iunij A.C.1474.
ERICVS Comes, Hagoniæ, quod cœnobium fundauit, sepultus *ἄπαις* A.C.1485. Vxor N. Comes Frisiæ.
ERNESTVS Episcopus Hildesiensis, electus;

IOANNES Comes Holsatiæ Schaumburgi & Sternbergæ, in quinque prælijs victor extitisse legitur. Cum

ANNA Bernardo Comiti Lippiensi in dotem attulit Comitatum Sternbergensem: vnde pax his terris restituta.
MECHTIL-

ope sororij Bernardi Luneburgij Ducis restitutus: venationi summè fuit deditus. Mærore animi consumptus, quòd contra Duces Brunsuicenses infeliciter dimicasset, obijt XI. Kal. Sextilis 1471.

HENRICVS Episcopus Mindensis, princeps pius. pacificus, integer & modestus: obijt A. C. 1504. præsulatus sui XXVI.

OTHO IV. Comes Schaumburgi, Pinnebergæ aulæ sedem habens, obijt ἄπαις. 1512.

vxore CORDA F. Henrici Gemmæ Domini totum illud dominium terris suis acquisiuit. Rebus humanis exemptus A. C. 1527. III. Kal. Aprilis. Illa vero Hagoniæ sepulta est in choro monasterij fratrum mendicantium ante summum altare.

MECHTILDIS heroina insigni forma, nupsit primum Bernardo Duci Brunsuigio; deinde Gulielmo Seniori Duci Brunsuigio.

ANTHONIVS Comes Holsatiæ & Schaumburgi, ex bino coniugio, cum Ducissa Saxoniæ & Anna Schoenbergia, nulla suscepta sobole, obijt XI. Kal. Ian. A.C. 1526.

BERNARDVS puer naturæ satisfecit.

IODOCVS Comes Holsatiæ, Schaumburgi, & Sternbergæ, Dynasta Gemensis, matre natus quinquagenaria: heros pius & φιλόχριστος: vitæ terrestris pensum absoluit A. C. 1532. ex MARIA Comite Nassouia Ioannis filia XII. procreatis liberis.

1. OTHO in pueritiæ annis defecit.
2. HENRICVS Comes Schaumburgi & Holsatiæ, cum Henrico Duce Brunsuigio Italiam ingressus; naturæ concessit VI. Non. Maij A.C. 1529.
3. OTHO V. Comes Holsatiæ, Schaumburgi, & Sternbergæ, Dynasta Gemensis: Episcopus Hildesiensis anno 1531. consecratus: dignitate illa post quinquennium resignata; cum superstitibus fratribus paternarum terrarum gubernationem suscepit anno 1542. Decessit Anno Christi 1576. XII. Kal. Ianuarij: Hagoniæ ad D. Martinum inhumatus. Ex bino coniugio septenos genuit liberos:

   ex MARIA F. Barnimi IX. Ducis Pomeraniæ ducta 1544; mortua 1554.

   HERMANNVM Episcopum Mindensem, natum A.C. 1545. Kal. Nouembris: qui præsulatum Henrico Iulio Duci Brunsuicensi resignauit anno 1581. postquam eum tenuit annos XV.

   OTHONEM Comitem Schaumburgium, in flore ætatis extinctum A.C. 1572. prid. Non. Aprilis: & Hagoniæ monumento paterno illatum. Vixit annos XXVI.

   ADOLPHVM XIII. Comitem Holsatiæ, Schaumburgi, & Sternbergæ, Dominum Gemmæ, natum A.C. 1547. VI. Kal. Nouemb. ex ELISABETHA F. Iulij Ducis Brunsuicensis, ducta A.C. 1583 parentem factum

   IVLII Comitis Holsatiæ & Schaumburgi, nati A. C. 1585. VII. Kal. Nouemb. in arce Buckeburga.

   ANTHONIVM Decanum Coloniensem, & Hildesiensem Præpositum, natum A.C. 1549. IIX. Id. Martij. hora VI. matutina.

   ex ELISABETHA VRSVLA filia Ernesti Ducis Brunsuigij ac Luneburgij, ducta 1558: quæ filiam Elisabetham, partui propinquam, inuisens, Detmoldi vitam in terris suam clausit A.C. 1586.

   MARIAM natam A.C. 1559.

   ELISABETHAM natam A.C. 1566. nuptam Simoni Comiti Lippiensi A.C. 1585. Idib. Nouemb.

   ERNESTVM Comitem Holsatiæ & Schaumburgium, natum Anno Christi 1569. IIX. Kal. Octobris.

4. ADOLPHVS Archiepiscopus & Elector Coloniensis, inchoatam ab Hermannò VViedano, decessore suo, per Bucerum religionis emendationem, in diœcesi Coloniensi prorsus aboleuit. Interfuit Comitijs anno 1548. celebratis; & Tridentinæ Synodo. Brulis mortuus Anno Christi 1556. XII. Kal. Octob. præsulatus sui IX. Coloniæ sepultus.

5. IOAN-

5. IOANNES Comes Schaumburgius, aulæ ſedem Bockeburgi habens, deceſſit ἄπαις. 1560. iuxta vxorem ELISABETHAM F. Ennonis II. Comitis Friſiæ Orientalis, quæ mortem ipſius biennio antevertit, ſepultus in Mollenbeccenſi cœnobio.

6. ANTHONIVS antè Præpoſitus Leodienſis & Traiectenſis, pòſt Archiepiſcopus Colonienſis: deceſſit in Caſtello Godesbergio XIV. Kal. Quintilis A. C. 1558. præſulatus ſui altero. Coloniæ ſepultus iuxta fratrem.

7. GVILIELMVS Præpoſitus Hildeſienſis & Meſchedenſis, ſepultus Mollenbeccæ A.C. 1580.

8. CORDA vxor primùm N. Comitis Benthæmij; inde Humperti Neunarij.

9. ELISABETH vxor Ioanni Comiti Senæo, Domino Homburgi, Munckeleræ & Mintzebergæ.

10. IODOCVS Comes Schaumburgius, Dominus Gemmæ, ex vxore ELISABETHA Domina Pallantia & VVittemia, ſorore germana Florij primi Comitis Culemburgici, tulit

HENRICVM
IOAN. OTHONEM
IODOCVM
HERMANNVM
Schaumburgios Comites, Dominos Gemmæ.
MAGDALENAM.
ELISABETHAM.

11. ERICVS Comes Schaumburgius, ſedem Horneburchi habens, deceſſit ἄγαμος A.C. 1565.

12. ERNESTVS Comes Schaumburgius, Præfectus arcis Horenburgicæ in ſylua Hercynia: vxorem habuit MARIAM Comitem Hoheloiam Eberardi ſororem, ἄπαιδα mortuam.

F 2 STEMMA

STEMMA

COMITVM LIPPIENSIVM,

non procul ab occidentali Visurgis ripa, supra Mindam atque Heruordiam.

COMITVM LIPPIENSIVM Romanam originem exalto, quidam à Sp. Manlio, qui Gallos ex Capitolio deiecit; alij ab Vrsinis deriuant: qua de re nihil certi affirmare ausim. Hoc tamen inter omnes constat, domum Lippiensem iam inde à Caroli Magni temporibus in VVestphalorum Saxonum nobilitate illa primaria; quæ Nobilium Dominorum appellata nomine, etiam Reges dare Saxonibus belli tempore consueuit, & pòst inaugurantibus Francis Comitum assumpsit titulum: loco & munere semper illustri floruisse. Quorum sententiam & nos amplectimur: & ad ipsam stemmatis recensionem rectà accedimus.

BERNARDVS, Conradi F. Hermanni N. Bernardi Pron. Eberardi & Ithæ Helfenstenitiæ Abnepos, Dynasta Lippiensis & Eques auratus: Lotharij Imper. cuius copiarum fuerat ductor, intercessione vrbem Lemgoviam & vicinum territorium ab Episcopo Padebornensi primus in feudum accepit: & Comitatui Obervvaldensi adiunxit. Vxor PETRONELLA filia Domini de Arne, Lotharij Cæsaris cognata.

BERNARDVS Comes Lippiensis, Lippiam vrbem (qui locus antea Obervvald vocabatur) condidit circa A.C. 1150. cui, vt & Lẽgouio, priuilegia concessit Conradus IV. Imp. Senex castra secutus Henrici Leonis; suis etiam exuitur ditionibus: Heruordiam ad se rapiente Archiepiscopo Coloniensi, Sasseburgum Monasteriensi, Linispringam Padebornensi, Episcopis. Gubernatione tandem resignata, monachum induit in Mariæfeldensi cœnobio Ordinis S. Benedicti: mox abbas eiusdem factus. Nouissimè in Liuoniam abiens, religionis Christianæ præco; in Lealhensem isthic Episcopum est inauguratus. Vxor SOPHIA F. Friderici Bellicoli Comitis Arnsbergij: cuius opera & studio Coloniensi Archiepiscopo est reconciliatus.

GERARDVS Senior, Archiepiscopus Bremensis & Osnabrugensis, à VVoldemaro Canuti Daniæ Regis filio, suo antecessore, officio moto, toto præsulatus sui tempore grauissima sustinuit bella: causam illius tuantibus partim Bernardo Saxoniæ, & Henrico Palatino Electoribus; partim etiam Stedingis, quos in Gerardum ille armabat. Obijt A.C. 1220.

BEATRIX Abbatissa Hasfebroicensis.

OTHO Præsul Vltraiectinus, educator Guilielmi Hollandi Cæsaris: à quo postea hæc ecclesia multis priuilegijs est dotata: perijt in obsidione arcis Coverde Anno C. 1227. præsulatus sui XIII. Sepultus Traiecti.

BERNARDVS Præsul Padebornensis, Canonicus suus, liberius viuendi cupiditate, ob-

HERMANNVS Comes Lippiensis, Administrator Episcopæ Vltraiectensis, fratre bello contra Stedingos implicito: aduersus quos ipse quoque fortiter pugnans cecidit A.C. 1234. Princeps nobilis, sapiens, & bonus. Post huius fata Teclæburgici Comites castrum Rheden †

*GERARDVS Iunior patrui in Archiepiscopatu Bremensi successor, Henricum Rheni Palatinum adeò propitium habuit: vt Comitatum Stadensem cum omni suo iure ecclesiæ Bremensi attribueret: quem postea ipso defuncto occupauit, & cum successoribus etiam retinuit. Porrò Osterburgum à Bernardo VVelpensi Comite occupatum recepit: Værdam castrum sedi Archiepiscopali coniunxit: Albam ad Visurgim construxit: pro cuius demolitione Bremenses Langvedelam extruxerunt. Cum Stedingis plurima gessit bella: quos tandem **

sernan-

†

seruantiam Regularem in secularium statum mutare concessit. Obijt A.C. 1254.

inuasere. In eius fuit matrimonio primum N.F.& hæres VVitikindi Domini in Rheden vnica; quæ dominium hoc ad ipsum attulit: deinde SOPHIA F. Simonis Comitis Teclæburgij.

anno 1234. VI. Kal. Iulij magna clade deuictos, sub iugum Bremensis Ecclesiæ adduxit. Extremè nouem continuis annis aduersa conflictatus valetudine, Værdæ diem obijt supremum V. Kal. Sextil. 1259. Sepultus Bremæ in Ecclesia Cathedrali.

OTHO Episcopus Monasteriensis Comitatum Vechtensem emptionis titulo diœcesi coniunxit, circa A.C. 1247.

CONRADVS Canonicus Hildesiensis.

GERARDVS Maioris Ecclesiæ Bremensis præpositus.

SOPHIA elocata Domino Steinvverdensi.

BERNARDVS Comes Lippiensis, dominium & castrum Rheden à Teclæburgijs repetens, armata tandem manu in suam potestatem redegit: priuilegiaque vrbis Lippiæ & Lemgouiæ à maioribus data confirmauit. Vxores eius duæ. 1. N. VVitukindi Domini Altenæ F. 2. GERTRVDIS siue ADELHEIDIS Arnsbergia.

SIMON Præpositus Bremensis, patruo Bremensi Archiepiscopo Coadiutor datus: inde Episcopus Padebornensis consecratus: oppidum Soltkœten condidit: vtque inter Episcopos Padebornenses & Comites Lippienses perpetuæ essent confœderationes, effecit. Obijt A.C. 1274.

SIMON Comes Lippiensis, ex arce Engerensi, quam occuparat, plurima quidem damna intulit diœcesi Osnabrugensi: non parua tamen rerum suarum iactura. Armis enim repetens ab Episcopo Ludouico Rauensbergensi Comite parochias Rimeschlage & Hoyel, ad iurisdictionem Engerensem pertinentes: ab ipso in agro Halberfeldensi victus, Osnabrugum captiuus est abductus anno 1275: vbi in turri quinquennium detentus; non nisi datis obsidibus (erant hi Albertus Schualenburgius, Ioannes Benthæmius, Otho Tecleburgius, & Balduinus Steinuœrdensis) grauissimisque conditionibus est dimissus; ijs nempe, vt Engerense dominium Brunoni Rauenspurgio Antistitis germano oppignoraret: & arcem insuper Rheden demoliretur. Vxor ELISABETH F. Ludouici Comitis Schualenburgici, soror Alberti.

HERMANNVS Dynasta in Rheden obijt Anno C. 1271.

BERNARDVS Canonicus & scholasticus Mindensis.

CVNEGVNDA Alberto Schualenburgio; BEATRIX Friderico Ritbergico; *Tertia Balduino Steinuœrdensi,* Quarta Simoni Teclęburgio Comitibus elocatæ.

SIMON Comes Lippiensis, Lemgouiensiū priuilegia & ipse confirmauit A.C. 1300. & 1306. & in nouam ciuitatē Lemgouiensem moniales suscepit. Othoni Retbergico, Monasteriensi Episcopo, contra Colonienses; Gerardo item Bergensi Domino contra Mindēsas suppetias tulisse legitur. Vxor N. Friderici Ebersteinij Comitis filia, soror Hermanni.

BERNARDVS Episcopus Padebornius, dimidiam partem castri Hinneburgi, ab Eberstenijs Comitibus emptam, diœcesi coniunxit: Tringenburgum & Beringam condidit: ciues Padebornenses tumultuantes, milite cinxit; grandique imposita mulcta ad obsequium redegit. Rebus humanis exemptus A.C. 1340. præsulatus sui XX. Princeps magnanimus & victoriosus.

HERMANNVS Coloniensis
THEODORICVS Padebornius
HENRICVS Bremensis
} *Canonici.*

ANNA vxor Simonis Comitis Sternbergij, mater Henrici postremi suæ stirpis Comitis, *[illegible]* defuncti 1399.

IRMGARDIS coniux Hermanni comitis Eberstenij.

OTHO Comes Lippiensis, maiorū instar priuilegia Lemgouiensium confirmauit Anno Christi 1344: Vxor IRMGARDIS Comes Marcana.

IRMGARDIS vxor Simonis vltimi Comitis Bergensis.

BERNARDVS Comes Lippiensis, castri Hornæ conditor: cum vxore N. Comite Stolpergensi arcem Altebnrgum accepit.

SIMON Comes Lippiensis, in pugna cum Teclæburgijs commissa captus anno 1378. hac conditione est dimissus: vt Elica filia nuberet Othoni Teclæburgico, dominiumque Rhede dotis loco ab ipsum afferret. Othonem Hoiensem, Præsulem Monasteriensem, à Balduino Steinuoertensi captum, socia Comitum Hoiensium & ciuium Monasteriensium manu liberauit anno 1394. Cæterû ipso paralysi decumbente, è viuis excessit Henricus vltimus Comes Sternbergensis: quem ob Comitatum litem, inter ipsum & Schaumburgios motam, filio reliquit, naturæ fatoque concedens A. C. 1410. Vxor IVTHA Comes Hoiensis.

HENRICVS Præpositus Mindensis.

OTHO Præpositus Coloniensis.

ADELHEIDA Coniux Mauricij Comitis Spigelbergici.

ELICA nupsit Othoni Comiti Teclæburgio.

ANNA vxor Ioannis vltimi Comitis Pyrmontani.

IVTHA Abbatissa in Capelen.

BERNARDVS Comes Lippiensis, ob Sternbergensem Comitatum contendere cœpit cum Comitibus Schaumburgijs: quam litem interrupit bellum Brunsuigium, quo Henricum Ducē cepit: qui promisso *lytro* 100000. florenorum dimissus; sed à solutione ista à pontifice Gregorio XII. absolutus; Lippiensem Comitatum denuo hostiliter inuasit A. C. 1404. Armis quoque decertauit cum Guilielmo Comite Mondensi & Rauensbergensi, Episcopo Paderbornio. Obijt A. C. 1426. Vxor ELISABETH Comes Morsensis, soror Theodorici Archiepiscopi Coloniensis.

SIMON Comes Lippiensis, litem & bellum cum Schaumburgijs Comitibus ob Comitatum Sternbergensem continuauit: quo vtrinque multæ ciuitates cum pagis sunt direptæ. Obijt A. C. 1432. Vxor MARGARETA F. Erici Ducis Brunsuigij & Luneburgij in Grubenhaga.

N. . . filia, uxor Domini de Burgen in Geldria.

BERNARDVS *Bellicosus*, Comes Lippiensis, puer persuasus, dimidiam partem vrbis Lippiæ, Ioanni eiusque filio Adolpho Cliuiæ Ducibus oppignoratam, vendens circa A. C. 1440. fœdus cum eis renouauit. Quod ne violare videretur: quum anno 1447. Guilielmus Dux Saxoniæ Theodorico Coloniensi Archiepiscopo, suo auunculo magno, suppetias laturus contra Susatenses, qui ab ipso ad Cliuenses defecerant, hostili manu Comitatum Cliuensem transiret: ipse duodeuiginti annorum adolescens dolio inclusus, & per Visurgim ductus est ad sponsam ANNAM Othonis Comitis Schaumburgij filiam: quæ ipsi in dotem attulit Comitatum Sternbergensem. Porrò cū Nicolao Teclæburgico inauspicatò confligens, vix manus euasit hostiles. Quæ controuersia, mediante Conrado Ritbergico Episcopo Monasteriensi ita composita est: vt Lippienses illis 3700. soluerent florenos. Cæteroquin supra multos satis ad bella fuit fortunatus, animosus, constans, & fortis. Obijt multo senio A. C. 1511. ætatis suæ XXCII. in cœnobio Præmonstratensi oppidi Blombergæ, quod ipse condidit, primus sepultus.

SIMON Episcopus Padebornius electus An. C. 1463. summa prudentiæ laude dio cesin suam rexit annos XXV. temporibus longè turbulentissimis. Herculeo tandem correptus morbo, sponte se magistratu abdicauit: & gubernatione Hermanno Coloniensi Archiepiscopo demandata; in Tringenbergensi arce reliquum vitæ pensum absoluit Anno C. 1498. Nonis Martij: sepultus Padebornæ.

SIMON Comes Lippiensis, Lippiam vrbem, ob susceptam Euangelij doctrinam, Ducis Cliuensis auxilio grauiter cinxit obsidione: post deditionem tamen mirificam ministris & ciuibus eiectis exhibuit clementiam. Vita defunctus, & Blombergæ in Præmonstratensi cœnobio iuxta patrem sepultus A. C. 1537.

BERNARDVS Canonicus Coloniensis.

ANNA Othoni Hoiensi
ELISABETH Rudolpho Diepholtano
MARGARETHA Ioanni Ritbergio
IRMGARDIS Iodoco Hoiensi.
} Comitibus nuptæ.

LIBERI EIVS

ex VVALPVRGE Bronthorstiana, ducta 1501. mortua 1522.

ex MAGDALENA F. Gebhardi Comitis Mansfeldensis, ducta 1523.

BERNARDVS Comes, Dethmoldiæ sepultus A.C. 1513.

BERNARDO Comiti Lippiensi; Ioannes vltimus Comes Ritpergicus bellum inferens: terras eius miserè vastauit sed quem auxilijs Ordinis VVestphahei obsessum, deditione cepit, captiuumque Tuicium abduxit. Obijt A. C. 1563. Blombergæ in monumento auito inhumatus. Vxor CATHARINA F. Philippi Comitis VValdeccij.

ANNA vxor VVolfgangi Comitis Eberſteinij, Domini Neugardæ.

MAGDALENA consors Georgij Landgrauij Hassiæ, obijt A.C. 1587. IV. Kal. Martij.

Filia Posthuma elocata Ludouico Comiti VVesterburgio.

BERNARDVS Comes Lippiensis ἄγαμος.

SIMON Comes Lippiensis & Ritbergius; tutor & nutricius Ecclesiæ ac scholarum mirificus, familiæque suæ vnicum columen: cum priore vxore IRMGARDA, Ioannis vltimi Comitis Ritbergici filia, Comitatum illum adeptus, sterili co vsus est coniugio. Duxit deinde ELISABETHAM F. Othonis Comitis Schaumburgici Idib. Nouemb. A.C. 1585.

BERNARDVS Comes Lippiensis & Ritbergius, natus XI. Kal. Octobris. 1556.

SIMON Comes Lippiensis, natus III. Kal. Ian. 1588. incuntis.

HERMANNVS SIMON Comes Lippiensis, vxorem duxit VRSVLAM Philippi vltimi Comitis Spigelbergici & Pyrmontani sororem vnicam: cuius ergò Comitatus illos est adeptus, non tamen sine lite, quã ipsi mouit Rembertus Episcopus Padebornius; quæ à Ioanne demum Hoiensi eius successore est sopita. Castrum in Comitatu Pytmontano, quod nouam domum appellant, aggeribus munitum & muris cinctum splendidè construxit & exornauit. Sepultus Blombergæ in æde S. Spiritus A.C. 1563.

Filiolus ante baptismi susceptionem extinctus 1564. III. Kal. Sextil.

PHILIPPVS Comes Lippianus, Spigelbergius & Pyrmontanus, obijt ἄπαις A.C. 1583. bello Coloniensi. Post cuius fata posteriores duos Comitatus; Comites Gleichenses armata manu cõ festim occuparunt.

MAGDALENA Abbatissa Heruordiana Bróchorstiana & Freckenhorstana.

ANNA coniux Ioannis Comitis VValdeccij.

AGNES nupsit Theodorico vltimo Dynastæ Plessiano: Inde Habundo Comiti Schliggiano.

STEMMA COMITVM STOLBERGENSIVM.

LVDOVICVS Comes Stolbergius, cuius maiores quidam ab Italica Columniorum stirpe repetunt, claruit circa A. C. 1207. Vxor CATHARINA VValdechiana.

HENRICVS Comes Stolbergensis, Ludouicum Turingiæ Hassiæque Landgrauium, eiusq; coniugē S. Elisabetham in Panoniam comitatus A. C. 1222. & quinquennio pōstetiam in Palæstinam: obijt A. C. 1246. Vxores eius duæ: 1. MARGARETA Hennebergica: 2. N. Comes VVirtebergica.

LVDOVICVS Iunior Comes Stolbergius. 1230.

LVDOVICVS Comes Stolbergius. 1270.

MARGARETA vxor Vlrici Comitis Reinsteinij.

HELENA.

FRIDERICVS Comes Stolbergius. 1320.

GERARDVS Comes 1326.

HERMANNVS Comes Stolbergius in arce Erichsberga captus atque decollatus Anno C. 1346.

CHRISTOPHORVS Comes Stolbergius, & Dynasta in Volckstedt. 1260.

CHRISTIANVS Comes Stolbergius. 1267.

HENRICVS Comes. 1300.

BOTHO Comes Stolbergius. 1270. Vxor MECHTILDA Comes Mansfeldensis.

AGNES nupsit Comiti Mansfeldio.

CATHARINA Monialis Susfelicensis.

HENRICVS Comes Stolbergensis 1307. Vxor N. Dux Saxoniæ.

Henricus Decanus Magdeburgius.

EILIGERVS Monachus Ordinis Minoritarum. 1316.

ANNA vxor Henrici Nobilis Domini Querfortensis.

ALBERTVS Comes Stolbergensis 1310. Vxor N. Bauarica.

HENRICVS Comes, ... Vxor ANNA Greiffenstenia.

FRIDERICVS Canonicus Magdeburgius & Herbipolensis.

HENRICVS Comes Stolbergius 1330. Vxores eius duæ: 1. CVNEGVNDA Mansfeldensis: 2. Comes Reinsteiniana.

BOTHO Eques auratus obijt in itinere Solymitano. 1361.

HENRICVS Præsul Mersburgius. & Præpositus Magdeburgius, obijt 1366. Kal. Febr.

ELISABETH nupsit Domino Barbiensi.

IVTHA Abbas Helftensis 1364.

HENRICVS Canonicus Halberstadensis & Magdeburgius, inuitus ad Episcopatum Mersburgensem tractus 1384. Ilenburgum exussit 1386. obijt 1393.

PETRVS Archiepiscopus Magdeburgius. 1372.

OTHO Canonicus Hildesiensis & Halberstadensis.

ALBERTVS Comes Stolbergēsis, obijt A. C. 1390. Vxor N. Comes Altenburgia.

CATHARINA nupsit Alberto Honsteinio An. C. 1347.

OTILIA virgo Sanctimonialis Quedlinburgi.

SOPHIA Abbas Helftæ annis quinquaginta Virginibus præfuit: mortua 1390.

HENRICVS Comes Stolbergensis 1390 Vxor HELENA Brunonis nobilis D. Querfortensis F.

†

LVDOVICVS Comes Stolbergius Senior.

BOTHO puer extinctus.

BOTHO

BOTHO Comes Stolbergensis 1400. Vxores eius duæ: 1. MECHTILDIS Honsteinia na: 2. Comes VVarnigerodia.

HENRICVS Comes Stolbergius ænxit. Vxor HELENA Saxonica.
LVDOVICVS Canonicus Magdeburgius & Hildesiensis.
CASPAR Comes.

ANNA puella mortua.
HELENA Monialis Trubecceensis.

ALBERTVS Canonicus Magdeburgis.
HENRICVS Commendator Ordinis Teutonici.
HENRICVS Comes.1407.
GVNTHERVS Comes.

BOTHO Bomes Stolbergensis & VVarnigerodius. 1412. Vxor ANNA F. Henrici Comitis Schvarzeburgij.

ANNA Vxor Ernesti Comitis Honsteinij obijt 1430.
CATHARINA consors N. domini VVinspergij 1423.
MECHTILDIS.

ANNA vxor Alberti Comitis Hennebergij in Schlensinga.
ELISABETH consors Guilielmi Ducis Brunsuigij & Luneburgij.
MAGDALENA.

HENRICVS Comes Stolbergius, Dynasta VVernigerodæ, ab Othone Duce Brunsuigio arcem Honsteiham accepit 1456. Obijt A.C 1508. ætat. LXXII.

ALBERTVS } pueri extincti.
CASPAR.
BOTHO

LIBERI EIVS.

ex MECHTILDE Mansfeldensi, Alberti F. vxore primâ:

ANNA nata A.C. 1558. virgo obijt.
CASPAR Comes Stolbergius obijt 1470.
CATHARINA nata 1463. Sanctimonialibus Trubecceensibus præfecta 1515.
BRIGITA vxor Brunonis nobilis Domini Querfortēsis.

ex ELISABETHA F. Ludouici Comitis VVirtembergij:

EBERARDVS Comes, negligētia sui præceptoris casu quodam perijt.

HENRICVS comes, Coloniæ ex lethali vulnere, in Brabantia accepto, extinctus ænxit. Vxor N. Comes Nassouia.

BOTHO Comes Stolbergensis & Honsteinius, Dynasta Heringæ, Kelbræ & VVernigerodæ: Hierosolymâ, quam religioso illius seculi more adierat, reuersus anno 1494. militari cingulo cinctus, & Eques auratus est inauguratus. A parentis obitu triginta annis, virtute & auctoritate insignis, patriam feliciter rexit: mortuus X. Kal. Quint. A. C. 1537. septuagenario maior anno vnico. Vxor ANNA Philippi ab Epstein filia & hæres vnica, postrema ex familia Comitum Kœnigsteniorum; hæreditatem eam dotis loco ad maritum attulit: mortua A. C. 1538. VII. Idus Sextiles: mater facta XIII. liberorum.



1. VVOLFGANGVS Comes Stolbergensis in Kœnigstein, Rutschefort, & VVernigeroda, Dominus in Eppenstein, Minzeberg, & Breuberg: Alstedij diem obijt quinquagenario maior anno vnico IIX. Idus Martij A.C. 1552: ex binis vxoribus, DOROTHEA F. Vlrici comitis Reinsteinij, & GENOVEFA Comite VViedana parens effectus quinque liberorum:

VVOLFGANGI ERNESTI Comitis Stolbergensis, nati pridie Kal. Decembris A. C. 1546.

BOTHONIS Comitis Stolbergij nati. A. C. 1547. V. Idus Nouembris: qui in venatione ab apro stratus, casu isto pulmones adeò læsit, vt phthisi inde contractâ, hominem exueret IV. Kal. Aprilis A. C. 1577. Quedlinburgi.

IOANNIS Comitis Stolbergensis, Kœnigstenij, & VVernigerodi, nati Kal. Octobris A. C. 1549. cui vxor ANGELA Domina in Putbusch enixa est

ANNAM GENOVEFAM natam III. Idus Febr. 1580.
MARIAM MAGDALENAM natam VI. Kal. Decemb. A. C. 1581.
VVOLFGANGVM GEORGIVM Comitem Stolbergium, natum A.C. 1582. XIII Kal Ianuarij.

ANNAE

ANNÆ nata A.C. 1550. V. Kal. Nouembris.
HENRICI Comitis Stolbergensis, nati A. C. 1551. pridie Kal. Decembris. In huius vnus consortio ADRIANA F. Ioan. Alberti Comitis Mansfeldij.

2. BOTHO natus A.C. 1502. infans sex septimanarum obijt.
3. ANNA Abbatissa Quedlinburgensis, nata An. C. 1504. mortuo Georgio Duce Saxoniæ, Collegij & vrbis Quedlinburgi patrono ac tutore, in omnibus remplis sinceram Euangelij doctrinam publicè doceri, & abusus Pontificios tolli permisit. Obijt A.C. 1574. III. Non. Martij, postquam annis LVI. suam diœcesin rexit.



4. LVDOVICVS Comes Stolbergius, Kœnigstenius, Rochefortius, VVarnigerodius, & VVerthæmius, Dynasta in Epstein, Mintzeberg, Breuberg, & Aigemont: trium Impp. Caroli, Ferdinandi, & Maximiliani ab Intimis Consilijs, & Oratorlnsignis: cuius illi opera & consilio in multis legationib. & negotijs feliciter vsi sunt: obijt VVertheimiæ ad Mœni & Tuberi confluentem Anno C. 1574. IX. Kalen. Septembris ætatis suæ LXIX. ex VVALPVRGE Comite VVIedana, mortua A.C. 1556. VI. Kal. Quinnl. tribus superstitibus filiabus: quæ Comitatu illo, Imperatoris beneficio, dum viuunt, fruuntur. Harum
Vna nupsit Philippo Comiti Eberstenio, Domino Ruxingano:
Altera elocata est Theodorico Comiti Manderscheto in Bleida:
Tertia viuit in consortio Ludouici Comitis Leosteinij, Domini in Scharffeneck.
5. IVLIANA vxor primùm Philippi Comitis Hanauiensis & Mintzebergij, deinde Guilielmi Comitis Nassouij & Cattimelibocensis in Dillenberga: obijt A. C. 1580. ætatis suæ LXXIV.
6. MARIA vxor Cunonis Comitis Leiningij & VVesterburgij, mortua A.C. 1572. ætatis suæ LXV.
7. HENRICVS Comes Stolbergensis, Decanus Coloniensis, Hermanno Archiepiscopo, à Pp. Paulo IV. ob religionem exauctorato, fidelissimè & constantissimè affuit: cuius gratia & ipse opimum istum Canonicatum relinquere, quàm sinceræ doctrinæ confessionem abijcere maluit. Resignato ergo sacerdotio, vxorem duxit ELISABETHAM Comitẽ Gleichensem, Rembdensem, & Blancohæmiam: quæ diem suum obijt A. C. 1578. VI. Kal. Quintilis. Ipse verò vita excessit A.C. 1572. ætatis suæ LXIII. Idib. Nouembris, quatuor superstitibus liberis:
BOTHONE Comite Stolbergensi, nato A. C. 1559. XIV. Kal. Ianuarij: defuncto in castris Mulheimij prope Coloniam A.C. 1583. XI. Kal. Octobris.
LVDOVICO GEORGIO Comite Stolbergensi, nato Anno C. 1562. IIX. Id. Octobris.
ANNA nata A. C. 1565. quæ Abbatissa Quedlinburgensis electa & confirmata est IV. Kal. Febr.
CHRISTOPHORO Comite Stolbergensi, nato A. C. 1567. Kal. Decembris post septimam antemeridianam.
8. PHILIPPVS natus A. C. 1510. Rochefurti in adolescentiæ annis extinctus.
9. MAGDALENA vxor Vlrici Comitis Reinstenij, nata A. C. 1511. perijt in incendio Blancoburgensi A. C. 1546. XIII. Kal. Decembris.
10. EBERHARDVS natus A.C. 1513. Kœnigsteinę ex lapsu quodam perijt An. C. 1526.
11. CATHARINA consors Alberti Comitis Hennebergij in Schvarzag, mortua A.C. 1577. XIV. Kal. Quintil. ætatis suæ LXIII.
12. ALBERTVS GEORGIVS natus A. C. 1516.
13. CHRISTOPHORVS Præpositus Halberstadiensis, diem obijt Kœnigsteinæ VI. Id. Sextil. A.C. 1581. ætatis suæ LIIX.

STEMMA

STEMMA
COMITVM BARBIENSIVM.

ALBERTVS Comes Barbienſis ad Bodæ & Albis confluenrem, obijt XV. Kal. Sextil. 1332. Vxor LVIDGARDA Comes Honſteiniana, Henrici II. filia, obijt 1305.

ALBERTVS Comes Barbienſis, Mulingæ reſtaurator 1318. diem obijt XV. Kal. Sextil. Anno C. 1358. Vxor IVDITHA Comes Schvarzeburgica, mortua III. Id. Sepr. A.C. 1352.

HENRICVS Epiſcopus Brandeburgius, defunctus 1351. *Idib. Octobris.*

GVNTHERVS Comes Barbienſis, Dynaſta Mulinganus, obijt Anno Chriſti 1404. XV. Kal. Septembris. Vxores eius duæ: 1. CONSTANTIA deceſſit *ἄπαις* Anno Chriſti 1372. IIX. Kalen. Maij. 2. DOROTHEA Comes Gleichenſis, mortua 1385. III. Non. Decembris.

ALBERTVS Comes Barbienſis, obijt 1390. XIII. Kal. Decembr.

ELISABETH virgo mortua.

IOANNES Comes Barbienſis obijt ἄπαις. A. C. 1405. *Vxor MARGARETA Querfortenſis mortua* 1391. *III. Kal. Iunij.*

GVALTHERVS infans mortuus A. C. 1374. XI. Kal. Sepr.

GVNTHERVS Comes, obijt 1393.

BVRCHARDVS Comes Barbienſis & Mulinganus, Eglenſe dominium terris ſuis coniunxir Anno Chriſti 1416. Sepultus in monaſterio Bergenſi Kal. Aprilis Anno Chriſti 1420. Vxor SOPHIA Sigiſmundi principis Anhaltini F.

GVNTHERVS Comes Barbienſis, Dominus Mulingæ, litem inter Magdeburgios & Luneburgios composuiſſe, & Eglenſe oppidum cum arce Archiepiſcopo Magdeburgenſi 4000. ſexagenis Bohemicis oppignoraſſe legitur. Obijt ſenex A. C. 1493. ætatis ſuæ LXXVI pridie Kal. Decembris. Vxor CATHARINA F. Bernardi Comitis Reinſteinij, obijt XIII. Kal. Februarij.

FRIDERICVS Comes Barbienſis, obijt A. C. 1470. *V. Kal. Sextiles.*

IOANNES Viennæ mortuus & ſepultus A. C. 1481.

ALBERTVS obijt A. C. 1481. *V. Kal. Decembr.*

BERNARDVS obijt 1473.

GEORGIVS infans extinctus 1436.

BVSSO in cunis extinctus.

GVILIELMVS mortuus 1493. *IV. Kal. Maij.*

HO:ERVS Decanus Argentinenſis, ſeptuagenarius & cæcus diem obijt A.C. 1521.

BVRCHARDVS Comes Barbienſis & Dynaſta Mulinganus, ſolus fermè è fratribus ſuis parri ſuperſtes, vxorem duxit MAGDALENAM Henrici Ducis Megapolenſis & Stargardiæ filiã, viduam VVartislaui X. Ducis Pomeraniæ A. C. 1482. Cum Chriſtierno II. Cimbrorũ Rege per octenniũ eſt peregrinatus. Obijt An. C. 1506. circa Kal. Nouembris: vxor autem 1532. Idib. Aprilis.

MARGARETA virgo annorum XVII. in cœnobio VViderſtet mortua.

SOPHIA virgo XIV. annorum in Eglenſi cœnobio defuncta.

VRSVLA vxor Ioannis Comitis Lindauienſis & Ruppinenſis in Meckern.

IVSTVS Comes Barbienſis, patris in regimine ſucceſſor, Magdeburgi mortuus A. C. 1515. *ætatis ſuæ XXXI. III. Decembris.*

BALTHASAR Comes Barbienſis, obijt VI. Kal. Nouemb. A C. 1535.

VVOFGANGVS I. Comes Barbienſis, & Dynaſta Mulinganus, quinq; Electorũ

MARGARETA & *MARGARETA ANNA* virgines Veſtales.

HERMAN-

HERMANNVS trimus } extincti.
IOACHIMVS } adolescentes
CASPAR }
MELCHIOR Rector Academiæ Vitebergensis & Canonicus Argentinensis, obijt 1519. ær. XIIX.
CHRISTOPHORVS Magdeburgi defunctus A. C. 1523. Idib. Aprilis.
ANDREAS tres tantum vixit horas.
HENRICVS in aula Berlinensi decessit, annum agens XIX.

Saxoniæ Consiliarius: diem obijt IX. Kal. Februarij Anno C. 1565. ætatis suæ LXIII. Vxor AGNES F. Gebhardi Comitis Mansfeldij, ducta 1516. mater XX. liberorum, maritum morte præuertit A. C. 1558. pridie Id. Septembris.

1. MARGARETA nata 1527. infans Scheburgi sepulta.
2. MARGARETA altera, nata 1528. elocata Volcmaro VVolfgango Comiti Honsteinio VVeissenfelsi IV. Id. Febr. 1555. in puerperio decessit 1568.
3. GEBHARDVS natus A. C. 1529. obijt sexennis.
4. MAGDALENA nata X. Kal. Octob. A. C. 1530. in monasterio VVestphaliæ Vredensi ab Abbatissa Catharina Gleichensi educata; postmodò nupsit Ioanni Vngnadio Baroni Sonneccio Kal. Iulij 1556. Obijt Viennæ Austriæ 1567. IXIX. Kal. Decembris.
5. VVOFGANGVS II. Comes Barbiensis & Mulinganus, natus A. C. 1531. educatus in aula Othonis Henrici, & Friderici Electorum Palatinorum: plurimis interfuit bellis: vtpote in obsidione Metensi anno 1552. & mox anno vertente in prælio Mauricij Electoris ad castrum Peinum. In Gallia bis militauit; semel Regi contra Angliæ regnum anno 1557. iterum decennio pòst bello ciuili Gallico, quo Condæo 1500. adduxit equites ex obsidione Gothana. In eius vixere consortio, primum ELISABETH F. Ioannis Principis Anhaltini, biennio à nuptijs defuncta: deinde ANNA F. Ioannis Comitis Mansfeldij, tertio post nuptias mense peste extincta III. Kal. Sextil. 1575. tandem MARIA IACOBE filia Caroli Marchionis Badeni. Ex primo coniugio sustulit F.

   CHRISTOPHORVM Comitem Barbiensem, natum A. C. 1567. Id. b. Maij hora matutina.
6. IVSTVS natus A. C. 1533. obijt Scheburgi bimus.
7. ALBERTVS Comes Barbiensis & Mulinganus, natus Anno C. 1534. educatus in aula Christiani III. Regis Daniæ, cui viuo patre Comitatus gubernatio erat commissa: Imperatori militauit contra Turcam anno 1552. Hispano contra Gallum ad Sanquintianum 15557. Ordinibus denique Belgici contra Albanum an. 1568. Vxorem MARIAM, F. Ioannis Principis Anhaltini amisit puerperam Anno Christi 1563. VII. Kal. Maij: parens ex ipsa factus duarum filiarum:

   IVLIANAE vxoris Ernesti Comitis Honsteinij, Aventuli extincta VI. Id. Nouembris A. C. 1590. ætatis suæ XXIIX.
   MARIAE vxoris Iosiæ Comitis VValdechiani.
8. BVRCHARDVS Comes Barbiensis, Augusti Saxoniæ Electoris Consiliarius & Vicarius, à pueris in armis educatus apud Mauricium Electorem, Friderico II. Daniæ Regi militauit contra Suecos an. 1563. & triennio pòst Imperatori contra Vngaros. Gothanæ quoque obsidioni interfuit: qua soluta, Galliæ se Regi contra Condæum addixit. Obijt Barbi in arce ἄγαμος An. C. 1586. IV. Non. Iunij quinquagenarius.
9. CHRISTOPHORVS Canonicus Halberstadiensis, Rector Academiæ Vitebergensis: Imperatori militauit in Vngaria an. 1566. & Condæo in Gallia anno 1567. Mortuus Halberstadij V. Non. Octob. 1576. ætatis suæ XXXIX.
10. GEORGIVS Comes Barbiensis, natus A. C. 1539. Equitum magister in Gallijs 1567. aulæ sedem habet in VValther-Nienburgo.
11. AGNES vxor Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini, nata IX. Kal. Quintil. 1540. obijt 1569. V. Kal. Decembr. sepulta Munchneuburgi. An. vixit XXIX. menses quinq;, dies sesquiquatuor.

12. GVN-

12. GVNTHERVS Comes Barbiensis, in Dania mortuus A. C. 1572. æt. 31.
13. CAROLVS Comes Barbiensis, in Melitam abiens, contra Christiani nominis hostes Turcas militaturus, in Italia decessit Anno C. 1567. ætatis suæ XXIV.
14. IVSTVS Comes Barbiensis, Dynasta Mulinganus, natus A. C. 1544. In aula Brandeburgica educatus: adultior stipendia meruit in Dania contra Suecum anno 1564. biennio pòst in Vngaria peditum cohortes duxit: & mox anno vertente Regi in Gallijs militauit. In eius viuit connubio ANNA F. Barnimi Ducis Pomeraniæ, vidua Caroli Principis Anhaltini.
15. IOAN. GEORGIVS Comes Barbiensis, bello intestino Gallico militauit. Obijt Barbi A. C. 1571. XVI. Kal. Quintil. ætatis XXII.
16. CHRISTINA nata Dresdæ A. C. 1551. nupsit Brunoni Comiti Mansfeldio VI. Kal. Iunij, 1571.

STEMMA

COMITVM HONSTEINIORVM, in aditu Harcyniæ versus Turingiam.

THEODORICVS Senior, Comes Honsteinius, discordia inter agnatos principes orta, à Friderico Helderungo nocte intempesta in lecto captus Anno Christi 1412. XIIX. Kalen. Octobris. Vxor ADELHEIDIS Comes Ebersteinia.

HENRICVS VII. Comes Honsteinius, in Kelbra, patre capto, nudus propemodùm vix fuga elapsus est ad Marchiones Misniæ: à quibus postmodò dominium accepit Helderungæ. Vxor AGNES F. Osbonis Armipotentis Ducis Brunsuigij.

ERNESTVS II. Comes Honsteinius. Vxor ANNA F. Bothonis Comitis Stolbergij, obijt Anno Christi 1430.

HENRICVS IIX. Comes Honsteinius, Dominus Helderungæ. Vxor MARGARETA F. Engelberti Baronis VVinspergij.

ERNESTVS III. Comes Honsteinius in torneamento occisus A. C. 1454. Vxor ADELHEIDA Comes Altenburgica, nupsit postea Gedbardo Mansfeldio.

MARGALETA coniux Guntheri Mansfeldij.

HENRICVS IX. Cogn. Audax, Comes Honsteinius, & Dominus Lahræ: nuptias celebrauit cũ MARGARETA Hẽrici Comitis VValdeccij F. A. C. 1454.

AGNES vxor Friderici Comitis Beichlingani.

IOANNES Comes Honsteinius, Dominus Helderungæ. Vxor ANNA Anhaltina, Georgij Senioris F.

IOANNES Comes Honsteiniæ, Dominus Helderungæ, obijt Anno Christi 1492. Nupsit ei ANNA Prozonis Querfordensis F. 1464.

ERNESTVS Comes Honsteinius, Dominus Labræ & Clettenburgi.

LIBERI EIVS

ex MARGARETA, Henrici Liberi Baronis à Gerab filia, vxore prima:

ex FELICITATE Comise Beichlingana, Ioannis F. vxore altera:

HENRICVS Comes Honsteinius. Vxor SVSANNA F. Conradi Baronis à Bickenbach.

MAGDALENA vxor Henrici Comitis Schvarzeburgij.

GVILIELMVS Episcopus Argentinensis, ecclesiam in magna temporum varietate, & religionis mutatæ dissidijs, prudenter, moderatè ac feliciter annos rexit XXXV. defunctus Anno Christi 1541.

ERNESTVS Comes Honsteinius, Dominus Labræ & Clettenburgi. Vxor ANNA F. Ebervvini Comitis Benthamij.

ANNA vxor Alberti Comitis Mãsfeldij obijt Anno C. 1558.

FRANCISCVS Comes Honsteinius,

VOLCMARVS VVOLFGAN- †

ERNESTVS Comes Hon- * *Dominus*

Dominus Labræ & Clettenburgi. ἄπαις.

GVS Comes Honsteinius, Dominus Labræ & Clettenburgi. Vxores eius: 1. MAGDALENA Vlrici Comitis Reinsteinij F. ἄπαις: 2. MARGARETA F. VVolfgangi Comitis Barbiensis obijt quadragenaria A. C. 1567.

steinius, ἄπαις. Vxor CATHARINA F. Ioan. Henrici Comitis Schvarzeburgij in Leütenberga. CHRISTOPHORVS. GVILIELMVS.

ERNESTVS Comes Honsteinius, Dominus Labræ & Clettenburgi. Vxor IVLIANA Alberti Comitis Barbiensis F. à partu septimo cum filiolo mortua VI. Idib. Nouembr. Anno Christi 1590. ætatis suæ XXIIX.

⊖. A. 1593. VIII Julij in Comobio Walckenried. Ultimus huius familiae Comitum Honsteiniorum.

VOLCMARVS VVOLFGANGVS Comes Honsteinius, in ipso ætatis flore mortuus A. C. 1586. 14. Decembris.

STEMMA COMITVM GLEICHENSIVM.

ERNESTVS Comes Gleichæ,eandem cum Schuarzeburgijs Comitibus agnoscens originem,interrupta tamē stemmatis lineā: militauit Friderico II Saxoniæ Electori, aduersus ipsius germanum Guilielmum Marchionem,Vicecthumos turantem. Cum cōtingentis itaque equitibus excursiones in Turingiam faciens: omnia circa Dornbergam & Cambergam flammis atq; direptioni dedit ;multis cùm hominibus, tum pecoribus Naumburgum abductis A. C. 1447. Nupserat ipsi MARGARETA Comes Hennebergica anno 1425.

LVDOVICVS Comes Gleichæ. Vxor CATHARINA nobilis Domina Meldenburgia.

CAROLVS Comes Gleichensis. Vxor FELIX Ioannis Beichlingani Comitis F. nupsit postea Ernesto Honsteinio.

VVOLFGANGVS Comes Gleichian⁹, Dominus Blancobamius. Vxor MAGDALENA Burggrauia Dabina, Alberti F.

MARGARETA vxor Gebhardi Comitis Mansfeldij.

ANNA vxor Iodoci Comitis Hoiensis & Brouckhusiani.

ANNA vxor Brunonis, nobilis Domini Querfortensis.

SIGISMVNDVS Comes Gleichæ, cum fratre Ludouico Guilhelmum Turingiæ Landgrauium in Palæstinam comitatus: obijt A. C. 1492. Vxor AGNES filia Prozonis Querfortensis & Agnetæ Beichliganæ.

SIGISMVNDVS Comes Gleichæ, Vicarius Electoris Saxoniæ Coburgi. Vxor ELISABETH F. Ludouici Comitis Isenbergici.

PHILIPPVS Comes Gleichensis, Dynasta in Thonna, natus An. C. 1480. Vxor MARGARETA F. Ernesti Baronis Schœnbergij obijt 1535.

ERNESTVS Comes Gleichæ obijt 1556. ætatis suæ LXIIX.

ERNESTVS Comes Gleichæ bellator insignis, obijt ἄγαμος 1567. ætatis LXXVII.

IOANNES Comes Gleichæ in Remda, obijt post calculi sectionem An. C. 1542. ætatis XLII. Vxor N. Baronissa Pleissæ.

ANNA. DOROTHEA MARGARETA.

ANNA VVolfgangi Ernesti Comitis Isenbergij vxor.

VRSVLA consors VVolfgangi Comitis Isenbergij.

MARGARETA Gleichæ.
DOROTHEA Thonnæ, 1575. } mortuæ.
MARTHA.
MARIA.
ELISABETH.
AGNES.
CATHARINA.

GEORGIVS Comes Gleichæ, Dynasta in Thonna, Thonnæ ex calculo mortuus A. C. 1570. IIX. Kal. Oct. sexagenario maior anno vnico.

CHRISTOPHORVS Canonicus Argentinensis.

LIBERI EIVS

ex ELISABETHA Comite Pleissensi, mortua 1556.

ELISABETH consors Henrici Comitis Isenbergij, nata 1554.
MARGARETA nata 1556. nupsit Gunthero Comiti Valdeccio 1582.

SIGISMVNDVS natus 1553. obijt 1578.

ex VVALPVRGI F. Friderici Comitis Spigelbergici, ducta A. C. 1558.

PHILIP. ERNESTVS, natus A. C. 1561.

IOAN. LVDOVICVS natus A. C. 1565.

GEORGIVS natus A. C. 1566.

Comites Gleichenses, post obitum Philippi Lippiensis, sui amitini, Spigelbergicum & Pyrmontanum Comitatus communibus auspicijs armata occuparunt manu A. C. 1583.

STEMMA

STEMMA COMITVM HANAVIENSIVM.

VLDERICVS Comes Hanauiensis, rei bellicæ apprimè gnarus, obijt Anno Christi 1410. Vxor ELISABETH Ioannis Comitis VVerthemij F.

REINHARDVS *Senior* Comes Hanauiensis, vir, quum in humanis ageret, pietate, prudentia, & morum candore nulli secundus: interfuit splendido certamini equestri ad Aquas Salutares. Obijt Anno C. 1451. XXVI. Iunij; postquam habenas sui Comitatus tenuisset vltra annos XL. Vxor CATHARINA F. Henrici Comitis Nassouij, Domini Beilsteinæ.

REINHAR. *Iunior* Comes Hanau. patris in regimine successor ipso viro legitimè sibi associauit MARG. F. Othonis Principis Palatini Rheni. Heidelbergæ tandem, quò spe recuperandæ medicorum opera valetudinis se contulerat, mortuus, annum agens ætatis XXXV. A. C. 1452. patri vix nouem mensibus superstes.

PHILIPPVS *Senior*, Comes Hanauiensis: cuius prosapiam require sub litera. A.

CATHARINA nupta Thomæ Comiti Reineccio; & Guilielmo Principi Hennebergio.

ELISABETH vxor Ioannis VVildensis Comitis Rheni.

PHILIPPVS ratione patrui *Iunior* cognominatus, Comes Hanouius & Minzebergius, natus A. C. 1449. interfuit Indis Martialibus Heidelbergæ 1481. triennioq; pòst sepulcrum Domini inuisit. Obijt A. C. 1500. VII. Kal. Septembr. Vxor ANNA (alijs ADRIANA) F. Engelberti Comitis Nassouij, Domini Viandæ.

REINHARDVS Comes Hananiensis & Minzebergius, ducta CATHARINA F. Guntheri Comitis Schvarzeburgij A. C. 1496. annis duodecim ab obitu patris prouinciæ præfuit. Mortuus A. C. 1512. ætatis suæ XXXIX.

MARGARETA coniux Adolphi Comitis Nassouij in VVisbada, obijt 1504.

HADRIANA consors Philippi Comitis Solmensis.

PHILIPPVS Comes Hanauiensis, & Dominus Minzebergæ, ætatis suæ anno XIX. nuptiale celebrauit facrum cum IVLIANA Comite Stolbergensi; Bothonis filia: immaturè defunctus A. C. 1529. V. Kal. Aprilis, annum agens XXIIX.

PHILIPPVS Comes Hanauiensis, Dominus Minzebergæ, noua accessione tituli Comitatus Reineccensis (quē post fata vltimi illius terræ præsidis adeptus erat) prouinciam suam; insigniaque gentilia auxit & ornauit. Obijt A. C. 1561. XIIX. Kal. Decembris, ætatis suæ XXXV. Vxor MAGDALENA Friderici III. Electoris Palatini. F.

REINHARDVS Comes Hanouius, in ipso ætatis flore indigno funere ad Bethunum in Belgico sublatus *ἄγαμος*, annum agens vitæ XXVI. Anno Christi. 1552.

CATHARINA nupsit Ioanni VViedano, Domino in Runckel & Isenberga. 1543.

IVLIANA Posthuma nupsit Thomæ VVildensi & Siluestri Comiti: eoq; defuncto, Hermanno Comiti Manderscheteo & Blancohamio, Domino in Iunckeret.

PHILIPPVS LVDOVICVS Comes Hanauiensis & Reineccius, Dominus Minzebergæ natus A. C. 1553. XI. Kal. Decemb. obijt A. C. 1580. Nonis Februarij. Nupsit Ipsi MAGDALENA VValdechiana Comes, annum agens XIIX. A. C. 1576. Non. Februarij.

DOROTHEA sociata N. Comiti Ortenburgio.

PHIL. LVDOVICVS II. Comes Hanauiensis & Reineccius, Dominus Minzebergæ, natus A. C. 1576. XIV. Kal. Decembris.

ALBERTVS Comes Hanauiensis & Rieneccensis, natus pridie Nouemb. A. C. 1579.

A.

PHILIPPVS *Senior*, Reinhardi F. Comes Hanauiensis, inito matrimonio cum ANNA Domina à Lichtenberg, Ludouici F. ex Anna Marchionissa Badensis, Comitatum Hanauiensem cum fratruele diuisit: & familiam hercifcens, prius ... titulum Domini Lichtebergij adeptum, ad posteros suos continua successione ... ter transmisit.

Comitissa Nassouia Weilburgensis

PHILIPPVS II. Comes Hanauiensis, Dominus Lichtebergæ. Vxor ANNA Comes Isenburgica.

PHILIPPVS III. Comes Hanauiensis, Dominus Lichtebergæ. Vxor SIBYLLA F. Christophori Marchionis Badensis & Hochburgensis.

PHILIPPVS IV. cogn. *Senior*, Comes Hanauiensis, Dominus Lichtebergæ, natus A. C. 1514. XII. Kal. Octob. obijt 1590. XI. Kal. Martij inter h. VII. & VIII. antemeridianam. Vxor ELEONORA Friderici Comitis Furstenbergij F. ducta A. C. 15.. ... diem obijt 1544. III. Kal. Octobris.

IOANNA vxor Gu... Comitis Eberstenij.

PHILIPPVS V. cogn. *Iunior*, Comes Hanauiensis, Domin' Lichtebergæ & Ochsensteinæ, patre viuo in inferiore Comitatus ciuitate Babenhusia consedit. Pro Comitatu Bitzæo liberorum suorum nomine Lotharingo fidelitatem iurauit: qui postea rebellionis illū & inobedientiæ insimulans, Bitschinum & Lemburgum arces, cum adiunctis oppidulis, pagis, & vi eripuit XXI. Iulij 1572.

~~ANNA ALEXANDRINA~~ nupta ~~Vlrico Domino Rappolsteinio.~~

ANNA SIBYLLA nupsit N. Baroni ... flenio. IOHANNA

~~ELISABETH~~ à Comite ... VVolfgango certis de causis r...

ELEONORA Vx Alberti Com ...

LIBERI EIVS

ex MARGARETA LVDOICA, filia Iacobi postremi Comitis Bitschensis vnica:

CATHARINA nupsit Eberardo Libero Baroni Limpurgio. A° 1586

IOANNA SIBYLLA. Vx Wilhelmi Com. Widanj.

ELEONORA. Vx ...

AEMILIA. Catharina Com. Widana.

IOAN. REINHARDVS Comes Hanauiensis & Bitzæus, Dominus Lichtebergæ & Ochsensteinæ. Vx. Maria Elisabeta Com. ... Hohenlohe. Weik...

ex *AGATHA* ... *Baron. Limburgica.*

REINHARDVS obijt in cunis Anno Christi 1589.

STEMMA

STEMMA COMITVM SOLMENSIVM.

HENRICVS Comes Solmius, floruit circa an. 1220.

HENRICVS Comes Solmensis. | GERTRVDIS. | MARQVARDVS Comes Solmius.

HENRICVS Comes Solmensis. Vxor ADELHEIDA VVesterburgica.

HENRICVS Comes Solmensis. Vxor ELISABETH Comes Spanhamia.

HENRICVS Comes Solmensis, Dominus Ottensteinia in Vesphalia.

Harũ vna Comiti Bronchorstiano, altera Bernardo Benthaimensi nupsit.

BERNARDVS Comes Solmius Vxor IVSTINA Comes Lippiensis. *2 uxor N Minzenberg. a*

SIMON Præpositus Coloniensis.

OTHO Comes Solmensis obijt A. C. 1409. Vxor AGNES Comes Falcosteinia & Minzebergica.

HENRICVS Comes, ἄπαις. Vxor ADELHEIDA.

IOANNES Comes.

CONRADVS.

ELISABETH vxor Ludouici Comitis Isenburgici.

... Gerardo Seneo, ... en-Hensbergensibus.

BERNARDVS Comes Solmensis & Minzebergius. Vxor ELISABETH F. Francisci Comitis Isenburgij & Budingani.

IOANNES Comes Solmensis, vide A.

IOANNES Comes Solmensis obijt Spiræ A.C. 1378. Vxor IRMGARDIS Comes VVitgensteinia.

PHILIPPVS Comes, emit Kœnigsbergam. 1350. *Filia duæ, quarum altera VVestenburgio, altera Neoburgico elocata Comitibus.*

IOANNES Comes Solmensis, obijt A. C. 1410. Vxor LYSA Comes Solmia.

HERMANNVS Comes. *HENRICVS Comes.*

IOANNES Comes Solmensis, ἄπαις, successores reliquit agnatos Bernardum & Ioannem Othonis F. F. anno 1413.

OTHO Comes Solmensis & Minzebergius in Braunfels, obijt A.C. 1[illegible]4. Vxor ANNA Nassouia, VVisbadæ Domina, Ioannis F.

RVPERTVS Cæcus, Custos Ecclesiæ maioris Moguntij.

PHILIPPVS Dominus Ordinis Teutonici Confluentiæ.

BERNARDVS.

AGNES Abbatissa Altebergæ.

MARGARETA coiux Salentini Comitis Isenburgij & Grensauij.

ELISABETH.

ELISABETH coniux VVolfgangi Comitis Furstebergij.

AGNES.

MARGARETA.

ANNA.

MARIA.

CATHARINA.

BERNARDVS Comes Solmius & Minzebergius in Braunfels. Vxor MARGARETA F. Guilielmi principis Hennebergij.

PHILIPPVS.

OTHO.

VVOLFGANGVS.

AGATHA.

ANNA.

MARIA.

MARGARETA.

CATHARINA.

ELISABETH.

PHILIPPVS Comes Solmensis & Minzebergius in Braunfels. Vxor ANNA filia Othonis Comitis Teclenburgij.

CHRISTOPHORVS Comes, adolescens in literis viuens obijt.

OTHO & VVOLFGANGVS Canonici Argentinenses.

GVILIELMVS.

CONRADVS Comes Solmius & Minzebergius in Braunfels. Vxor ELISABETH F. Guilielmi Comitis Nassouij in Dillenberga.

VRSVLA vxor VVolfgangi Comitis Isenbergij & Budingahi.
IRMGARDIS nupsit Philippo Comiti Isenbergii & Budingano.
ANNA consors Ludouici Comitis VVitgensteinij.
MARGARETA coniux Ernesti Comitis Solmij.

HEINRICVS Comes Solmius & Minzebergius in Braunfels.

PHILIPPVS.
OTHO.
ERNESTVS.
IOAN. ALBERTVS.
A.

IVLIANA.
ELISABETH.

EBERHARDVS.
REINHARDVS.
GVILIELMVS.
PHILIPPVS.

IOANNES Comes Solmensis & Minzebergius, Othonis F. obijt A. C. 1457. Vxor ELISABETH Libera Baronissa Cronbergia, obijt 1438.

CVNO Comes Solmius & Minzebergius, obijt A. C. 1477. Vxor VVALPVRGIS VVildensis, Ioannis Comitis Rhenani & Syluestris F.

PHILIPPVS Comes Solmius & Minzebergius, obijt A. C. 1544. Vxor ADRIANA filia Philippi Comitis Hanauiensis & Minzebergij: mater XIII. liberorum.

CATHARINA vxor Philippi Comitis VValdeccensis.
ANNA.
MARIA.
AGATHA.

BERNARDVS Comes Solmius.
IOANNES Comes Solmius obijt 1483.

OTHO Comes Solmius. Vide literam B.

ANNA.
VVALPVRGIS.
DOROTHEA nuptum elocata Ernesto Comiti Mansfeldio.
CATHARINA infãs extincta.
VRSVLA.
MARIA.
CATHARINA.
APOLLONIA.
ELISABETH.

REINHARDVS Comes Solmius & Minzebergius bello Germanico militauit Imper. Carolo V. contra Principes Protestantes. Obijt A. C. 1562. Vxor MARIA Gerardi Comitis Senaei F.

IOANNES Comes Solmius *ἄγαμος.*
CVNO Comes.

SVSANNA.
AMELIA nupta Henrico Comiti Furstebergio.
VRSVLA vxor Vlrici Comitis Montfortij.

REINHARDVS Comes Solmius.
VVOLFGANGVS.
EBERHARDVS Comes Landtrost in Westphalia.
GVILIELMVS & PHILIPP. immaturè mortui.
REINHARDVS Canonicus.
BERNARDVS.

ERNESTVS Comes Solmius & Minzebergius. Vxor MARGARETA agnata Philippi Comitis Solmensis in Braunfels F.

HERMAN. ADOLPHVS Comes, Canonicus Coloniensis & Argentinensis: duxit an. 1589. ANNAM SOPHIAM Ioannis Comitis Mansfeldij F.

MARIA IVLIANA nupsit N. Comiti Falcosteinio.
HEDVIGIS puella mortua 1584.
ANNA.

REINHARDVS Comes Solmius.

GEORG. EBERARDVS Comes.
ERNESTVS.
PHILIPPVS Canonicus Argentinensis.
OTHO.

B.

OTHO, Philippi F. Comes Solmensis & Minzebergensis, patrem morte preuertit

vertit A. C. 1522. Vxor ANNA Magni Ducis Megapolensis filia, vidua Guilielmi Medij Landtgrauij Hassiæ, defuncta A. C. 1525.

ANNA Ludouico Casimiro Comiti Hoheloio elocata 1541.

FRIDERICVS MAGNVS Comes Solmius & Minzebergius. Vxor AGNES Comes VViedana, vidua Caspàris Mansfeldensis.

IOAN. GEORGIVS Comes Solmius & Minzebergius, sincerioris Euãgelij doctrinę perquàm amans. Vxor MARGARETA Baronissa Schoenbergia, Liberi eius XIII.

ELISABETH.

DOROTHEA coniux Henrici Rutheni Domini Plauensis.

ANNA.

OTHO Comes Solmius & Minzeburgius. Vxor AMELIA Comes Nassouia & Satæpontana.

1. PHILIPPVS GEORGIVS Comes Solmius & Minzebergius, natus A. C. 1573. 29. Nouembris hora septima matutina.
2. FRIDERICVS Comes Solmensis natus 1574. 30. Nouembris circa quintam matutinam.
3. CHRISTOPHORVS Comes Solmensis, natus 1575. 17. Decembris, sesquidecima matutina.
4. ALBERTVS OTHO Comes, natus 1576. 9. Decembris, sesquiseptima matutina.
5. AGNES nata 1578. 7. Ianuarij intra horam 11. & 12. ante meridiem.
6. DOROTHEA nata 1579. 31. Ianuarij intra h. 2. & 3. ante meridiem.
7. MARGARETA nata 1580. 26. Nouembris sesquitertia pomeridiana.
8. VVOLFGANGVS Comes Solmensis, natus An. C. 1581. 20. Nouembris media quarta matutina.
9. HENRICVS GVILIELMVS Comes Solmius, natus A. C. 1583. 21. Martij, septima matutina.
10. FRIDERICVS MAGNVS natus A. C. 1584. 16. Martij, hora vndecima matutina.
11. AGATHA nata A. C. 1585. 16. Septemb. post septimam matutinam.
12. ANNA nata A. C. 1586. 24. Octobris post quartam vespertinam: defuncta A. C. 1587. 14. Iunij.
13. MARIA nata A. C. 1587. 12. Decemb. post horam 4. matutinam.

STEMMA

STEMMA

COMITVM VVALDECCIORVM.

Riginem Comitum VValdecciorum à VVitikindo Comite Schualenbergio (quem Carolus Magnus ecclesiæ Padebornensis à se primum fundatæ, Aduocatum constituit) aliqui deriuant. Hociuxex posteris quidam VVitikindus Comes VValdeccius, cum Friderico Barbarossa in Asiam profecturus, acceptis 300. argenti marcis Collegio remisisse scribitur. Quia autem continua superiorum Comitum familiæ series annotata non extat, nos quoque hac in re nimis curiosi esse nolumus. Proinde ad proximus saltem stemma accedimus.

OTHO, VVitikindi illius, Fridericum Imp. in Palæstinam comitari, pronepos siue abnepos, floruit circa an. 1300. Vxor SOPHIA F. Henrici infantis Hassiæ.

HENRICVS I. Comes VValdeccensis, à Bernardo Episcopo Padebornensi accepit feudum. 1321. Vxor ADELHEIDA Comes Cliuensis.

ADOLPHVS Comes.

LVDOVICVS Episcopus Mindensis, conditor arcis Petershaga ad Visurgis ripam, obijt Anno Christi 1324. pridie Id. Maij, præsulatus sui decimo. Sepultus Mindæ.

ELISABETH vxor Henrici IV. Comitis Honsteinij.

OTHO Comes VValdeccensis. Vxor MECHTILDIS.

HENRICVS Canonicus Coloniensis.

Henricus *Ferreus*, Comes VValdeccius, conditor arcis Landojæ, Corbachiam vrbem antea liberam, anno 1366. V. Id. Martij oppressam, sibi parêre coëgit. Vxor MECHTILDIS F. Othonis Ducis Luneburgij.

HENRICVS Comes VValdeccius, cum fratre Comitatum diuisit. Fridericum Brunsuigium Regem Rom. electum ad Frislariam trucidauit anno 1400: vnde triennale exarsit bellum graue. Vxor ELISABETH Comes Montensis.

HENRICVS Comes VValdeccius, regimine suscepto anno 1410. sexennale cum Partibergijs bellum gessit 1418. postea ob æris alieni magnitudinem, patrocinio Ludouici Hassiæ Landgrauij se subiecit 1428. Vxor IOANNA Comes Nassouia, Domina VVisbadæ.

ADOLPHVS Comes VValdeccensis. Vxor AGNES Comes Ziegenhæmia.

OTHO Comes VValdeccius Vxor ANNA F. Mauritij Comitis Alteburgij.

OTHO Comes VValdeccius duxit. Vxores eius duæ: 1. Neunarta: 2. Tecleburgica.

VOLRADVS Comes VValdeccius, ab Episcopo Moguntino Frisiariæ, & alijs quæ in Hassia tenebat, oppidis præfectus. 1434. Vxor BARBARA Comes VVerthæmia.

MARGARETA vxor Henrici Comitis Honsteinij.

PHILIPPVS I. cogn. *Senior*, Comes VValdeccensis, Vicarius Comitatus Rauensbergensis, Dynasta in Vlote.

PHILIPPVS II. *Iunior*, Comes: *de cuius prosapia vide signum* **

ELISABETH vxor Alberti Ducis Brunsuigij & Grubenhagij.

FRIDERICVS Episcopus Monasteriensis. ob senex A.C. 1572.

LIBERI

LIBERI EIVS

ex CATHARINA Cunonis Comitis Solmensis filia, vxore prima:

PHILIPPVS III. Comes VValdeccensis ex gemino matrimonio, primùm cum ADELHEIDA filia Othonis Comitis Hoiensis, deinde cum ANNA F. Ioannis II. Ducis Cliuensis inito, decem suscepit liberos. NATI enim ipsi

GEORGIVS Comes VValdeccensis ἄγαμος.

ex N. Comite Kelueringensi, vxore altera:

FRANCISCVS Episcopus Mindensis, Monasteriensis & Osnabrugensis, princeps pius, sapiens, iustus, clemens, veræ ac repurgatæ Euangelij doctrinæ assertor: vnde & Ecclesiarum reformationem in sua diœcesi suscipere est nisus, successu tamen parum felici. Monasterium Anabaptistarum asylum cum alijs Imperij proceribus ipse quoque obsedit & expugnauit. Obijt Anno Christi 1553: XV. Kal. Iulij:

℟ ex ADELHEIDA Hoiensi:

1. *VOLRADVS II. Comes VValdeccensis, natus A.C. 1509. IIX. Id. Martij hora 10: vespertina: vir pius, doctus, & humanus: præses Colloquij Imperialis Ratisbonæ habiti anno 1547. Obijt Ilbusæ XVII. Kal. Maij A.C. 1578. ætatis suæ LXIX: quem diebus excessit duodequadraginta. Vxor ANASTASIA F. Henrici Comitis Schvarzeburgij, decessit Kal. Aprilis A.C. 1570. ætatis suæ XLIV. Corbaci sepulta: genitrix ex ipso facta XIII. liberorum:*
   - CATHARINAE coniugis Friderici Comitis Hoiensis, natæ An. C. 1547. XII. Kal. Octob. hora sesquiseptima vespertina.
   - ANNAE ERICAE natæ 1551. XV. Kal. Octobris.
   - FRIDERICI, ELISABETHAE, HENR. GVILIELMI } tenella ætate defunctorum.
   - IOSIAE Comitis VValdeccij, patris in gubernatione successoris, nati A. Christi 1554. XV. Kal. Aprilis, qui ex MARIA filia Alberti Comitis Barbiensis tulit
     CHRISTIANVM Comitem VValdeccensem natum A.C. 1585:
   - ADELHEIDAE.
   - IOAN. GVNTHERI.
   - IVDITHAE.
   - AMELIAE puellæ defunctæ.
   - MAGDALENAE LVCIAE natæ XIV. Kal. Martij 1562. hora 2. matutina.
   - VOLRADI IIII. Comitis VValdeccensis, nati A. C. 1563. XVI. Kal. Quintilis, VValdeccæ.
   - CATHARINAE ANASTASIAE natæ in arce Isenberga XIII. Kal. Aprilis A. C. 1566. hora 2. matutina.
2. *OTHO Babinus siue Commendator in Lage, ibidem mortuus.*
3. *CATHARINA.*
4. *ANASTASIA nupsit Domino Melauno.*
5. *ERICA nupta Theodorico Comiti Manderscbetio & Blancohæmio.*

℟ ex ANNA Cliuensi:

6. *PHILIPPVS V. Canonicus Moguntinus & Argentinensis.*
7. *IOANNES* Pius, *Comes VValdeccensis: ex vxore ANNA filia Simonis Comitis Lippiensis, quinque mares, tres fæmellas, progenuit:*
   - FRANCISCVM Comitem VValdeccium, patriæ gubernatorem.
   - PHILIPPVM Canonicum Argentinensem, defunctum A. C. 1537.
   - BERNARDVM Canonicum Coloniensem & Argentinensem, electum Episcopum Osnabrugensem an. 1585. 25. Octobris. Propatruum hic Franciscum Præsulem Mindensem literaria corporis & animi magnitudine referens: in Canonicorum Argentinensium & Coloniensium dissidijs, etsi Augustanæ

Con-

Confeſſionis doctrinam, in qua educatus eſt, magis probat: tamen à turbulentis conſilijs & factionibus vtrinque abſtinuit.

SIMONEM }
IOANNEM } immaturè extinctos.

AGNETEM nuptam agnato Gunthero Comiti VValdeccio.

ANASTASIAM elocatam Friderico poſtremo Comiti Diepholtiano.

MARGARETAM.

8. *Franciſcus Comes VValdeccenſis, matrimonio ſibi copulauit filiam vnicam Ioannis Gogreuij, Cancellarij Iuliacenſis.*

9. *CATHARINA vxor Bernardi Comitis Lippiani.*

10. *ELISABETH puella mortua.*

* *
*

PHILIPPVS II. *Iunior*, Comes VValdeccius. Vxor N. Comes Naſſouia in Dillenberga.

HENRICVS Comes VValdechianus. Vxor ANASTASIA Comes Iſenbergica.

PHILIPPVS IV. Comes VValdeccenſis, tres ordine habuit vxores: 1. MARGARETAM F. Ezardi I. Comitis Friſiæ Orientalis, ſeptem liberorum matrem: 2. N. nobilem Holtzfeldianam, ſterilem: 3. IVTHAM Comitem Iſenbergicam, duarum filiarum parentem.

GVILIELMVS Canonicus Colonienſis.

FRIDERICVS immaturè mortuus.

DANIEL Comes VValdeccius, natus Kal. Auguſti A.C. 1530. inter h. 4. & 5. matutinā; obijt ἄπαις, VII. Id. Iunij 1577. Vxor BARBARA Philippi Landgrauij Haſſiæ F. ducta 1568.

HENRICVS Comes VValdeccius, natus A.C. 1531. VII. Id. Decembris itidem obijt ἄπαις IV. Non. Octob. A.C. 1577. Nupſit ipſi ANNA vnica filia Ioannis VVermundani Comitis.

SAMVEL Comes VValdeccins, natus VI. Non. Maij An. C. 1528. obijt Anno C. 1570. IIX. Idus Iannar. Vxor ANNA MARIA F. Henrici Comitis Schvarzeburgij, ducta 1554.

ELISABETH vxor Reinhardi Comitis Iſenbergij.

MARGARETA immaturè mortua.

ANASTASIA.

MAGDALENA expoſtremo nata coniugio obijt puella.

Quinta N. nupſit Friderico de Hane.

GVNTHERVS Comes VValdeccius, natus A.C. 1556. X. Kal. Martij: diem obijt A.C. 1586. Vxor AGNES F. Ioannis Comitis VValdeccij.

GVILIELMVS ERNESTVS Comes VValdeccenſis.

MAGDALENA nata A. C. 1558. ætatis anno XIIX. nupſit Philippo Ludouico Comiti Hanouio & Minzebergio: & hoc defuncto Ioanni Comiti Naſſonio in Dillenberga.

MARGARETA.

STEMMA

STEMMA
COMITVM REINSTEINIORVM, DYNASTARVM BLANCOBVRGI.

HENRICVS Comes Reinsteinius (sic dictus ab arce auita rupi incisa; in cuius ruderibus circa Blancoburgum etiamnum conspiciuntur contignationum promptuarla, scamna, subsellia, mensæ, præsepia, ex mera petra effabricata) Henrico Leoni Saxoniæ Electori fidelem in bellis nauauit operam: quo postea exauctorato, partes secutus est Imp. Friderici Barbarossæ.

HENRICVS Comes Reinsteinius, vixit circa A.C.1205.

VLRICVS Comes Reinsteinius.1219. | HENRICVS Comes Reinsteinius. | *SIGFRIDVS Dynasta Blancoburgi.*

HENRICVS Iunior, Comes Reinsteinius, sepultus Michelsteinæ.1224.
THEODORICVS Canonicus Halberstadensis.

VLRICVS Comes Reinsteinius, socius illorum Comitum, qui Munchneuburgum exusserunt 1242. Obijt An. C. 1246. Vxor MECHTILDIS Comes Honsteinæ.

SIGFRIDVS Comes.
CONRADVS Comes Reinsteinianus 1242.

VLRICVS Comes Reinsteinius, prælio interfuit; quod Guntherus Schualenburgius Archiepiscopus Magdeburgius anno 1077. gessit cum Rudolpho Saxoniæ Electore, ob ciuitatum defectionem, quas ipse suo antecessori vendiderat. Obijt A.C.1297.

SIGFRIDVS Comes, obijt 1261.

HENRICVS Comes Reinsteinius, Dynasta Blancoburgius 1234. Vxor BIA.

ALBERTVS Reinsteinius, Dominus Heimburgi 1278.

HENRICVS Comes Reinsteinius, Dominus Blancoburgi; 1294. Vxor MARGARETA Baronissa à Varre.

HENRICVS Comes Reinsteinius. 1305. Vxor SOPHIA Anhaltina.

HENRICVS cogn. Gigas, & Albus Hircus, Comes Reinsteinius, obijt 1320.

HENRICVS Iunior, Dynasta Blancoburgi 1307. Vxor VVALPVRGIS Baronissa Vinstingensis, filia Vlrici & Mariæ Baronissæ Appermentanæ.

HENRICVS Comes Reinsteinius. 1320.

BERTHOLDVS Comes.

IOANNES & THEODORICVS vitam Monasticam professi.

THEOBALDVS Dynasta Blancoburgius. Vxor MARGARETA filia Friderici Ducis Lotharingiæ.

HENRICA vxor Bernardi Comitis Thiersteinij.

VLRICVS Dominus Blancoburgius, Canonicus Argentinensis.1434.

ALBERTVS Comes Reinstenius in Heimburg.1325.
BERNARDVS Comes Reinsteinius in Heimburg.

VLRICVS Comes Reinsteinius, Dominus Blancoburgi.1366. Vxor ELISABETH Comes Beichlingana.

VLRICVS Comes Reinsteinius Arnsteinensem Comitatum vendidit Comitibus Mansfeldijs 1387. Vxor CATHARINA Comes Lippiensis.

BVSSO Comes Reinsteinius interijt in pugna ad VVinsam 1388.
ALBERTVS Comes Reinsteinius.

BERNARDVS Comes Reinsteinius, Dynasta Blancoburgius. Vxor AGNES F. Guntheri Comitis Schvarzeburgij, & Magdalenæ Bar. Plauensis. 1411.

VLRICVS Comes Reinsteinius 1458. Vxor IVTHA Comes Rifferschidiana.

CATHARINA vxor Gunthers Comitis Barbiensis.

VLRICVS Comes Reinsteinius, Dynasta Blancoburgi. 1479. Vxor ANNA F. Ioannis Comitis Honsteinij & Vierradensis.

BERNARDVS Comes Reinsteinius ἄπαις. Vxor ELISABETH F. Gebhardi Comitis Mansfeldensis.

IODOCVS Comes Reinsteinius, obijt 1529. pridie Non. Septemb. ætatis suæ 37.
Bernhardus Comes obijt A. 1524.

VLRICVS Comes Reinsteinius Dynasta Blancoburgius: heros in tuenda doctrinæ Euangelicæ veritate constans & intrepidus, in rebus aduersis patientissimus, erga pauperes beneficus, erga subditos pius: beatissimo exitu vitam clausit XI. Kal. Aprilis A.C. 1551. ætatis suæ LII.

EVA nupsit Friderico Comiti Deipholtiano.

LIBERI EIVS

ex BARBARA F. Ernesti Comitis Mansfeldij, defuncta A.C. 1529.

ex MAGDALENA F. Bothonis Comitis Stolbergij, ducta 1530. quæ grauida miserrimè perijt in conflagratione arcis Blancoburgi XIII. Kal. Decembris. 1546.

DOROTHEA vxor VVolfgangi Comitis Stolbergij, nata Anno C. 1526.

ERNESTVS Comes Reinsteinius, Dynasta Blancoburgi, natus A. C. 1528. Præpositura Naumburgensi & Abbatia Michelsteiniana resignata Casp. Vlrico fratri suo consanguineo; vxorem duxit BARBARAM VVolgangi Comitis Honsteinij & Vierradensis F. obijt An. C. 1581. ætatis LIII.

BOTHO Comes Reinsteinius & Blancoburgius, natus A. C. 1531. IV. Id. Ianuarij. Vxores eius: 1. CATHARINA F. Ioann. Henrici Comitis Schvarzeburgij in Leutenberga, obijt 1568. 2. ANNA F. Georgij Baronis Schœnbergij, ducta 1569.

CASPAR VLRICVS Comes Reinsteinius, Præpositus Naumburgius, & Abbas Michelsteinius, obijt ἄπαις. XVI. Kal. Decembr. 1575. Vxor CATHARINA AGATHA à Burbusch, ducta 1570. nupsit postea Georgio Baroni Schœnbergio.

ANNA nata VII. Kal. Decemb. 1533.
MARIA vxor Martini Honsteinij & Vierradensis, nata 1535.
MAGDALENA vxor VVolfg. Volcmari Comitis Honsteinij & Klettenburgij nata 1538.
ELISABETH Abbatiss. Quedlinburgēsis, obijt A. C. 1584. æta. suæ XLI.

VLRICVS Abbas in Michelstein, obijt Anno C. 1578. ætatis XIV.
HENR. VVOLFGANGVS infans nondum anni vnius in cunis decessit VI. Non. Iulij 1567.

ERNESTVS Comes Reinsteinius, Abbas Michelsteinæ, natus 1568. VII. Kal. Nouemb.

MARTINVS Comes Reinsteinius natus An. C. 1570. VII. Id. Septemb.

HEDVIGIS nata A.C. 1572.
SIBYLLA nata 1575. IV. IV. Id. Iulij obijt biennio pridie Id. Iunij.

STEMMA

STEMMA
COMITVM ISENBERGIORVM BVDINGAE
Dominorum.

FRANCISCVS Comes Isenbergius, Dynasta Budinganus. Vxor MARGARETA Comes Cattimelibogæ.

IOANNES (al. LVDOVICVS) Comes Isenbergius, Dynasta Budinganus. Vxores eius: 1. CATHARINA Comes Nassouia in Dillenberga, 2. ELISABETH Othonis Comitis Solmij F.

LVDOVICVS Comes Isenbergius, Dynasta Budinganus. Vxor MARIA F. Ioannis Comitis Nassouij & Idsteinij.

ANNA vxor Philippi Comitis Hanauiensis & Lichtebergij.

IOANNES Comes Isenbergius. *Vide literam A.*

PHILIPPVS Comes Isenbergius Dynasta Budinganus. Vxor AMELIA F. Philippi Comitis Reineccij.

ELISABETH vxor Sigismundi Comitis Gleichensis.

ANTONIVS Comes Isenbergius, Dynasta Budinganus. Vxor ANNA Comes VViedana.

LVDOVICVS Comes Isenbergius. Vxor MARIA Comes Honsteinia.

ELISABETH vxor Guntheri Comitis Schvarzeburgij.

ANNA consors Ioannis VVildensis, Comitis Salmæ & Rheni.

LVDOICA Monialis Mariæbrunnensis.

GEORGIVS Comes Isenbergius, ἄπαις. Vxor BARBARA Comes VVertheimia.

HENRICVS Comes Isenbergius, ἄπαις. Vxores eius: 1. MARIA Egenolphi Baronis Rappoltstenij F. 2. ELISABETH F. Georgij Comitis Gleichensis.

VVOLFGANGVS Comes Isenbergius, Dominus Budinganus, obijt 1587. ἄπαις. Vxores eius: 1. IOANNA Comes Hanauiensis, certis de causis repudiata: 2. VRSVLA Comes Solmia, Philippi Braunfelsij F. 3. VRSVLA Comes Gleichensis F. Ioannis Rembdensis.

CATHARINA nupsit Nicolao Comiti Salmensi.

ANNA vxor Domini à VVolphstein, Baronis in obern Sulzpurg.

ÆMYLIA, ELISABETH, *MARIA* — puellæ mortuæ.

SIBYLLA vxor Sigismundi Burggrauij Kirchbergij.

A.

IOANNES Comes Isenburgius & Budinganus: Vxor ANNA F. Guntheri Maioris Comitis Schvarzeburgij. Hoc coniugio sex nati liberi:

1. REINHARDVS Comes Isenbergius, Dominus Budinganus, duabus ordine iunctus matrimonio: nempe ELISABETHAE filiæ Philippi IV. Comitis VValdeccij, & MARGARETAE Gerardi Mansfeldij filiæ: ex priore vnicam sustulit F.

MARGARETAM consortem primùm Balthasaris Comitis Nassouij in Vbada: inde Georgij Comitis Leiningij, Baronis VVesterburgij.

2. ANTHONIVS Comes Isebergius, occisus in VVahlen inter Antuerpiam & Mechliniam A.C.1548

3. PHILIPPVS Comes Isenbergius, Dynasta Budinganus; ex IRMGARDE filia Philippi Comitis Solmij in Braunfels pater factus IX. liberorum.

4. LVDOVICVS Canonicus Moguntinus, Argentinensis, & Coloniensis.

1 *VVOLFGANGI Ernesti Comitis Isenbergij, Domini Budinganij, cuius in connubio viuit ANNA Comes Gleichensis, Ioannis Rembdensis ex Baronissa Plessensi filia: genitrix*

VVOLFGANGI HENRICI Comitis Iseburgij, Domini Budingani, nati A.C.1558.21.Octobris.

2 *ANNAE.*

3 *AGNETAE.*

4 *MARIAE.*

5 *ERICAE.*

6 *ELISABETHAE.*

7 *AMELIAE.*

8 *SIBYLLAE IVLIANAE.*

9 *IRMGARDAE.*

5. AMELIA consors Philippi Nassouij & VVeilburgij.

6. OTHO Comes Iseburgius, Dominus Budinganus, in pugna Siuershusiana occubuit A.C. 1553. pater facti 8

ex SIBYLLA F. Guntheri Comitis Schuarzeburgij, vxore prima:

IOANNIS GVNTHERI in infantia extincti.

ANNAE SIBYLLAE.

ANNAE CATHARINAE.

ex MARIA F. Volckmari VVolfgangi Comitis Honsteinij, vxore altera:

VOLCMARI VVOLFGANGI variolis mortui A.C.1586.

ELISABETH MAGDALENAE.

STEMMA

STEMMA COMITVM ISENBVRGIORVM Dominorum Grensauij.

SALENTINVS Comes Iseburgius. Vxor MARGARETA Comes Solmensis, Bernardi filia.

SALENTINVS Comes Iseburgius. Vxor ADELHEIDA Philippi Baronis Grensauij soror & hæres, dominium hoc ad hanc domum attulit.

GERLACVS Comes Iseburgius, Liber Baro Grensauij. Vxor IVTHA Baronissa Eppensteinia.

GERLACVS Comes Iseburgius, Dominus Grensauij. Vxor HILTEGARDIS F. Arnoldi Baronis à Sirck & Munckler.

GERLACVS Comes Isenbergius D. Grensauij. Vxor ANASTASIA F. Nicolai Comitis Mœrsæ & Sarvverdæ.

SALENTINVS Comes Iseburgius, Dominus Neomagi & montis S. Ioannis. Vxor ELISABETH Hauelsteinia, Henrici F.

IOANNETHA vxor Guilielmi Senei, Comitis VVitgensteinij.

HENRICVS Comes Isenburgius, Dominus Grensauij. Vxor MARGARETA filia Georgij Comitis VVerthæmij.

IOANNES Treuirensis Archiepiscopus electus 1547. grauissimis bellis vexatus ab Alberto Marchione Brandeburgio: S. Maximini quoque Abbatiam ad mortem retinuit: quæ ipsi accidit in castro Montabaurensi A.C. 1556. Confluentiæ sepultus.

GERLACVS Canonicus Argentinensis.

SALENTINVS Coloniensis Archiepiscopus electus A. C. 1567. 23. Decembris: diœcesi suæ decennium præfuit; princeps parcus, frugalis, & ad rem attentissimus. Sacerdotio deinde Brulis renunciato, Bonnæ celebrauit nuptias cum Comitis Arenbergij filia: militiæ postea vacans.

ANTONIVS Comes Iseburgius.

IOANNES Canonicus Argentinensis.

ANNA vxor Francisci Comitis Manderschetij.

STEMMA COMITVM OETINGENSIVM

in Risa Sueuiæ, & finibus Bauariæ: vbi castra possident Horburgum, Floehbergam, VVallensteinam, & Oetingam.

CONRADVS Ludouici F. Comes Oetingensis, in matrimonio habuit N. filiam Henrici postremi Comitis Egesheymensis, Alsatiæ Landgrauij: cuius ratione ad ipsum quidem est deuolutus Comitatus Prouincialis Alsatiæ: sed quem vendidit Episcopo Argentinensi vna cum oppidis Rubeaquo & Tabernis Alsatiæ.

LVDOVICVS Comes Oetingensis, vixit circa A C. 1205.

LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor MARGARETA Comes Zoll...

LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor ADELHEIDA Comes ab Harsp...

LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor AGNES Comes VVirtembergica. — *CONRADVS Comes Oetingensis sepultus Heilbrunni Anno Christi 1334. Vxor ANNA Burggrauia Noribergensis.* — Filiæ duæ, quarum SOPHIA *Castella Com*... altera Sultzbach nupsit.

FRIDERICVS Comes Oetingensis. — LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor IVDITHA F. Alberti I. Imp. Rom. & primi Archiducis Austriæ. — IRMGARDIS vxor Adolphi Electoris Palatini. *MARIA Coniux Rudolphi Marchionis Badensis.*

CONRADVS Comes Oetingensis, ab Henrico VII. Imp. proscriptus, decessit in cœnobio Cæsaris Lotharij: ibidem sepult⁹. EBERARDVS Canonicus Moguntinus. — ALBERTVS I. Comes Oetingensis, vixit 1360. — *Filiarum* ELISABETH Comiti Hoheloio; *altera Comiti Schaumburgio, Austriaco nupsit.*

FRIDERICVS Comes Oetingensis. Vxor N. Domina Carrariæ & Paduæ. — LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor N. Landgrauia Leichtebergica. — SOPHIA nupta Baroni Kirchemio... *IMAGINA vxor Friderici Semperlibers Limpurgij.*

FRIDERICVS Episcopus Aistetensis, obijt A.C. 1415. præsulatus sui XXII. — LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor IMAGINA siue IRMGARDIS Comes Sehaumburgica. — MARGARETA nupsit Bertholdo Comiti Eberstenio.

LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor BEATRIX Comes Helfenstenia. — FRIDERICVS Comes Oetingensis. Vxor EVPHEMIA Dux Monsterbergica, F. Ioannis & Elisabethæ Teschinensis. — ELISABETH nupsit Alberto Landgrauio Leuchtebergio. *ANNA coniux Henrici Comitis Helfensteinij.*

GVILIELMVS & LVDOVICVS ... mortui. — *ANNA vxor Bernardi Marchionis Badensis.*

VLRICVS Comes Oetingēsis. Vide A. — GVILIELMVS Comes Oetingensis. Vxor BEATRIX — ANNA Vxor Georgij Comitis VVerthemij. *IMAGINA Vxor Ammani* — IOANNES Comes Oetingensis vxor N. Comes Goricensis.

TRIX de la Scala, Princeps Veronensis, F. Pauli & Magdalenæ Fronsbergiæ.

Comitis Bitzai. MARGARETA nupsit Cratoni Comiti Hoheloio.

LVDOVICVS Comes *Anatt.* Vxores I. VERONICA Comes Sonnebergica: 2. MAGDALENA Montfortia.

ÆMYLIA nupsit Ludouico Comiti Helfensteinio.

IOANNES Comes Oetingensis. Vxor CVNEGVNDA Hanauiensis.

FRIDERICVS Episcopus Patauiensis 1485.

ANNA nupsit Guilielmo Baroni Rogendorfio Austriaco.

MARIA.

VVOLFGANGVS Comes Oetingensis, bello Turcico ad Viennam anno 1530. Cæsari proprio militauit ære. Vxor ELISABETH Truchsessia à VValpurg.

ELISABETH vxor Alberti Truchsessij VValpurgij.

ANNA vxor Ioannis Truchsessij VValpurgij.

MARGARETA coniux Ioan. VVerneri Baronis Cimbrici.

LVDOVICVS Comes Oetingensis. Vxor SALOME Eitelfriderici Comitis Zollerij F.

CAROLVS Comes Oetingensis.

VVOLFGANGVS Comes Oetingēsis interfuit coronationi Maximiliani II. Regis Rom.

LVDOVICVS Comes.

MARIA ÆGYPTIACA vxor Philippi Francisci Comitis Syluestris & Rhenani.

A.

VLRICVS, Friderici F. Comes Oetingensis, Flochbergæ aulæ sedem habuit. Vxores eius duæ. 1. ELISABETH Baronissa Schaumburgia, Austriaca: 2. BARBARA Domina in Constad, Bohema.

ANNA nupsit Ioanni ab Aichperg. MARGARETA Abbatissa Kirchheimensis.

IOANNES (al. Ioachimus) Comes Oetingensis, matre Bohema natus. Vxor DOROTHEA F. Alberti Principis Anhaltini.

LVDOVICVS Comes Oetingensis, vnà cum filio militauit bello Germanico Principibus Protestantibus contra Imperatorem. Vxor SVSANNA F. Alberti Comitis Mansfeldij.

MARIA vxor Georgij Dapiferi VValpurgij.

ELISABETH nupsit Cyriaco Baroni Polhamio.

CAROLVS Comes Oetingensis, Flochbergæ habitauit.

FRIDERICVS Senior Comes Oetingensis in VVallerstein, Impp. Carolo V. sub quo bello Germanico ordines duxit, & Ferdinando à consilijs: diem clausit supremum A. C. 1579.

LVDOVICVS Comes Oetingensis, heros rei bellicæ apprimè gnarus: geminam ab hostibus victoriam retulit: primùm A. C. 1542. ex restitutione Ducis VVirtembergici: & quadriennio pòst ex pugna aduersus Turcas. A bello germanico ob Euangelij doctrinam proscriptus, nouem cum patre exulauit annos. Suis restitutus, laudabiliter patriæ XIV. adhuc præfuit annis. Obijt A. C. 1569. Kal. Octobris ætatis suæ LXIII.

GVILIELMVS Senior Comes Oetingensis, Dominus VVallersteinæ, Catholicæ religionis assertor. Vxor ANNA Comes Zolleria.

GVILIELMVS Iunior Comes Oetingensis Domin. VVallersteinæ.

GODEFRIDVS Comes Oetingensis.

IVDITH coniux Henrici Rutheni, Domini Plauensis.
SALOME.
MARGARETA.
MARIA.
DOROTHEA.

LVDOVICVS Comes Oetingensis.

ALBERTVS Comes Oetingensis.

STEMMA

COMITVM MONTFORTIORVM, DOMINORVM BRIGANTII, Tetnangæ, Rotenfelsij, Longæ Argæ, VVasserburgi, &c.

HVGO Comes Montfortius, Dominus Brigantij, Tetnangæ, Rotenfelsij, Longæ Argæ, VVasserburgi, & multorum aliorum oppidorum, arcium, pagorum &c. in Algoia: apud Imper. Ludouicum Bojum gratia & auctoritate plurimum valuit. Vxor VERONICA Libera Baronissa Rappolistenia.

MAXIMILIANVS Egmondanus, Comes Buranus, Dynasta Iselsteinæ, Lerdami, & Sintmartensdikij, Gubernator Frisiæ, Eques aurei velleris: militauit Carolo V. Imp. bello Germanico aduersus Saxonem & Landgrauium: quos adductis è Belgio instructissimis copijs ab obsidione Ingolstadiensi abstraxit: & Francofurtũ ad Mœni fluenta ad deditionem coëgit. Obijt A. C. 1548. Vxor FRANCISCA Lanoia F Hugonis Reulencurtij Domini.

ANNA vxor Iosephi Mommorantij: indeq; N. Hornani Comitis.

Filia altera nupsit Roberto Arenberga Domino.

ANNA Comes Buræ, Domina Iselsteinæ, Lerdami, Sintmartensdikij, nupsit Guilielmo Nassouio Principi Aurantiæ.

B.

IOANNES primus Comes Egmondanus, Gubernator Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ Aurei velleris eques inuestitus à Maximiliano I. Imp. A. C. 1492. oppidum cum ditione Purmerendana à Balthasaro VVolckesteinio, cui eam Imperator dono dederat, confiscatam à Monsfortio Domino, emit. Vxor MAGDALENA F. Georgij Comitis VVerdenbergij.

IOANNES II. Comes Egmondæ, Eques aurei velleris, obijt III. Kal. Maij. A. C. 1528. Mediolani apud Insubres. Vxor FRANCISCA Lucemburgica, Iacobi F. Gaueræ Princeps & Fiennæ Domina.

MAXIMILIANVS & GVILIELMVS cælibes mortui.

GREGORIVS Egmondanus, Præsul Vltraiectinus, vir vitæ honestæ tranquillæque amator, & studiosus imitator: obijt VI. Kal. Octob. 1559. præsulatus sui XXV.

PHILIPPVS Barræ Dominus *[illegible] in Italia mortuus* 1529.

IODOCA vxor Ioannis VVassenara Domini.

VVALPVRGIS consors Guilielmi Nassouij.

CATHARINA vxor Georgij Schenckij Tautenberga Domini, Gubernatoris Frisiæ occidentalis, & ditionis Transisulanæ.

Quarta, coniux Francisci Borselij, Cortgenæ Domini.

Quinta, Monialis Losdunæ.

CAROLVS Egmondanus Carolum V. Imp. ad expeditionem Archieranam secutus: & in Italia defunctus ἄγαμος.

LAMORALVS (al. AMVRATHES) Egmondæ Comes tertius, Princeps Gaveriorum, ductor copiarum Caroli V. Imp. & Hispaniæ Regis Philippi aduersus Gallos præcipuus: insignibus aliquot victorijs celebris: Bruxellæ tandem à Duce Albano capite truncatus Nonis Iunij A. C. 1568. Vxor SABINA F. Ioannis Principis Palatini ad Rhenum, Comitis Simmerensis.

MARGARETA Vxor Nicolai Vadimontij, mater Aloysiæ Henrici III. Regis Galliæ vxoris.

PHILIPPVS Egmondæ Comes quartus, Belgicorum auxiliorum à Rege Hispaniæ, Carolo Mama Duci & confœderatis missorum Dux: ab Henrico IV. Galliæ & Nauarræ Rege ad Druidum vrbem cæsus Anno Christi 1590. Vxor MARIA Hornana.

LAMORALVS Comes Egmondanus.

CAROLVS Egmondanus.

LEONORA vxor Georgij Hornani, Comitis Houtekerkij, obijt A. C. 1582.

MARIA Monialis Cameræ.

FRANCISCA.

MAGDALENA.

CHRISTINA nupsit Domino Cappersij.

ANNA Monialis Cameræ.

SABINA.

IOANNA.

PHILIPPA Infans mortua.

STEMMA

COMITVM FRISIÆ ORIENTALIS, siue TransAmaſanæ: cuius pars maxima Amaſi fluuio à Grœningenſi regione ſeiungitur.

EZARDVS Zitzena, Capitaneus in Greetzil.

ENNO Capitaneus in Broick & Norden.

VLRICVS Dynaſta in Greetzil, obijt 1373.

EZARDVS Capitaneus in Broick & Norden, obijt 1406.

ENNO Capitaneus in Broick & Norden, vir magna prudentiæ & moderationis fama, obijt A. C. 1450.

EZARDVS Rector magnæ partis Friſiæ Orientalis, ante patrem obijt A. C. 1441.

VLRICVS Capitaneus In Norden & Greetzil, fratri in gubernatione Friſiæ Orientalls ſuccedens, Embdam Hamburgenſium nomine adminiſtrauit: qua tandem ſibi ſubiungata A. C. 1453. primus Comes FRISIAE Orientalis à Friderico III. Imper. eſt creatus. Cum vxóre DEDA, Fokonis Vken filia, in dotem accepit vrbem & præfecturam Aurich cum Broickmerlandia A. C. 1445. Obijt A. C. 1466.

FROVVA nupta SIBONI Attena; filium peperit *SIBONEM qui Eſenam ab auunculo acceptam* ... F. HERO OMKE à fide Ezardi Comitis diſceſſit; *nepos BALTHASAR Eſſenſis obijt 1540.*

EZARDVS I. Comes Friſiæ Orientalis, Alberti Animoſi Ducis Saxoniæ, & Friderici Badenſis Præſulis Vltraiectini, in bello Grœningenſi confœderatus: Grœningam, Friſiæ ciuitatem pulcerrimam & ampliſſimam, finiris quadriennij inducijs, ſuæ adinnxit ditioni A. C. 1506. quam poſt nonnm annum, oppugnatus à Georgio Alberti F. Duce Saxoniæ, & Brunſulgijs, relinquere coactus: Caroli Ducis Geldriæ implorauit auxilium. Verùm quum huic reſtitutionem oppidi Dammi, cuius munitiones Grœningenſes ſolo æquauerant, concedere nollet: Florentio Egmondano Burgundiæ Adminiſtratori ſe ſubiecit: cuius auxilijs Fredeburgum, Brunſuigiorum præſidio iam munitum, recuperauit A. C. 1516. Idib. Sept. Defunctus A. C. 1528. Heros ingenio, prudentia, animi magnitudine, induſtria, & rebus geſtis præſtans. Vxor ELISABETH F. Ioannis Comitis Ritbergici.

ENNO I. Comes Friſiæ Orientalis ex Palæſtina reuerſus, obijt *ἄπαις*, vndis (vt quidam prodiderunt) ſuffocatus A. C. 1491.

VLRICVS Comes Friſiæ Orientalis, Caroli V. Cæſaris aulam aliquandiu ſecutus: patrem morte præuertit. *IOANNES Comes, Carolo V. Cæſari in Belgico militans; vxorem duxit BARBARAM Lalanam, F. Philippi Comitis*

ENNO II. Comes Friſiæ Transamaſanæ, pijs doctoribus, abuſus Pontificios taxantibus, aſylum aperuit Embdæ anno 1527. Proximo anno Bogone Olderſumio nobili præfecto Ieuerç, ab ipſo deficiente, & Mariæ Ieuerenſi Edonis filiæ totam ditionem reſtituente; eveſtigiò collectis viribus arcem Ieuerenſem obſidione cinxit: quam paulo pòſt literis minacibus Caroli V. Cæſ. territus, iterum ſoluens, omnem iracundiæ ſuæ impetum in vicinum Eſenſem Do-

MARGARETA vxor Philippi Comitis VValdeccij.
HEILVVIGA.
ANNA.
DEDA.

Hoch-

Hochstrate & Anna Comitis Rennebergica: ex cuius dote factus est Falcoburgi Dominus.

minum Balthasarum conuertit: ac VVitmunda occupata, Esenam quoque post tertium obsidionis mensem deditione cepit. Non longè pòst à Carolo Geldrensi, Balthasaris patrocinium suscipiente, ad Immegam profligatus: his tandem conditionibus cum illo transegit: vt VVitmunda arce Balthasari reddita, Gretam à Geldro ipsi ereptam reciperet: & cum Geldro amicitiam perpetuam coleret. Hæc controuersiæ compositio facta An. C. 1534. 20. Ianuarij. Obijt A.C. 1540. IIX. Kal. Octobris: sepultus Embdæ. Vxor ANNA F. Ioannis Comitis Alteburgij.

ELISABETH nupta Ioanni Comiti Schaumburgio in Bockeburgo. HEDVIGIS consors Othonis Ducis Luneburgij & Harburgij. *ANNA virgo mortua Heidelbergæ in aula Electoris Palatini.*	EZARDVS II. Comes Frisiæ Orientalis, vxorē duxit anno 1556. CATHARINAM F. Gustaui Regis Sueciæ.	*CHRISTOPHORVS Maximiliano II. Imp. militans contra Turcos in Vngaria, obijt A.C. 1566.* IOANNES Comes Frisiæ Orientalis, tenet arces Ortam, Gretam, & Stickhusium.

ANNA post Ludouici Electoris Palatini fata nupsit Ernesto Friderico Marchioni Badensi. MARGARETA. *ELISABETH puella mortua.*	ENNO III. Comes Frisiæ Orientalis. Vxor VVALPVRGIS Comes Ritbergica, Domina Eseni & VVitmundæ, Ioannis F. obijt 1586.	GVSTAVVS Comes Frisiæ Orientalis.	*IOANNES Comes Frisiæ. Obijt A.C. 1591.* CHRISTOPHORVS. *EZARDVS puer obijt.* CAROLVS. OTHO.

CHRISTINA. CATHARINA. AGNES. IOANNES in cunis extinctus.

STEMMA

STEMMA

COMITVM HOIENSIVM ET BROICKHVSANORVM, qui inter vtramque Visurgis ripam, inter Mindam & Bremam, ditiones amplas tenuerunt.

HENRICVS Comes Hoienſis, F. Henrici, qui pro Gerardo Archiepiſcopo Bremenſi conflixit cum Stedingis.

VVITIKINDVS Epiſcopus Mindenſis, ab Abbate Fuldenſi emit templum monaſterij Hamelenſis cum omnibus pertinentijs, A.1259. vnde inter ipſos & Duces Brunſuigios bellū enatum: quo hic Luneburgenſem agrum vaſtauit, Ducū copias profligauit, ſigna militaria quatuor hoſti erepta, trophæi loco, in templo Mindeſi ſuſpendit, Obijt XII. Kal. Octo. A.C. 1261.

IOANNES Comes Hoienſis, vnius diei ſpacio Sidenburgum oppidum recuperauit. Obijt A. C. 1294. IV. Id. Ianuarij.

GEBHARDVS Epiſcopus Verdenſis, Princeps pacificus, mitis, Comis, alyſq; multis virtutibus præditus: à Giſelberto Bremenſi Archiepiſcopo bello petitus: quo Eccleſia Cathedralis cum Canonicorum habitationibus incendio miſerè eſt deformata: qua res occaſionem dedit vita regularis in clerico Verdenſi mutatæ. Obijt A.C.1270.

GERARDVS Comes Hoienſis, defunctus 1312. Idus Decembris.

HENRICVS Comes Hoienſis.

IOANNES Comes Hoienſis.

GERARDVS Comes Hoienſis obijt A.C.1367.12. Febr.

OTHO Comes Hoienſis obijt A. C. 1338.

IOANNES conditor COMITVM RITBERGIORVM.

GERARDO Comiti Hoienſi God fridus Arnſbergius, Bremenſis Archiepiſcopus, in auxilium vocato contra Mauricium Alteburgium Archiepiſcopæ Adminiſtratorem, arcem Tedinghuſanam tradidit A. C. 1351. Maxima autem hic cum Bremenſibus geſſit bella: quos primùm ad Aletam, non procul Verda, vicit, fugauit, cecidit: denuò ſuas terras populationibus deuaſtantes, iterum victos, multos ex ditioribus cepit, grauique ſe ære redimere coegit: ſed ne ſic quidem exarmatos tertiùm aggreſſus, eos quidem ab obſidione arcis Hoiæ repulit, verùm Tedinghuſanam amiſit. Melchiorem quoque Brunſuigium, Oſnabrugenſem Præſulem, prælio victum cepit Anno Chriſti 1373. Vxor N. filia Erici Senioris Ducis Saxoniæ Laoburgici.

HENRICVS Comes Hoienſis, arcem Tedinghuſanam occupauit circa an. 1344.

ALBERTVS Comes Hoienſis mortuus circa A.C. 1370.

Filia N. elocata Comiti Bergenſi: qui cum ea recepit arcē Schaldsberg.

IOANNES Comes Hoienſis & Broickhuſanus, mortu⁹ IIXX. Kal. Sept. A. C.1372.

IVTHA vxor Simonis Comitis Lippiæ.

ERICVS Comes Hoienſis cum Othone patruele graue geſſit bellum contra ciues Luneburgios pro affine Magno Torquato: & de Comitibus Teclæburgijs ac Benthæmijs, fratris auxilio glorioſam reportauit victoriam A.C. 1375. III. Id. Maij. Obijt A.C. 1420. Vxor AGNESE. Magni Ducis Brunſuigij.

†

OTHO Epiſcopus Monaſterienſis & Adminiſtrator Oſnabrugenſis; Teclæburgijs Comitibus acie victis Kloppenburgum ademit, pacis; leges præſtripſit. Henricum item Comitem Solmenſem Otteuſteina priuauit: & ſic ex hoſtium bonis, arcibus, oppidis, prædam agens, ditionis ſuæ Eccleſiaſticæ fines mirificè amplauit.

IOANNES Epiſcopus Hildeſienſis & Padebornius, bellator infelix: vict⁹ primùm ad Oſteruicum, deinde ad Grandenium. Obijt A.C.1424. IV. Id. Maij.

ALBER-

ALBERTVS Episcopus Mindensis, & Administrator Osnabrugensis; fratris Erici causa graue gessit bellum cum Comite Schaumburgio. Obijt Anno C. 1444.

ERICVS Episcopus Osnabrugensis, fratris Ioannis odio eiectus, anno 1437. obijt Anno Christi 1458. III. Kal. Maij.

IOANNES *Bellicosus & Seuerus* cognomento, Comes Hoiensis, vir omnium viuacissimus: Ericum fratrem restituere moliens, cuius gratia grauissima gessit bella, ab Osnabrugensibus captus; septennio pòst per Bohemos, ad Susatense bellum euntes, absque λύτρων liberatus: obijt Anno Christi 1455. Vxor ELISABETH filia Othonis Comitis Deipholtiani.

Filia N. vxor Nicolai Comitis Tecleburgij.

IODOCVS Comes Hoiensis & Broickhusanus, cum Ducibus Brunsuicensibus ac Luneburgensibus, quoad vixit, simultates aluit maximas. Obijt Anno Christi 1501. potestatis suæ XLVI. Hoiæ inhumatus. Vxor IRMGARDIS F. Bernardi Bellicosi, Comitis Lippiensis. Liberi eius memorantur quinque:

OTHO Comes Hoiensis, de Monasteriensi Ecclesia optimè meritus, obijt A.C. 1461.

1. IODOCVS Comes Hoiensis & Broickhusanus, à Ducibus Brunsuigijs, feudi Dominis, vnà cum matre, fratribus, & sororibus Comitatu eiectus: post septennium demum (Anno Christi. 1519.) est restitutus. Sincerioris religionis doctrinam primus amplexus: ad suos propagari sedulò magnoque cum periculo curauit: princeps pius, Ecclesiæ & Scholarum singularis nutricius, iustitiæque ac pacis custos fidelis. Nienburgi sepultus Anno Christi 1542. & iuxta eum coniux ANNA MAGDALENA F. VVolfgangi Comitis Gleichensis, mariti fatum eodem anno, septem hebdomadarum interuallo insecuta: genitrix ex ipso facta XIII. liberorum:

- *ALBERTI Comitis Hoiensis & Broickhusani: qui singulari pietate, constantia & zelo publicum veræ religionis exercitium, post victoriam Caroli Cæsaris, & promulgatam Interreligionis formulam, confirmauit. Obijt ἄγαμος Anno Christi 1563. ætatis XXXVI. Vxor CATHARINA F. Antonij Comitis Alteburgij.*
- *MARGARETAE vxoris Rudolphi Comitis Deipholtij, natæ Anno Christi 1527.*
- *IODOCI, nati Anno Christi 1528. Lutetiæ postea, vbi literis operam dabat, febre extincti.*
- *OTHONIS Comitis Hoiensis & Broickhusani postremi, absque liberis defuncti Anno Christi 1582. IV. Kal. Martij ætatis suæ LII. Ab huius obitu, totâ iam Hoiensium Comitum familiâ funditus extinctâ, ditiones pleraque ad dominos feudi Duces Brunsuicenses & Luneburgenses redierunt. Fuit cum ipso AGNES filia Arnoldi Comitis Benthemij, vidua Ioannis Ritbergici.*
- *VVOLFGANGI Canonici Argentinensis: vbi ex equi casu crure fracto decessit A.C. 1557. ætatis suæ XXVI.*
- *MAGDALENAE natæ A.C. 1532. Nienburgi sepultæ.*
- *ANNAE Abbacissæ Barseæ, mortuæ A.C. 1585. ætatis suæ LII.*
- *MARIAE vxoris Hermanni Georgij Comitis Brunchorstij, natæ 1534.*
- *ERICI Comitis Hoiensis, fratris Alberti in gubernatione patriæ successoris; Nienburgi ἄγαμος defuncti VI. Idus Martij Anno Christi 1575. ætatis XL. Vxor IRMGARDA filia Ioannis Comitis Ritbergij, nupta postmodùm Simoni Comiti Lippiæ; decessit Anno Christi 1584. pridie Kalendarum Sextilis.*
- *IOANNIS nati A.C. 1536. Bortheloe in pueritia defuncti.*
- *IRMGARDAE vxoris Hermanni Metnolphij Domini Burani, natæ 1537.*
- *ELISABETHAE natæ A.C 1538. Decessit virgo.*

FRIDERICI Comitis Hoienſis, & Canonici Argentinenſis, Neopyrgi defuncti A. C. 1570. ætatis ſuæ XXX.

2. MARIA nupſit Iodoco Comiti Bronchorſtiano.
3. Filia ἀνώνυμος Principi Anhaltino deſponſata, ante nuptiarum diem obijt.
4. ERICVS Comes Hoienſis, cœlibem in arce Soltenavv vitam finijt Anno C. 1547.
5. IOANNES Comes Hoienſis, bellica gloria inſignis, militauit in Dania & Suecia: interfectus in pugna quadam in Fionia commiſſa **auff dem Ochſenbringk**/à Dethleuo Ranzouio, quum eſſet dedititius A. C. 1534. III. Id. Iunij. Huic Goſtauus Sueciæ Rex anno 1524. in feudum conceſſit arcem Oſtgothię Stekenburgenſem; & ſuam inſuper ſororem MARGARETAM Trolliam, antè Ioachim o Braë nuptam, matrimonio iunxit: qua nati

IOANNES Epiſcopus Monaſterienſis, & Adminiſtrator Oſnabrugenſis ac Padebornenſis: princeps ingenio, eruditione, & eloquentia inſignis: in curia Romana diu multumq; verſatus: Iudex Imperialis Cameræ: Nonis Aprilis obijt. ſepultus in eccleſia Cathedrali Monaſterienſi A. C. 1574

IODOCVS Comes Hoienſis, à Franciſco ab Halle Equite Segebergæ captus, in cuſtodia deceſſit.

STEMMA

STEMMA

COMITVM RITBERGIORVM,
ab Hoiensibus genus suum deriuantium.

IOANNES, Henrici F. Comes Hoiensis, terras cum fratre Gerardo diuisit: litemque inter Guilielmum Brunsuigium & Ericum Laoburgium diremit. Obijt Anno C. 1570. Vxor ELISABETH F. Erici II. Ducis Saxoniæ inferioris.

HENRICVS Episcopus Verdensis electus A. C. 1407. de dignitate ea per integrum contendit annum cum Vlrico Albacensi, à Gregorio XII. Pp. Rom. intruso. Præsulatui tandem renunciauit 1426.

OTHO Comes Hoiensis, de Brûsuigijs insigni potitus victoria, bellum gerens pro Magno Torquato Luneburgensi, cuius sororem HELENAM vxorem habebat Bremensibus quoque adhæsit contra Alteburgios an. 1407. quo Helenam vxorem fato ereptam amisit.

BVRCHARDVS Comes die Amandi obijsse annotatur, absq; mẽtione anni.

OTHO Comes Hoiensis cum vxore ADELHEIDE Comite Ritbergica, Conradi & Beatricis Bronchorstianæ filia, terras eas familiæ suæ acquisiuit.

IOANNES Canonicus Coloniensis occubuit in prælio contra Frisios Anno C. 1427.

Filia N. nupta Ioanni Comiti Deipholtiano.

OTHO Comes Hoiensis, captus à Guilielmo Victorioso Duce Brunsuigio in bello, quod Mauricius Oldemburgius gessit contra Gerardum fratrem germanum, Archiepiscopum Bremensem Anno C. 1462. Obijt A. C. 1489. Vxor ANNA F. Bernardi Comitis Lippiensis.

ADElheida vxor Philippi Comitis VValdeccij.

ANNA nupsit Ioanni Comiti Salmẽsi & Rifferschidio.

IOANNES Comes Hoiensis, Comites Spigelbergenses socijs agnatorum armis defendit contra Duces Brunsuigios 1434. Obijt anno 1466.

GERARDVS Archiepiscopus Bremensis electus 1442. sepultus Bremę in ecclesia Cathedrali 1463

IOANNES Comes Ritbergensis, opem ferens Hildesiensibus contra Episcopum; ab Henrico Seniore Duce Brunsuigio capitur A. C. 1485. Vxor MARGARETA F. Bernardi Comitis Lippiensis.

MARGARETA vxor Friderici Ducis Brunsuigij & Luneburgij: matrona insigni virtute & pietate: cui Lutherus dedicauit Sermonem de Sacramento pœnitentiæ A. C. 1519.

CONRADVS Comes Hoiẽsis, titulum & insignia Retbergica assumsit: matrisque hæreditatem possedit. Vxor GERTRVDIS Comes Neunaria.

OTHO Comes Ritbergius, duabus ordine iunctus vxoribus.

Liberi eius

ELISABETH vxor Ezardi Comitis Frisiæ Orientalis.

IRMGARDA vxor Othonis Comitis Teclæburgij.

ex ANNA Gerardi Comitis Senæi filia, vxore prima:

ex ANNA F. Heronis Ommeke, Dynastæ Eseni, Stedesdorfi, & VVitmundæ; sorore ac hærede Balthasaris defuncti 1540. XV. Kal. Nouembris; vxore altera:

VRSVLA vxor Philippi Liberi Baronis Vinabergij & Beilsteinij.
IOANNA Decanissa in Heruœrdensi collegio.
IRMGARDIS Abbatissa in Freden & Metelen.

OTHO perijt in castris Caroli V. Cæs. ad Metim. Anno C. 1552.

IOANNES Comes Ritbergicus vltimus, Dominus Eseni, Stedesdorfi & VVitmundæ: cum Othone fratre consanguineo de dominio contendit. Arma inde capiens contra Bernardum Comitem Lippiensem: ex Imperatoris mandato, in arce sua Retberga obsidetur à proceribus Ordinis VVestphalici: à quibus deditione captus, Tuitium ducitur: vbi initio libros aliquot Germanicos in linguam conuertit Latinam. Mentis tandem factus inops, & curationis gratia Coloniam deductus, vitam isthic finijt A.C. 1564. Vxor AGNES F. Arnoldi Comitis Bentheimensis & Steinuœrdensis.

SIMON & IRMGARDIS in pueritia diem obierunt.

IRMGARDIS vxor primum Erici Comitis Hoiensis, dehinc Simonis Lippiensis: qui cum ea Rethbergici Comitatus hæreditatem sunt consecuti: obijt ἄπαις A.C. 1584. prid. Kal. Sextil.

ANNA in pueritia extincta.

VVALPVRGIS vxor Ennonis Comitis Frisiæ Orientalis: qui cum ipsa obtinuit dominia Eseni, Stedesdorfi, & VVitmunda. Mortua A. C. 1586.

STEMMA

STEMMA

COMITVM DEIPHOLTIORVM & Bronchorstiorum, Dominorum in Borcholo; ad Visurgim in ripa VVestphalica.

GEORGIVS Othonis F. Ludolphi N. frater germanus Godscalci Episcopi Osnabrugensis, Iburgi sepulti 1119. quo eodem anno ipse Gothingæ ludis Martialibus interfuit.

IOANNES Comes Deipholtianus interfuit certamini equestri Coloniæ celebrato 1179. — *GODSCALCVS Canonicus Bremensis & Coloniensis.*

IOANNES Canonicus Osnabrugensis. — CONRADVS Comes Deipholtianus. Vxor N. Comes Hostmariensis.

RVDOLPHVS Comes à Deiphold: Vxor N. Comes Hoiensis. — *CONRADVS Episcopus Mindensis, Teclaburgicis Comitibus ademit Reinburgum, quod denouo extruxit. Obijt A. C. 1236. VI. Kal Iulij.*

CVNEGVNDA vxor Conradi Comitis Alteburgici. — RVDOLPHVS Comes Deipholtianus. Vxor IVTHA filia Ioannis Comitis Alteburgici. — IOANNES Episcopus Mindensis, turrim Reinburgensem & Neohusium extruxit. Obijt A.C. 1249. *CONRADVS Præpositus Mindensis.* HILBOLDVS rei bellicæ peritissimus.

HEILVVIGIS vxor Henrici vltimi Comitis Sternbergici. — CONRADVS Comes Deipholtianus. Vxor IRMGARDA Comes VValdeccensis. — GODSCALCVS Canonicus Coloniensis. *HELMOLDVS Canonicus Bremensis.*

CONRADVS Comes Deipholdi occubuit in Frisia A. C. 1426. Vxores eius duæ: 1. GERTRVDIS Ritbergica, & N. Baronissa Rennebergica. — OTHO & *RVDOLPHVS* Canonici Colonienses. — Filiæ duæ Moniales, *altera Frede*, altera Bronchorsti.

IOANNES Comes Deipholtianus, duas habuit vxores: 1. N. filiam Othonis Hoiensis & Helenæ Brunsuicensis, matrem Ioannis Episcopi: 2. MARGARETAM F. Conradi Comitis Alteburgici. — *RVDOLPHVS Episcopus Vltraiectinus, arcem Lagam in fundamentis extruxit: Daresladam & Abcondam Episcopatui adiecit: reliquas arces collapsas restaurauit. Decessit in arce Voilenhoia: inhumatus Traiecti A.C. 1455. præsulatus sui XXII. Princeps magnanimus & prudens.*

IOANNES Episcopus Osnabrugensis: princeps animi constantis & strenui. *CONRADVS Episcopus Osnabrugensis post fratrem consanguineum 1440 libertatem Ecclesiasticam vtroque defendit gladio: & diœcesi laudabiliter ad summam senectam præfuit.* — OTHO Comes Deipholtianus. Vxor HEDVIGIS Comes Bronchorstiana, Giselberti F. — ANNA vxor Iulij Comitis VVunstorpiani.

CONRADVS Comes Deipholdius, sub guberna- — RVDOLPHVS Comes Depoldius & Bronchor- — *ELISABETH vxor Ioannis Comitis Hoiensis.*

tionis limine mortuus Leoroda.

ſtianus. Vxor ELISABETH F. Bernardi Comitis Lippienſis.

Filia N. elocata Ioanni Comiti Spigelbergico.

FRIDERICVS Comes Deipholtianus & Bronchorſtianus; Henrici Ducis Luneburgij alumnus: cui Comitatum quoque iſtum, à Franciſco Brunſuigio Mindenſi Epiſcopo aſperè vexatum, ſubiecit: Aſſindiæ Anglico ſudore mortuus & ſepultus Anno Chriſti 1529. Vxor EVA F. Vlrici Comitis Reinſteinij.

CONRADVS & IOANNES Canonici Colonienſes.

ADELHEIDA nupſit Baroni & Pincernæ Tautenbergio.

IRMGARDIS Abbatiſſa Aſſindienſis.

ANNA Abbatiſſa Frekenhorſtiana.

Quarta filia N. nupſit Ioanni Rasfeldio Domino Noiſtendorfi.

RVDOLPHVS Comes Deipholdius & Bronchorſtianus, ſubſcripſit paci religionis in Comitijs Auguſtanis A.C. 1559. Vxor MARGARETA F. Iodoci Comitis Hoienſis.

FRIDERICVS Comes Deipholdius & Bronchorſtianus ſuæ familiæ poſtremus, obijt ἄπαις ἀῤῥένων A. C. 1585. XI. Kal. Octob. Vnde ditio eius feudali iure peruenit ad Guilielmum Ducem Brunſuigium & Luneburgium. Vxor ANASTASIA F. Ioannis Comitis VValdechiani, partus doloribus extincta.

ANNA manſit cælebs.

MARGARETA. Filiolus ἀνώνυμος protinus accepto baptiſmo, extinctus.

STEMMA

STEMMA

COMITVM SPIGELBERGIORVM & PYRMONTANORVM.

FRIDERICVS Comes Spigelbergius.

FRIDERICVS Comes Spigelbergius.

IOANNES Canonicus Coloniensis.

MAVRICIVS Comes ἄπαις. Vxor ADELHEIDA F. Bernardi Comitis Lippiensis.

PHILIPPVS Comes Spigelbergius. Vxor N. soror VVillebrandi Episcopi Mindensis, & Othonis, vltimorũ Comitum Hallermundensium.

MAVRICIVS Abbas Corbeiensis.

IOANNES Comes Spigelbergius, à Ducibus Brunsuigijs ac Lunęburgijs, quod itinera publica infesta redderet, bello petitus: in oppugnatione oppidi Rentelen sagitta ictus oppetijt A. C. 1434. Vxor N. Comes Solmia.

VVALPVRGIS Abbatissa Gandershemensis.

MAVRICIVS Præpositus Embricensis, & Canonicus Coloniensis: poeta, orator, & historicus doctissimus: à Rudolpho Agricola in summo honore habitus: obijt Heidelber. A. C. 1485.

IOANNES Comes Spigelbergius, cum priore coniuge Comite Pyrmontana, sorore & hærede Ioannis, eam ditionem adeptus. Ex posteriore N. Comite Deipholtiana ipsi natus F.

ANNA vxor Theodorici Plessię Domini.

FRIDERICVS Comes Spigelbergius & Pyrmontanus. Vxor N. Comes Honsteinia.

PHILIPPVS Comes Spigelbergius & Pyrmontanus suæ familiæ postremus: occubuit in pugna Sanquintiana Anno Christi 1558. Sepultus Cameraci.

VRSVLA nupta Hermanno Simoni Comiti Lippiæ, dotis loco ad eum attulit vtrumq; Comitatum.

MARIA Abbatissa Assendiensis.

VVALPVRGIS nupsit Georgio Comiti Gleichensi A. C. 1558. cuius filij, mortuo Philippo Lippiensi, ceu proximi hæredes, armata manu vtrumque occuparunt Comitatum, Spigelbergicum & Pyrmontanum An. Christi 1583.

PHILIPPVS Comes Lippiensis, Spigelbergius & Pyrmontanus, obijt 1583.

STEMMA
COMITVM TECLÆBVRGIORVM.

SIMON Theodorici F. Reineri N. Hermanni Pron. Comes Teclæburgius, Philippi Dassiliensis Coloniensis Archiepiscopi secutus castra contra Henricum Leonem Saxoniæ Electorem: ab ipso captus, & fidelitatis iuramentum præstare coactus est anno 1176. Lubecam idem contra Fridericū I. Imp. fortiter defendit. Perijt in prælio aduersus VVichmannum Magdeburgium, & Huldericum Halberstadensem Præsules Anno Christi 1178. Vxor ELICA.

SOPHIA coniux Hermanni Comitis Lippiensis.	SIMON Comes Teclæburgius, militauit anno 1201. Othoni IV. Imperatori. Rauensbergicis tandem Comitibus bellum inferens, gloriosa victricique morte occubuit A.C. 1207. Vxor N. Arnsbergica.	LVDOVICVS Præsul Monasteriensis, Henrici Leonis iugum excussit: suamque ecclesiam multis ornauit libertatibus.

OTHO Comes Teclaburgius, monasterium Oizede multis auxit donarijs: Engelberto fratre assensu suo id comprobante. Extremè Dyssæ Domino bellum inferens, eo cecidit. Vxor N. Burggrauia Strombergensis.	ENGELBERTVS Episcopus Osnabrugensis annis 24.

SIMON Comes Teclæburgius, obses datus Osnabrugensibus pro Simone Comite Lippiensi, cuius sororem in matrimonio habuit: obijt A.C. 1305.

NICOLAVS Comes Teclæburgius Comiti Marcano militauit contra Godfridum Arnsbergium Præsulem Osnabrugensem, & Ludouicum Cattum Episcopum Monasteriensem, circa an. 1330. Vxor N. Comes Deipholdi.

NICOLAVS Comes Teclæburgius, cepit Simonem Comitem Lippiensem A.C. 1378. Vxor N. Comes Benthæmia.

OTHO Comes Teclæburgius. Vxor ELICA F. Simonis Lippiensis.

NICOLAVS Comes Teclæburgius, difficili subegit labore Frisios, Soilerios, & Schnassios: quos Cloppenbergensi adiecit præfecturæ. Patri(anno 1393.) impiè scopponens; amisit castra Beuergern & Cloppenborch, sibi adempta per Othonem Hoiensem Præsulem Monasteriensem: ciuitatique fieri supplex, præscriptasque pacis accipere conditiones est coactus. Vxores eius duæ: 1. ANNA F. Friderici Comitis Mœrsensis, mater duarum filiarum: 2. N. Comes Hoiensis.	Filia elocata Burchardo Burggrauio Strombergēsi.

ANNA vxor Guilielmi Ducis Bergensis, Comitis Rauensburgij, & Episcopi Padebornij. RICHARDA coniux Othonis Comitis Delmēhorstij.	NICOLAVS Comes Teclæburgius cum fratre partitus terras; Bernardo Lippiensi Comite ex castris, quibus arcem Rheden cinxerat, fugato, ea incendit.	OTHO Comes Teclæburgius, ἄπαις, Vxor N. Comes Brōchorstiana.

ADEL-

ADELHEIDA matre Hoiensi na a, vxor Conradi Comitis Altenburgij.

Vxor ADELHEIDA Comes Plessiana, obijt A.C. 1442.

OTHO Comes Teclæburgius, diem obijt A.C. 1518. Vxor IRMGARDIS F. Ioannis Comitis Ritbergici.

NICOLAVS Comes Teclæburgius, inuito fratre duxit ELISABETHAM F. Vincentij Comitis Mœrsij: sed caruit liberis. Quod ciues Monasterienses aliosque spoliaret mercatores, itineraq; infesta redderet: idcircò (anno 1518.) ab Episcopo Frico Leoburgico in arce Linga obsessus: ea capta, elapsus ad Carolum Geldriæ Ducem; Lingensem ipsi ditionem tanquam feudum obtulit. Cuius minis tantus incussus Episcopo terror, cuncta ante biennium ipsi ablata reddidit.

CONRADVS Comes Teclæburgius suæ familiæ postremus: Lingensi ditione à Carolo V. Imp. quod aduersus se feudi dominum bello Germanico arma gessisset, spoliatus: diem obijt A. C. 1557. III. Non. Martij. Vxor MECHTILDA F. Guilielmi Hassiæ Landgrauij, obijt A. C. 1558. XVI. Augusti.

NICOLAVS militans Christophoro Alteburgio Comiti pro restitutione Christierni II. Regis Daniæ: in Fionia cæsus oppetijt III. Idus Iunij Anno C. 1534.

OTHO Præpositus Osnabrugensis ad S. Ioannem.

ANNA coniux Philippi Comitis Solmij in Braunfels.

CATHARINA Abbatissa Assindiensis.

ANNA nupta Eberuino Benthæmio, prouinciam Teclæburgensem ad eum attulit cum dominio Rhedæ.

STEMMA COMITVM BENTHÆMIORVM ET TECLAEBVRGIORVM.

EBERVVINVS Dynasta in Gutersvuick, cum vxore N. filia & hærede vnica Henrici Comitis Bentheimensis, dotis loco terras illas obtinuit.

BERNARDVS Comes Benthæmius, Dynasta in Gutersvvick. Vxor N. filia Henrici Comitis Solmensis in Ottensteina.

ARNOLDVS Dominus Gutersvvickius, ἄπαις.

BERNARDVS II. Comes Benthamius. Vxor N. Comes Teclaburgia.

EBERVVINVS Comes Benthamius. Vxores eius duæ: ENGELBERGA Dux Stargardia, & N. Comes Deipholdia.

BERNARDVS III. Comes Benthæmius, ἄπαις. Vxor N. Egmondana.

ANNA vxor Ernesti Comitis Honstenij. *MARIA nupsit agnato Arnoldo Comiti Steinuerdensi. Mortua ἄπαις.*

ARNOLDVS Dynasta in Gutersvvick, & Steinuœrdæ, ratione vxoris, quæ vnica fuit filia Balduini Bellicosi Comitis Steinuœrdensis.

EBERVVINVS Comes Steinuœrdensis, Dynasta in Gutervvick: cum priore vxore N. filia Henrici Domini Gemensis, in dotem accepit dominium VVeuelinckhouæ: qua sine liberis defuncta, duxit ANNAM Comitem Hoiensem.

ARNOLDVS Comes Steinuœrdensis, Dynasta in VVeuelinckhoue & Gutersvvick, cum vxore MARIA Eberuini agnati filia Comitatum Bentheimensem consecutus. Altera VVALPVRGIS Bredetodæ Domina, VValrauij F. trium liberorum mater.

EBERVVINVS Comes Bentheimensis & Steinuœrdianus, cum vxore ANNA, filia & hærede vnica Conradi vltimi Comitis Teclęburgij, ditionem illam adeptus: socero quinquennio duntaxat superstes: coniugi suæ administrationem reliquit A.C. 1562. Obijt hæc A.C. 1582. IX. Kal. Septembris.

ARNOLDVS Comes Bentheimius, Dynasta in Gutersvvick, ἄπαις. Vxor MAGDALENA filia Ernesti Ducis Brunsuigij & Lunæburgij defuncta 1561.

AGNES vxor primùm Ioannis Comitis Ritbergici: inde Othonis Hoiensis.

ARNOLDVS Comes Teclęburgius, Benthæmius, & Steinuœrdensis, Dominus Rhedæ & VVenelinckhouæ. Vxor MAGDALENA F. Humperti Comitis Neunarij & Limburgensis, Dynastæ in Alpen & Lenep; soror Adolphi Comitis Mœrsiani.

VVALPVRGIS elocata Hermanno Comiti VViedano.

EBERVVINVS VVIRICVS Comes Teclæburgius & Benthæmius.

ADOLPHVS Comes Teclęburgius & Benthæmius.

ARNOLD. IODOCVS Comes Bentheimensis & Teclæburgius.
GVIL. HENRICVS.
CONR. HVMBERTVS.

STEMMA

STEMMA

COMITVM BVRGGRAVIORVM LEISNICENSIVM, PENICII Dominorum ad Muldam.

VVIPERTVS I. Dominus ditionis Balsamorum in Holsatia: Princeps armis consilioque pollens: vindicaturus iniurias sibi ab auunculo illatas, crebras in Daniam fecit excursiones: vrbem Podovvle igne ferroque fœdè diripuit. Vxor SIGENA Gosvvini Comitis Leigij F. dotis loco ad ipsum attulit Mœrungam & Gateslebam: secundis postea nuptijs iuncta Friderico Comiti Lengenfeldio.

VVIPERTVS II. Comes Groicensis, Marchio Lusatiæ, Burggrauius Magdeburgensis & Leisnicensis, Dominus Budissinæ, Nyssinæ, Schuanfeldæ, & Orlæ: à Marchione Brandeburgico Tungermundâ donatus: vicinis postea ob illustres animi corporisque dotes factus exosus; facta cum eodem permutatione, Groitscham in Libanotria ad Elistrum amnem recepit: vbi arcem veterem restaurauit, & muris fossisque cinxit. Quoniam autem vir erat Mauortius & quasi ad arma natus: in Bohemia primò militauit Vratislao Regi: dehinc Henrico IV. Imp. aduersus Gregorium VII. Pont. Rom. regnique æmulos, Rudolphum Sueuum & Ecbertum Saxoniæ Marchionem. Arma exinde conuertens in Henricum Iuniorem Marchionem Misniæ & Lusatiæ: ipso eiecto (anno 1106.) terras eius occupauit. Ab Henrico V. Imp. anno 1113. obsessus in arce sua Groitzsca, forti manu hostes pepulit. Anno vertente captus ab Hoiero Mansfeldio, eidemque Imp. traditus: in arce Leisnicensi captiuus per triennium est detentus. Liberatus indeà filio, non tantùm terras suas recepit: sed & ab eodem Imp. in Marchionem Misniæ & Lusatiæ est inuestitus; & præterea ab Adelgoto Archiepiscopo, sua ex sorore nepote lectus in Burggrauium Magdeburgensem. Misnia tandem pulsus ab Henrico Iuniore; auxilijs Lotharij Saxoniæ Electoris: in cœnobio Pegauiensi, quod ipse fundarat, monachum induit: vbi & anno insequenti 1124. corporis exuuias deposuit. Vxores eius duæ: LVDOMILLA F. Vratislai Regis Bohemiæ obijt A.C. 1109. XVI. Kal. Ianuarij; sepulta Pegauiæ ad S. Iacobum: 2. CVNEGVNDA F. Cunonis Comitis Beichlingani.

BERTHA coniux Henrici Comitis Lisnicēsis: mater Rotgeri Archiepiscopi Magdeburgij.

GISELA vxor VVerneri Comitis Veltheimensis: mater Adelgoti Archiepiscopi Magdeburgensis.

VVIPERTVS III. cogn. Iunior, Comes Groicensis & Leisnicensis, Dominus Budissinæ, Nisinæ, & Morungæ: Henrici V. Imp. instinctu patri bellū quidem intulit: mox tamen ipsi supplex factus, venia impetrata, arma in Imp. conuertit: Hoierumque Mansfeldium ad syluam Guelfonis forti manu prostrauit Anno Christi 1115. Obijt [illegible]

HENRICVS I. Marchio Lusatiæ post patrē, & Burggrauius Lisnicensis; obijt Moguntiæ in Comitijs A. C. 1136.

HENRICVS II. Burggrauius Lisnicensis, claruit Anno Christi 1143.

†

VVRATISLAVS.

BERTHA vxor Dedonis IV. Comitis VVethinensis.

ELIGARDIS consors Boteslai de Zischelsted in Bohemia.

HENRICVS III. Comes Leiſnicenſis, fundator cœnobij Buchauienſis, ibidemque ſepultus Anno Christi 1203. Vxor CLARA.

OTHO Comes Liſnicenſis, conditor nobiliſſimæ familiæ Equitum RANZOVIORVM in Holſatia.

ALBERO I. Burggrauius Liſnicenſis, arbiter & tranſactor inter Henricum Marchionem Miſniæ, & Epiſcopum Miſnenſem Conradum.

SIGFRIDVS Burggrauius Liſnicenſis, montem Liſniz donauit monaſterio Buchauienſi.

HERMANNVS Canonicus Miſnenſis.

ALBERO II. Burggrauius Liſnicenſis, nomine Imperij executor pacis publicæ aduerſus latrocinia exercentes.

MEINHARDVS Comes Liſnicenſis.

OTHO I. Burggrauius Liſnicenſis, cōtulit quinque marcas annui cenſus cœnobio Chemnicenſi, Vxor N. VValdenburgica.

ALBERTVS Præſul Miſnenſis.

ALBERO III. Comes Leiſnicenſis, Dominus Penicij. Vxor BEATA Anhaltina.

ALBERTVS Canonicus Miſnenſis, & Præpoſitus VVurcinenſis.

OTHO II. Burggrauius Liſnicenſis, Dominus Penicij. Vxor ELISABETH Comes Altenburgica in Miſnia.

ERHARDVS Burggrauius Liſnicenſis, obijt Anno Christi 1308.

HENRICVS Burggrauius Liſnicēſis, Dominus in Strelou, benefactor cœnobij Buchauienſis.

HENRICVS Burggrauius Liſnicenſis, hoſtis factus cœnobij Buchauienſis, amiſit oppidum Liſniz.

ALBERTVS Burggrauius Liſnicēſis, Dominus in Strelou.

HENRICVS Burgraui' Liſnicenſis. 1364.

ALBERTVS hoſtis cœnobij Chemnicenſis.

ALBERTVS III. Burggrauius Liſnicenſis, Dynaſta Penigij & Rosburgi, ſacellum Penigij fundauit Anno C. 1395. vbi cum poſteris ſuis primus inhumatus eſt. Vxor SOPHIA VValdenburgica.

ALBERTVS IV. cogn. Hoſpes, Burggrauius Leiſnicenſis, Dominus Penicij & Rosburgi, obijt Anno Christi 1411. Vxor FRIDERVNA Comes Stolbergica.

OTHO III. Burggrauius Liſnicenſis, Dominus Penicij & Rosburgi. Vxor MARGARETA Comes Schvarzeburgica.

ALBERTVS Burggrauius Liſnicenſis, interfuit Concilio Conſtantienſi.

GEORGIVS Burggrauius Liſnicenſis, Dominus Penicij, bellator ſtrenuus, Rosburgum oppugnauit. In Vngaria extinctus veneno Anno Christi 1472. Vxor IOANNA Baroniſſa de Kolditz, matrona animoſa, obijt Anno Christi 1513.

HVGO Burggrauius Liſnicenſis, Dominus Penicij & Nepomislauiæ in Bohemia: Albertum Animoſum Saxoniæ Ducem Anno 1488. in Belgium; & Georgium huius filium anno 1514 in Friſiam ſecutus: ſtrenuam ipſis in bellis nauauit ope-

EVSTACHIVS Burggrauius Leiſnicenſis, Decanus Magdeburgenſis, Friderico Duci Saxoniæ, Teutonici Ordinis Magiſtro familiaris; obijt Anno Christi 1523.

ALEXANDER Burggrauius Liſnicenſis, Dominus Topauiæ in Bohæmia: in Friſia militsuit. Sepultus Penicij Anno Christi 1528.

ram

ram. Obijt A.C.1538. octogenarius. Cuius morte ad Georgium Ducem Saxoniæ, feudi dominum, Penicensis ditio peruenit. Vxores eius duæ: 1. DOROTHEA Pincerna Landsbergensis: 2. N. Bohema.

GEORGIVS Burggrauius Lisnicensis Dominus Penicij & Nepomislaniæ, obijt ante patrem Anno C. 1537. Vxor AGNES F. Ernesti Comitis Mansfeldij, ἄπαις.

AMELIA consors Ernesti Baronis Schœnbergij Domini Glauchæ, VValdenburgi, Hartensteiniæ, & Lichtensteinæ: cuius filijs Baronibus Schœnburgijs Mauricius Elector Saxoniæ, recepta ab eis arce Hohensteina, Peinicensem ditionem tradidit. Hæc Ernesto defuncto an. 1534: postmodo nupsit Philippo Comiti Mansfeldio, Ernesti filio.

Filiæ duæ *ἀνώνυμοι: quarum vna Philippo Lib. Baroni Hassensteinio in Bohemia*: altera Albino Schliggio Comiti Passauni & VVeissenkirchæ nupsit.

STEMMA

STEMMA

COMITVM VVERDENBERGIORVM.

AD. 1376. vendidit Rodolfus Comes de Werdenberg, oppidum Veldkirch cum ... Leopoldo Austriæ Duci, pro 36000 ... flor.

HENRICVS Comes VVerdenbergius. Vxor N. Baronissa Racunzi.

EBERARDVS Comes VVerdenbergius. Vxor SOPHIA Baronissa Gerolrseggiana.

HENRICVS Comes VVerdenbergius. Vxor AGNES F. Friderici Ducis Teccensis & Annæ Comitis Helfensteniæ.

ALBERTVS Comes VVerdenbergius. Vxor VRSVLA Libera Bar. Schaumbergia.

VERONICA vxor VVolfgangi Baronis Brandisij.

RVDOLPHVS Comes VVerdenbergius, iuuit Appenzellenses contra Fridericum Austriæ ~~Archiducem~~, Sigismundi patrem A.C. 1406.

EBERARDVS Comes VVerdenbergius. Vxor ANNA Ioannis Lib. Baronis Cimbrici filia.

IOANNES Comes VVerdenbergius. Vxor ELISABETH F. Eberardi Comitis VVirtembergij.

MARGARETA & ANNA Abbatissæ Buchouienses, decrepita ætate mortuæ: illa A.C. 1496. hæc A.C. 1497.

AGNES vxor Iodoci Nicolai Comitis Zollerij.

ELISABETH vxor Hugonis Com. Montforrij.

MARGARETA elocata Baroni Abenspergio, Boio.

GEORGIVS Comes VVerdenbergius. Vxor CATHARINA filia Caroli Marchionis Badensis.

IOANNES Episc. Augustanus. 1486.

HVGO Friderici III. Imp. Consiliarius.

VLRICVS Frid. III. Imp. Pincerna. ##

RVDOLPHVS Commendator Alsatiæ apud Haitershaym. 1486.

GABRIEL & LVDOVICVS immaturè mortui.

CHRISTOPHORVS Comes VVerdenbergius. Vxor ELEONORA F. Francisci Gonzagæ ~~Ducis~~ Mantuani.

ANNA elocata Friderico Comiti Furstebergio, dotis loco Comitatum VVerdenbergensem ad eum attulit.

FELIX Comes VVerdenbergius, in seditione rusticana Hegiocos & Podmici lacus accolas domuit Anno Christi 1525. Vxor ELISABETH filia Claudij Nouicastri & Hericurtis Domini.

IOANNES Maximiliani Cæsaris Pincerna.

AGNES consors Christophori Limburgij, S. Rom. Imperij Pincernæ hereditarij.

ELISABETH vxor Erasmi Comitis Erpacensis.

MAGDALENA nupta Ioanni, primo Comiti Egmondano.

AD. 1500. die 11. May, reconciliavit hic Com: Hugo Episcopum Augustanum, cum Comite Montfortensi.

STEMMA

STEMMA
COMITVM FVRSTENBERGIORVM & VVERDENBERGIORVM.

EGON Egonis F. Comes Furstebergius, Landgrauius Stulinganus. Vxor MAGDALENA Baronissa Stofelæ.

HENRICVS Comes Furstebergius, ab Heluetijs ad Basileam trucidatus. Vxor ADELHEIDA Bar. Criechingana.

ADELHEIDA vxor Friderici Comitis Zollerij.

EGON Comes Furstebergius ænat. Anno Christi 1460.

CONRADVS Comes Furstebergius, Landgrauius Stulinganus.

Filia nupta Conrado Comiti Kirchbergio.

LIBERI EIVS

ex ELISABETHA Comite Lupffæ, vxore priore:

VVOLFGANGVS Comes Furstebergius. Vxor ELISABETH F. Othonis Comitis Solmij & Braunfelsij.

ex CVNEGVNDE Comite de Marsch, Rheta:

HENRICVS Comes.

ANNA consors Eberardi Comitis Sonnebergij.

GVILIELMVS Comes Furstebergius, militauit bello Germanico Principibus Protestantibus contra Cæsarem: apud Galliæ quoque Regem stipendia meruit. Obijt ænnat. Vxor BONA Claudij Nouicastri & Hericurtis Domini F.

FRIDERICVS Comes Furstebergius, Latobrigos siue Kleggojos acri marte repressit: & bello Germanico militauit Cæsari contra Protestantes. Vxor ANNA Christophori Comitis VVerdenbergij filia & hæres vnica, dotis loco has terras ad maritum attulit.

IOANNA vxor Vlrici Baronis Rappoltstenij.

Margreta vxor Joan. Jacobi liberi Baronis in Morsberg & Beffort.

EGON in obsidione Metensium mortuus.

HENRICVS Comes Furstebergius & VVerdenbergius. Vxor AMELIA F. Reinhardi Comitis Solmensis.

ANNA MARIA vxor Christophori Truchsessij à VValpurg.

ELEONORA vxor Philippi Senioris, Comitis Hanauiensis & Liechtebergij.

IOANNA vxor Guilielmi Lib. Baronis VValpurgij, Truchsessij.

Joachimus C. Fürstenberg filius Friderici et [illegible] maritus An. [illegible] f. Comitis Zimerensis [illegible]

Fridericus Com. Furst. maritus Elisab. f. Alrici Com. de Sültz.

STEMMA
COMITVM HELFENSTENIORVM, DOMINORVM GVNdelfingæ.

VLRICVS Comes Helfenſtenius & Geiſlinganus, Dominus in Vilsthal. Vxor AGNES F. Vlrici Comitis VVirtembergij.

LVDOVICVS Comes Helfenſtenius. Vxor N. Marchioniſſa Badenſis.

VLRICVS Comes Helfenſtenius. Vxor ADELHEIDA F. Vlrici Comitis Hoheloij.

VLRICVS Comes Helfenſtenius. Vxor ANNA F. Ludouici Comitis Oetingenſis.

LVDOVICVS Comes Helfenſtenius. Vxor ÆMYLIA F. Ioannis Comitis Oetingenſis.

IOANNES Comes Helfenſtenius. Vxor IRMGARDIS F. Conradi Comitis Kirchbergenſis.

VLRICVS Comes Helfenſtenius, vixit in aula Ludouici Electoris Palatini. 1453.

VLRICVS Comes Helfenſtenius. Vxor MARIA Dux Boſnenſis, Hungara.

ANNA vxor Guilielmi Comitis Caſtellæ.

PRAXEDIS nupſit Vlrico Lib. Baroni Brandiſio.

FRIDERICVS Comes Helfenſtenius. Vxor AGNES F. Engelharti Baronis VVinſpergenſis.

FRIDERICVS Comes Helfenſtenius. Vxor AGNES F. Bernardi Comitis Eberſtenij.

IOANNES & *GVILIELMVS* Comites Eberſtenij, Canonici Argentinenſes.

LVDOVICVS Comes Helfenſtenius. Vxor ELISABETH F. Georgij Liberi Baronis Limburgij.

ERNESTVS Canonicus Auguſtanus.

SIBYLLA Abbatiſſa Tigurina ad S. Regulum.

LVDOVICVS Comes Helfenſtenius, Canonicus Argentinenſis, ſeditione ruſticorum inter baſtarum cuſpides intentas exrrens, à ruſticis confoſſus ad VVinſpergam A.C. 1525.

VLRICVS Comes Helfenſtenius, Semper Liber Gundelfingenſis. Vxor CATHARINA F. Ioannis Comitis Sonnebergij.

GEORGIVS Comes Helfenſtenius, Baro Gundelfinganus, heros omni ſcientiarum genere inſtructiſſimus, & trium Impp. Caroli V. Ferdinandi, atque Maximiliani belli dux laudatiſſimus: Ordines duxit bello Germanico contra Proteſtantes: in Pannonia bis præfectus Germanicis legionibus, inſigni fortitudinis laude cum Turcis decertauit. Interfuit quoque prælio Sanquintiano, alijſque bellicis expeditionibus. Varijs tandem functus legationibus apud Pontificem, Angliæ Regem, aliosque Principes; diem obijt A.C. 1573.

SEBASTIANVS Comes Helfenſtenius, Dominus Gundelfinganus.

RVDOLPHVS Comes.

ELISABETH nupſit Georgio Libero Baroni Rappolſtenio An. C. 1543.

BARBARA vxor Aluici Comitis Sulzenſis.

STEMMA

STEMMA
COMITVM VVERTHÆMIORVM.

POPPO Comes VVerthæmius. 1300. Vxor BARBARA Zolleria.

RVDOLPHVS Comes VVerthæmius, cum vxore ELISABETHÁ Domina Bremburgi, dominium illud consecutus.

EBERARDVS Comes VVerthæmius, Dominus Bremburgi. Vxor CATHARINA Burggrauia Noribergensis.

IOANNES cogn. Senior & Barbatus, Comes VVerthæmius, obijt A. C. 1407. Liberi eius

ex MARGARETA Comite Reineccensi vxore prima:

IOANNES Comes VVerthæmius. Vxor MECHTILDIS F. Guntheri Comitis Schvvarzeburgij.

GEORGIVS Comes VVerthæmius. Vxor ANNA F. Friderici Comitis Oetingensis.

EBERARDVS Comes VVerthæmius, — *CVNEGVNDA nupsit Eberardo Comiti Kirchberga* — IOANNES Canonicus Coloniēsis. — ANNA vxor Philippi Comitis Reineccij.

ex IVTHA Duce Teccensi, vxore altera:

MICHAEL Comes VVerthæmius, Dominus Bremburgi. — GVILIELMVS Comes VVerthæmius.

MICHAEL Comes VVerthæmius, Dominus Bremburgi. Vxor AGNES Comes Isenburgica & Budingana.

MICHAEL Comes VVerthæmius, Dominus Bremburgi. Vxor BARBARA Comes Eberstenia. — GEORGIVS Comes VVerthæmius. — LVDOVICVS. — ERASMVS.

GEORGIVS Comes VVerthæmius. Vxor MARGARETA F. Vlrici Comitis Montfortij.

MICHAEL Comes VVerthæmius.

MICHAEL Comes VVerthæmius.

MARGARETA vxor Henrici Comitis Isenburgij & Grensauij.

STEMMA
COMITVM HOHELOIORVM.

VLRICVS Cratonis F. Cratonis N. Comes Hoheloius. Vxor N. Comes VVirtbergica.

CRATO Comes Hoheloius. Vxor ANNA Landgrauia Leuchtebergica.

GODFRIDVS Episcopus Herbipolensis obijt A.C. 1312.

ADELHEIDA vxor Vlrici Comitis Helfenstenij.

ALBERTVS Comes Hoheloensis. Vxor ELISABETH filia Reinhardi Comitis Hanauiensis.

LVDOVICVS Aduocatus Eboracensis cœnobij apud Ostrofrancos.

FRIDERICVS Episcopus Bambergensis. *interfuit Conc. Constant. cum 13. personis.*

ALBERTVS Episcopus Herbipolensis, obijt An.C. 1372. mense Iunio, præsulatus sui XXIII.

CRATO Comes Hoheloensis. Vxor MARGARETA F. Friderici Comitis Oetingensis.

GEORGIVS Præsul Pataviensis.

GODFRIDVS Comes Hoheloius. Vxor ANNA Henebergica.

IRMGARDIS vxor Ludouici Comitis Nassouij.
ELISABETH coniux Ludouici Baronis Lichtebergij.

CRATO Comes Hoheloensis. Vxor HELENA F. Vlrici Comitis VVirtembergij.

FRIDERICVS Canonicus Argentinensis.

~~GODFRIDVS~~ *Joannes* Comes Hoheloius, *...*

ELISAB: TH vxor Friderici Lib. Baronis Limpurgij.
ANNA vxor Leonardi Comitis Castellæ.

MARGARETA nupsit Alexandro, principi Palatino Rheni.
ELISABETH vxor VVolfgangi Comitis Leostenij.
CLARA in Stainach,
CATHARINA Kirchæ
HELENA Lichtsteinæ, vitam monasticam professæ.

GEORGIVS Comes Hoheloius. Vxor N. Comes Sulzensis.

ALBERTVS Comes Hoheloensis. Vxor VANDELABRA Comes Zollerensis.

ALBERTVS, SIGISMVNDVS, LVDOVICVS } Canonici Argentinenses.

LVDOVICVS CASIMIRVS Comes Hoheloensis. Vxor ANNA F. Othonis Comitis Solmij ducta A.C. 1544.

EBERARDVS Comes Hoheloensis, in arce VValdenbergica, miserabili conflagratione interijt in Bacchanalibus. A.C. 1570.

ALBERTVS Comes Hoheloius, vir magnanimus, & sinceræ religionis amans obijt A.C. 1575. in nuptijs VVirtembergicis.

VVOLFGANGVS Comes Hoheloius. Vxor ~~Maria~~ F. Guilielmi Comitis Nassouij in Dillenberga. *Magdalena*

maritus Mariæ Nassoviæ fil. Gulielmi Principis Auriengiæ.

FRIDERICVS Comes Hoheloius, obijt A.C. 1589.

PHILIPPVS Comes Hoheloius. #

GEORG. FRIDERICVS Comes Hoheloius. Vxor N. Ruthena Domina Plauensis. diePalmarum. Vxor ELISABETH Dux Brunsuigia & Luneburgia.

LVDOVICVS CASIMIRVS Comes Hoheloius, Dominus Langenbergæ.

CRATO Comes Hoheloensis.

STEMMA

COMITVM LEININGIORVM,
Semper Liberorum VVesterburgiorum.

SCHAFHARDVS Comes Leiningius. Vxor MARGARETA filia Rudolphi Magni, Marchionis Badensis.

IOANNES cogn. Nobilis, Comes Leiningius. Vxor ELISABETH F. Henrici Comitis Lucelsteinij.

RVDOLPHVS Comes Leiningius. Vxor AGNES F. Hamani Comitis Bitschensis.

FRIDERICVS Canonicus Argentinensis.

EMICO Comes Leiningius: Vxores eius duæ: 1. MARGARETA Comes Kiburgensis: 2. LVITGARDIS Comes Falcostenia.

EMICO Comes Leiningius. Vxor BEATRIX F. Bernardi Marchionis Badensis.

ANNA consors Engelbarti Baro. VVinspergij.

CVNO Comes Leiningius. Vxor METTA F. Ruperti Comitis Virneburgij.

MARGARETA consors VVirichij Baronis Falcostenij.

ANASTASIA vxor Iacobi Comitis à Mers.

EMICO Comes Leiningius. Vxor BARBARA Comes Tengana.

ELISABETH vxor Emiconis à Dhuyn, Baronis Falcostenij.

REINHARDVS Comes Leiningius, Dominus VVesterburgius. Vxor ZIMBVRGIS F. Gerardi Comitis Senæi.

CVNO Comes Leiningius, Dominus VVesterburgius. Vxor MARIA F. Bothonis Comitis Stolbergij, obijt septuagenaria A. C. 1572.

REINHARDVS Comes Leiningius, Semper Liber VVesterburgius & Schaumburgius. Vxor OTILIA F. Arnoldi Comitis Manderschetij & Blancohæmij.

GEORGIVS Comes Leiningius, &c. Vxor MARGARETA Isenburgica, relicta Balthasaris Nassouij.

PHILIPPVS Comes Leiningius & VVesterburgius. Vxores eius: AMELIA Simonis VVeckeri Comitis Bitzæi F. & HELENA F. Ioannis Palatini ad Rhenum.

LVDOVICVS Canonicus Argentinensis, matre Bitschensi natus.

EMICO Comes Leiningius. Vxor MARIA F. VVolfgangi Principis Palatini ad Rhenum.

IOAN. LVDOVICVS Canonicus Argentinensis.

PHILIP. CASIMIRVS Comes Leiningius natus A. C. 1588.

STEMMA COMITVM BITZAEORVM.

HAMMA Comes Bitschensis, Vxor ELISABETH Comes Leiningensis.

HAMMA Comes Bitzæus. Vxor IMAGINA F. Friderici Comitis Oetingensis.

FRIDERICVS Comes Bitschensis. Vxor ANNA Comitissa Rheni.

SIMON & LVDOVICVS Comites.

AGNES vxor Rudolphi Comitis Leiningij.

ANNA vxor Georgij Liberi Baronis Ochsenstenij.

SIMON Comes Bipontinus & Bitzæus, occubuit bello Heluetico An. C. 1478. Vxor ELISABETH F. Ludouici Baronis Lichtebergij.

VOLRADVS FRIDERICVS Comites Bitschenses.

REINHARDVS Comes Bipontinus & Bitschensis. Vxor ANNA VVildensis, Ioannis Comitis Rhenani F.

ELISABETH vxor Henrici Comitis VVirtembergij & Mompelgardij.

MARGARETA coniux Guilielmi Baronis Rappolsteinij.

SIMON VVECKER Comes Bipontinus & Bitschensis. Vxor BARBARA F. Hamani à Dhuyn Comitis Falcosteinij.

GVILIELMVS Canonicus Argentinensis.

ELISABETH consors Ioan. Ludouici Comitis Sultzensis.

ELISABETH vxor Philippi Comitis Leiningij.

IACOBVS Comes Bipontinus & Bitzæus.

MARGARETA LVDOVICA Comitatus Bitzæi vnica hæres, nupsit Philippo Iuniori Comiti Hanauiensi & Lichtebergio: qui legitimis ex ipsa susceptis liberis, eorum nomine à Lotharingo, citra vllam formulæ feudalis immutationem, beneficium recepit; eique fidelitatem iurauit.

STEMMA

STEMMA
COMITVM EBERSTENIORVM.

IOANNES Henrici F. frater germanus Theodorici Archiepiscopi Moguntini ab Alberto Duce Brunsuigio capti, 1257. Comes Eberstenius. Vxor ELISABETH Comes Bitschensis.

BERTHOLDVS Comes Eberstenius. Vxor MARGARETA F. Ludouici Comitis Oetingensis.

GVILIELMVS Comes Eberstenius. Vxor MARGARETA Baronissa ab Erpach.

BERNARDVS Comes Eberstenius. Vxor AGNES F. Burchardi Liberi Baronis Vinstingensis.

IOANNES Comes Eberstenius. Vxor MARIA Baronissa ab Epstein, Eberardi F. ex qua BARBARA vxor ... Com. Werthaimij.

AGNES vxor Friderici Comitis Helfenstenij.
ADELHEIDA vxor Friderici Lib. Baronis ab Morem. Heuen.

BERNARDVS Comes Eberstenius. Vxor CVNEGVNDA filia Eberardi ... de Wallburg, ... Comitis Sonnebergij.

GVILIELMVS Comes Eberstenius. Vxor IOANNA F. Philippi Comitis Hanauiēsis & Lichtebergij. † Baruis.

VVOLFGANGVS Comes Eberstenius. Vxor ANNA Comes Lippiensis.

BERNARDVS & PHILIPPVS Canonici Argentinenses.

OTHO GVILIELMVS Canonici Argentinenses.
SIBYLLA nupsit Marco Fuggaro Comiti Kirchbergæ & VVeissenhornæ.
Philippus Comes Eberstenius.
Otto Comes Eberstenius.

IOAN. IACOBVS Comes Eberstenius. Vxor BARBARA à Dhuyn, Emiconis Comitis Falcostenij F.

HVBERTVS Comes Eberstenius, Canonicus Argentinensis. ... 1587.

AEMILIA vxor Nicolai Comitis Salmai.
GERTRVDIS vxor Iulij Comitis Hardeggij.
ELISABETH nupsit Gabrieli Salamanca Hispano, Comiti Ortenburgio in Carinthia.
PRAXETIS elocata Andreæ Baroni à Puechaym.

Cunegundis vxor ... Frideri Christopheri Comitis Zymerij.
N. monialis.

STEMMA

COMITVM FALCOSTEINIORVM & OBERSTEINIORVM.

CVNO à Dhuyn, Dominus Oberſtenæ. Vxor AGNES nobilis Hohenfelſia.

EMICO à Dhuyn, Dominus Oberſteinæ. Vxor AGNES Comes ~~Syluestris & Rhenana~~. *de Kirnburg, matre Limburgensi Libera nata.*

PHILIPPVS à Dhuyn, Liber Baro Falcoſtenius & Oberſtenius. Vxor ANNA F. Philippi Rhingrauij.

VVIRICHIVS à Dhuyn, Liber Baro Falcoſtenius & Oberſteinius. Vxor MARGARETA F. Emiconis Comitis Leiningij. *et Beatrice filia Bernardi March. Badensis.*

THOMAS Baro Falcoſtenius: Vxores eius: 1. N. Baroniſſa Ramſtenia: 2. ÆMYLIA VVinſpergenſis.

- ELISABETH Abbatiſſa Seckingenſis, obijt 1520.
- ANNA Abbatiſſa Secking. obijt 1534.

Children of Wirichius:

- MELCHIOR à Dhuyn Liber Baro Falscoſtenius & Oberſtenius. Vxor MARGARETA F. Guilielmi Comitis Firneburgij.
  - VVIRICHIVS à Dhuyn Comes Falcoſtenius, & Homburgius, Dominus Oberſteinæ & Bruchi. *A. D. 1535. Ist erhebt zu ... Graf zu Falkenstein ... Rom. Kay. Oberster Feldhauptmann ...*
- PHILIPPVS à Dhuyn, Canonicus Argentinenſis. *Archiep. Colon.*
- EMICO à Dhuyn Liber Baro Falcoſtenius & Oberſtenius. Vxor ELISABETH F. Emiconis Comitis Leiningij & Rixingani.
  - BARBARA vxor Ioan. Iacobi Comitis Eberſtenij.
- HAMMA à Dhuyn Baro Falcoſtenius & Oberſtenius. Vxor CVNEGVNDA Bipontina, Bitzæa & Oehſenſtenia.
  - BARBARA vxor Simonis VVeckeri Comitis Bitſchenſis & Liechtebergij.

LIBERI EIVS

ex VRSVLA Comite Palatina ad Rhenum, Ruperti filia:

- SEBAST. VVIRICHIVS à Dhuyn, Comes Falcoſtenius, &c.
IOANNES II. Palatinus Rheni, Comes Simmeriæ & Spanheimæ mortuus Anno C. 1557. 18. Maij. Vxor BEATRIX F. Christophori Marchionis Badeni & Hochburgij, defuncta 1535.

FRIDERICVS III. Elector Palatinus obijt Heidelbergæ 27. Octobr. 1576. Vxor MARIA F. Casimiri Marchionis Brandeburgij.

RICHARDVS Palatinus Rheni, Comes Simerensis.

LVDOVICVS V. Elector Palatinus Rheni, defunctus 1583. 12. Octob. Vxor ELISABETH F. Philippi Landgravij Hassiæ.

IOAN. CASIMIRVS Tutor & Administrator Septemviratus Palatini, obijt 6. Ianuarij 1592.

FRIDERICVS IV. Septemviralis dignitatis hæres, natus 1574. 5. Martij.

NICOLAI

NICOLAI REVSNERI I.C.

PRINCIPVM ELECTORVM PALATINORVM ELOGIA.

I. SIGEFRIDVS.

Prima Palatina quæ gentis origo, lociq;
Quæ fuerit species pristina, fama tacet.
Prima SIGEFRIDVM tenuisse palatia Rheni,
Fama canit: pater est hic, CVNIGVNDA, tuus:
Quam pietas, & castus amor, cum coniuge Diuo,
Sanctorum numero, calicolûmque locat.
Ille potens animis Princeps Septemvir, & armis;
Sed fidei famâ iustitiaque prior:
Pace regit solida populos longæuus, & vrbes:
Tutatus magni cælica verba Dei.
Florentem patriam studijs & legibus æquis
Linquit: & HENRICO dat noua frena suo.

2. HENRICVS I.

Filius HENRICVS Rhenani Saxa Palati
Ardua, post patris fata suprema tenet.
Eligit Henricum sua per suffragia Sanctum:
Nupta fuit thalamo cui CVNEGVNDA soror.
Pro quo Boiorum sortitur regna potentum:
Arcibus exornat quæ, domibusq; sacris.
Fortibus excisas vrbes instaurat ab Vgris:
Australia veterû sic monumenta docent:
Quà domus est regum Prætoria: quaque sepultus
Cum ducibus priscis nobile marmor habet.
Sed malè Cæsareo cum fratre resistit honori:
Vtile, felicem Marte fuisse, fuit.

3. CONRADVS I.

Attorû Fracorumq; fuit mihi summa potestas:
Vangionumq; mihi paruit ora ferax.
Inde Palatinas moriens socer adijcit arces:
Atq; Lotharingidæ tia regna soli.
IRMENGARDA, decus tantû tibi debeo, coniux:
O amor, ô mentis portio magna meæ;
Fortunæ pars vna deest tibi magna, mihiq;:
Patria quòd ducibus stat domus orba suis.
Sit orbus natis, genero bona parta relinquo:
Filius hic patrem me velut alter amat.
Scire sed heredem præstat, quàm quærere fidum:
Felix prole virûm sospes, & aucta domus.

4. CONRADVS II.

CONRADVS Francos, & Sueuos, atq; Tribo-
Et Nemetes vnus, Vangionesq; regit: (cos,
Regna cui Rheuicum dote paterna relinquit,
Atque Palatinos vxor ELISA lares.
Ædibus ornauit terras, & censibus ædes:
Sic voluit summo sacra parare Deo.
Heidelberga vetus; myrtetis læta, sub illo
Ampla fit vrbs Domino, quæ modò vicus erat:
Quam colit, & terris magis eligit omnibus vnam:
Præsidium regni grande caputq; fuit.
Morte piâ functus, sacratâ conditur æde;
Quà iacet Hercinijs Augia Pulcra iugis.

5. HENRICVS II.

CONRADI gener HENRICVS, Dux Saxo-
nia ora
Inclytus: HENRICO patre LEONE satus:
Sceptra Palatiui retinet fulgentia Rheni:
Præmia coniugij digna futura sui.
Cæsaris hic Quarti Germanus frater OTHONIS:
(Quanquam ô non longo tempore Cæsar erat)
Belligeri Martis delectus, & vtilis armis:
Sed pietate magis, iustitiaque potens:
Pro Rheno, potius patrio lætatur Onacro:
Mœnia Brunonis qui populosa rigat.
Est aliquid, patriæ vicinum finibus esse:
Maius at, in patriâ pro patriâque mori.

6. OTHO ILLVSTRIS.

Primus OTHO Nicri colit alta Palatia: regûm
Boiorum veteri sanguine natus OTHO:
Clarus auo, clarus patre; Boius vindicat ille:
Possidet hic Rheni Cæsare dante, plagas.
Clarus & ipse parens, & magni sanguinis auctor
Boiorum, quotquot sceptra tulere, Ducum.
Stipauit socijs Augusti sedulus arma:
Cæsaris haud veritus Pontificumque minas:
Pannonas auertit patrijs regionibus hostes:
Credulitas tandem noxia sola fuit.
Sed benè, quòd fraudes hostiles sensit, & astus:
Landshuta placidâ morte peremptus obit.

7. LVDOVICVS I. Seuerus.

Felix ingenio LVDOVICVS, & inclytus arte:
Consilio sapiens, eloquioq; grauis,
Vnum crimen habet: nimium fuit ille Seuerus:
Criminis vxorem suspicione necat.
Pontifices Rheni compescit Marte rebelles:
Ponere Cæsareo sub pede colla iubet.
Militia præstans studijs: at pacis in armis;
Et memor in tanto semper honore Dei:
Te, Rudolphe, legit, magno turbante tumultu,
Imperij regem, dignior ipse, sacri.
Pacis & est medius, bellique: togatus in armis;
Pacificâ claudit ciuica bella ferâ.

8. RVDOL-

8. RVDOLPHVS I.

Cur nō, quæ tibi tanta dedit Pater ampla, tueris
Iustitiæ studijs, relligione, fide?
Grande quidem tibi nomen aui, sed inane RVDOL(PHI
Contigit: in matrem facta nefanda patras:
Inuidiæ stimulis agitat te gloria Fratris:
Præmia qui meritis das quoque digna tuis.
Quid? quod & Alberto non parcis auunculo: (Adol(phi
Æmulus in regno Cæsaris ille fuit)
Sed tua ne lateat bellis exercita virtus:
Septimus Henricus Cæsar id omne facit.
Ausoniis ora tuas vires, tua robora sensit:
Victor ouas: vitam mox tamen exul agis.

9. 10. 11. RVDOLPHVS II. ADOLPHVS & RVPERTVS I.

SI fas est laudare viros virtutis amantes:
Quis te non dignum laude, RVDOLPHE, (putet?
Mens immota tibi, mens impenetrabilis iræ:
Temporibus dubijs recta bonisq; fuit.
Mors fraudata tuæ vires & robora dextræ,
Elusit populi spes animosque tui.
Succedit regnis patrijs Germanus ADOLPHVS:
Quæ liquidis Rhenus prænatat vber aquis:
Dux pius, & iustus: quo non sincerior alter
Floruit, & niuea simplicitate prior.
Pertæsus regni subitò, dat sceptra RVPERTO:
Contentus propria viuere sorte tenus.

12. RVPERTVS II.

MAgna Palatinæ Septemvir gloria gentis:
Inter honoratos primus honore Duces:
Egregius bello Dux & pietate RVPERTVS:
Condidit æterno templa sacrata Deo.
Condidit Aonijs sacrata palatia Musis:
Myrtiferos flauus quà Nicer ambit agros.
Quantus Marte foret, docet hoc victoria velox:
Vno bis, Diuûm munere, parta die.
Testes sunt Campi Nemetum: bis terga dedere,
Arreptis hostes bis cecidêre fugis.
Fortunate senex, semper tua gloria viuet:
Sidera dum cælum, dum mare voluet aquas.

13. RVPERTVS III. Rom. Cæsar.

MAximus ingenio, sed paruus corpore: sacri
Imperij Princeps, Rexq; RVPERTVS (erat.
Quem superis æquat rerum prudentia magna:
In regno pietas, in pietate fides.
Templa Deo Nicri sublimia sacrat in vrbe:
Moribus exornat subdita regna bonis.
Cæsareo patrium decus auget honore: minasq;
Insubrum victor frangit, & arma Ducum.
Ausonio tandem, Tuscoq; reuersus ab Arno;
In patria lens morte quieuit humo.
Cui Pietas: & Pax totam se debet, & ipsa,
Fortunis regni tot Comitata, salus.

14. LVDOVICVS II. Barbatus.

NEc tu Patre minor bello, LVDOVICE, togâ(que:
Accipis Auspicijs sceptra relicta bonis.
Felicet lustras Solymos, Iudææq; regnâ:
Muneribus decorans busta sacrata pijs.
Inter vtrumq; lacum iacet vrbs contermina Rheno,
Quæ Constantini nomina prisca gerit:
Cæsar in hac cogit procerum, regumq; patrumq;
Concilium: cuius tu moderator eras.
Pontificem Latia turbatum sede coerces:
Imus & est subito, qui modo summus erat.
Iamq; senex, oculis captus, non mente; fidelis
Appius imperio Cæcus vt alter, obis.

15. 16. LVDOVICVS III. & FRIDERICVS I.

NOmen vt Elector Patris LVDOVICVS ha(bebam
Sic patris in dotes ingeniosus eram.
Mitis amansq; Dei, pacis defensor & æqui:
Muniui legum nobilitate forum.
Frater eras, FRIDERICE, meus; Victoria nomen
Cui dedit. & bello vindice partus bonos.
Tres vno victos victor certamine Martis,
Captiuos trâxti densa per arua duces.
Quid? quòd latronum fera disijcis agmina: cultor
Iustitiæ, reprobis trux, facilisq; bonis.
O pectus fidum, decus, & tutela meorum:
Ante diem quando me fera Parca rapit.

17. PHILIPPVS Ingenuus.

INgenio magnus, magn⁹ pietate PHILIPPVS:
Nomen ab ingenua mente fideq; tulit.
Cui patruus tutor primis FRIDERICVS in annis
Fidus, & in regno duxq; comesq; fuit.
Felix prole virûm: felix & diuite regno:
Felix, si malles otia tuta sequi:
Rumpere quàm pacem, nec diis nec viribus æquis:
Contentus regni sorte, Ruperte tui:
Arbiter vt voluit Cæsar, magnusque sequester:
Sed leges pacis negligis vsque datas:
Bella cies patriæ funesta. Potentis amici
Lenibus imperijs cedere nolle, graue est.

18. LVDOVICVS IV. Pacificus.

PAcis eram cultor: per me pax floruit: vrbes
Pax beat, & ciues, regnaque tuta facis.
Conueniens animo genus, & venerabile nomen,
Ingenio mores æquiparante, fuit.
Consilijs prudens, linguaque & pectore verus:
Musarum columen, præsidiumq; fori.
Me duce bellatrix armis Germania pulsis,
Augusta fruitur pace quieta diu.

Laus

Laus mihi magna fuit doctæ dulcedine linguæ
Flectere discordes tot potuisse duces.
Vixi, & quem dederat cursum natura peregi:
Post cineres nomen viuit in orbe meum.

19. FRIDERICVS II. Pius.

Post fratrem sacro veneranda Palatia cliuo,
Imperij Dapifer Dux FRIDERICVS init.
Quem pietas cœlo locat aurea, commodat orbi:
Nam pius in superos, in patriamq; fuit.
Iuris amans, varioq; togæ limatus in vsu:
Consilijs fregit bella sine hoste suis.
Vtilium fautor studiorum, pacis amator:
Munificâ doctos fouit & auxit ope.
Nec minus ense potens Scythicum perterruit hostem:
Regia virtutis signa Vienna tenet.
Ad sua iam veniens, animi maturus & æui,
Fatâ, Palatinos conditur inter auos.

20. OTHO HENRICVS.

Pacis amans sanctæ, Patriæ pater, optimus heros;
Magnus OTHENRICVS pacis honore (sui.
Artibus excolui patrias & moribus vrbes:
Atq; viris doctis præmia magna dedi.
Iustitiæ cultor, pietatis idoneus auctor:
Aedibus eieci sacra profana sacris.
Pulsus ob id regno, sex annis exulo: mitis
Restituor tandem Cæsaris auctus ope.
At tibi, care Dijs, frater, Ducibusq; PHILIPPE;
Pallas dat regni grande togæq; decus.
Te Padus, & Tresus doctæ Rectore palestræ;
Te Duce militiæ Rhenus & Ister ouant.

21. FRIDERICVS III.

Sors titulos atavi mihi contulit æqua, decusq;:
Sceptra Palatinæ sedis & arma gero.
Pacis amans, sanctas ad pacis idoneus artes:
Cultor honestatis, iustitiæq; tenax.
Et morum censor, castigatorq; malorum:
Iura dedi populis inuiolata meis:
Musarumq; sacer patronus, & almus alumnus;
Fundaui doctis bina Lycea viris.
Me quoq; pugnantem videt olim barbarus Ister:
Dum vegetum corpus dum noua barba fuit.
Sat regno vitæq; datum: fas pace potiri
Aethereâ fessum corpore: Munde vale.

22. LVDOVICVS V.

Præsidium populi, columen LVDOVICE Pala-
O decus ô æui gloria magna tui: (tî:
Qui generis laudes magnis virtutibus æquas:
Nec finis ingenium nobilitate premi.
Salue magne Pater patriæ. Dij cœpta secundent:
Sis bonus, & felix sis LVDOVICE, suis.
Signa tui regni cruce fulgens accipe pomum:
Quo Pax, & Pietas sancta notanda venit.
Quarum quum semper fueris tibi maxima cura:
Auspicijs gaudet Teutonis ora tuis.
Tu ne cede malis: sed contrà audentior ito:
Annuit en votis gratia dia tuis.

23. FRIDERICVS IV.

TE quondam puero vitæ nascente sub auras:
Magna Palatina spes FRIDERICE do-
Fatidicus cunis assistens fertur Apollo (mus:
Præsago tales ore dedisse sonos.
Nascere magne puer, spes & solatia nostri:
Lux patriæ, matris gloria, patris honos.
Cresce, tuosq; refer vitæ probitate parentes:
Si fas est factis hos quoq; vince tuis.
Sis patris vt morum, virtutis, pectoris hæres:
Conforma mores ad decus omne tuos.
Prima Dei, patriæ tibi cura sit altera, Phœbi
Tertia: sic felix atq; beatus eris.

Q PARTIS

PARTIS SECVNDAE PARALIPOMENA.

ILLVSTRISS. SAXONIÆ DVCVM ELOGIA

GEORGII FABRICII.

Stemma require fol. 260.

LVDOLPHVS.

NObilis Angariæ Dux, Rugorumq́ potentum,
Brunonis soboles clara, Ludolphus erat.
Hic in Saxonia, generosis dotibus, amplum
Promeruit Magni nomen habere Ducis.
Fortibus excellens animis: at pacis in armis,
Et memor in tanto semper honore Dei.
Cuius, & ætherea magno pietatis amore,
Sustinuit colles Roma videre tuos.
Plenaque relliquijs loca deueneratus, inanem
Ad populos dextram non tulit inde suos.
Oßibus, & Latio satris à Flamine lignis
In patriam redijt nempe grauatus humum.
Munera quæ sacris Vestalibus obtulit, arctat
Quà Gandershemios vallis aquosa lares.
Quos tum sede sacrâ fundauerat ipse: quieto
Denique postremos clausit honore dies.
Vxoremq́ reliquit Odam, quæ firmiter annos
Tres, & ter septem vixit Olympiadas.

BRVNO.

BRuno potens armis, factisq́ ingentibus heros,
Multa sub aßiduo Marte pericla tulit.
Non lotas sacro baptismatis æquore gentes
Aggressus forti milite sæpe fuit.
Quas indefessus exercuit impiger armis:
Nec rarò in celerem compulit ire fugam.
Hic vrbi nomen dedit, atque exordia primus,
Quam lauat effusis Ocra vadosus aquis.
Tunc vt sex trecens à partu virginis anni,
Quinaque cum lustris, & tria secla tribus.
Ast vt hyperboreo seclusos æquore Danos
Strenuus incautus aggrederetur equis:
Impeteq́ illorum, quos sæpius antè fugârat,
Ad maris horribiles reprimeretur aquas:
Cum merso salsis in fluctibus agmine perdit
Bis senos Comites, Pontificesq́ duos:
Et simul ipse perit, dignus meliore sepulcro:
In pelago est magnos triste iacere Duces.

OTHO.

SAxonas vt iusto regeret moderamine Princeps
Laudatus, sapiens, atque modestus Otho:
Ibant quingenti seclis cum quatuor anni,
Post sacra natalis tempora, Christe, tui.
Vandalicas acie domuit victrice cohortes:
Victasq́ impositum ferre coëgit onus.
Cæsar vt occiderat Ludouicus, ad ardua regni
Munera solenni more vocatur Otho.
Ob pia virtutum monimenta, supremus ad illum
Est rerum, imperio iudice, latus apex.
Quem licet abijceret maturis debilis annis:
Et tantas à se sponte moueret opes:
Francorumque Duci, fuit hoc qui nomine primus,
Conrado, regni sceptra repulsa daret:
In tamen ipsius manibus suprema potestas
Stabat, & imperio Cæsaris instar erat.
Sed quæ constanter reiecerat ille: sepulto
Filius Henricus Cæsare sceptra tulit.

HENRICVS AVCEPS.

AVcupis Henricus Dux est cognomen adeptus:
Quòd capere allectas arte solebat aues.
Cæsar vt hic gereret regalia sceptra, rebellem
In Bauarum magnis viribus arma tulit.
Sed tamen edomuit verbis: sine sanguine vt vltrò
Henrico victas tenderet ille manus.
Inde quater decies Hunnorum millia strauit:
Martsburgenses quà Sala radit agros.
Profligansque tuum deuicta Bohemia regem,
Ciuibus imposuit iussa tributa tuis.
Marchiacas etiam, Brenni cum mœnibus, oras,
Vandalicamque graui robore preßit humum.
Russosque, Sclauosq́ truces, cuneosq́ Gothorum
Contudit, à patria detinuitque sua.
Saxonica Dux hic prognatus origine stirpis,
Imperij primus sceptra verenda tulit:
Primus & hastata certamina ludicra pugnæ,
Germanæ, instituit, nobilitatis opus.

NICOLAI

NICOLAI REVSNERI I.C.

IMPP. SAXONICORVM ELOGIA.

HENRICVS AVCEPS.

Saxoniæ primos post Francos impero Cæsar
HENRICVS, patriæ gloria prima meæ.
Aucupor, aucupiumq; meum sunt Romula regna:
Cura sed Aucupij non fuit illa mei.
Fortunæ secura nitet, dijs proxima, virtus:
Quam cupidus vltrò passibus ambit bonos.
Arnulphum vici sine vi, sine sanguine, Boium:
Sed rubet Hunnorum ripa cruore Sala.
Te quoque Russe ferox, te Vandale, teque Boeme,
Et te Mars domuit, Dalmata sæue, meus.
Fine diem placido, patriæ pater, arbiter orbis,
Plurima Cæsar obit post benefacta senex.

OTHO MAGNVS.

Magnus OTHO magnis nomē virtutib. æquo:
Sospite me, sospes Teutonis ora fuit.
Seu pacem, seu bella gero, Dij cœpta secundant:
Auspice si quid ago numine, dexter ago.
Filius hinc victus, fraterque, generq; rebellis:
Et Francum socias Belga secutus opes.
Quid memorem Scythicus egressos finibus Hunnos,
Quid domitas gentes, magne Boeme, tuas?
Adde, quòd Ausoniæ sæuos punire tyrannos,
Et potui leges ferre, Quirine, tibi.
Morte piâ, Cæsar pius, inter sacra Deorum
Iam senior vitam reddo, animamq; Deo.

OTHO II.

IMperio patri, sed non virtute secundus:
Anteit ætatem vis animosa meam.
Nam puer impubes, & adhuc non vtilis annis,
Argiuo Calabrûm tutor ab hoste solum.
Seditione potens regno patruelis adempto
Exulat, & pœnas impietatis habet.
Tres pariter reges Martem finire coëgi,
Sarmaticum, Cimbrum, teq; Boeme tuum.
Perfida Gallorum domui quoque fortiter arma:
Argolicas sed dum vindico classe manus:
A Siculis captus; linguâque redemptus & ære:
Ausoniâ claudo liber in vrbe diem.

OTHO III.

MArte ferox, & pace potens, virtute fideq;
Inclytus, & regni callidus arte puer,
Sceptra gero: Latijs indictâ pace tyrannis,
Eligo Pontificem, Roma superba, tuum:
Gregorium sacra dignatus honore cathedræ:
Quo pulso, Romam Marte furente peto.
Vrbs capitur, victasque mihi dat perfida dextras:
Præsul vtroque nouus lumine captus obit.
Quique sibi fasces Consul Crescentius vrbis
Vindicat, ad Stygias it iugulatus aquas.
Quod de gente tuâ legitur Germania Cæsar,
Acceptum debes legibus omne meis.

HENRICVS Sanctus.

FElix militiâ: vitâ castusque, piusq;:
Sumptibus erexi splendida fana meis.
Fratres edomui CVNIGVNDÆ coniugis ambos:
Flandria quando subit capta, Metisq; ingum.
Sarmatica fudi iunctum cum gente Boëmum:
Christiadem docui Pannona regna fidem:
Quando soror Stephano datur vxor GISELA regi:
Cumque Saracenis arma cruenta tuli.
Quid Frisios, Henetosq; loquar, victorq; Pelargos?
Cælitis hinc nomen pro pietate fere.
Magna fuit gentes bello frenasse superbas
Gloria: sed maior fama fuisse pium.

NICOLAI REVSNERI I.C.

PRINCIPVM ELECTORVM SAXONICORVM EX MARCHIONIBVS MISNIAE ELOGIA.

☞ Stemma require fol. 273. & 280.

FRIDERICVS I. Bellicosus.

MIlitiæ FRIDERICVS Samaus, & morte secundus,
Saxonici meruit nomen, & arma Ducis.
Prussia pugnantem iuuenili robore vidit,
Pro patriâ, sanctâ pro pietate Dei.

Sedauit varios Comitum siue cæde tumultus
Francorum: rebus qui studuêre nouis.
Marte rebellantes domuit felice Boemos:
Accepta cladis Brixia testis erit.
Quid? quòd pace bonus Musis facit otia doctis:
Ciuibus & statuit commoda iura suis.
Inuidiam virtute ducum superauit, & arte:
Cui fortuna comes semper amica fuit.

FRIDERICVS II.

INgenio placidus FRIDERICVS & acer in armis
Filius, armigeri gaudet honore Ducis.
Bella mouet Francis vltor, pro fratre Boemos
Persequitur duro Marte, fugatque truces:
Sauromatasque domat, generosi Cæsaris vltor:
Lusatis armis territat atque minis.
Mox cum fratre gerit GVILIELMO bella coactus:
Pro duce qui Brenni feruidus arma capis.
Dij tantum vetuere nefas: qui pectore dirus
Hostis adit, subitò frater amicus abit.
Sexta fuit regni trigesima bruma peracta:
Quando domi placidâ morte sepultus obit.

ERNESTVS.

COniugio felix, opibusque & prole nepotum
ERNESTVS pacis maximus auctor erat.
Amissum plagio primus cum fratre sub annis,
Sospitat ingenijs prouida cura Dei.
Signa Boëmiacis victricia mouit in oris:
Et sua te voluit iura, Narisce, sequi.
Pannonia Matthiam Casimiro sponte Polono
Conciliat: facti Slesia testis eris.
Maiestate grauis, somis sermone, benignus
Officio, castus mente, fideque pius:
Satrificûm passim luxus compescuit armis:
Mortuus in patriâ iam requiescit humo.

FRIDERICVS III. Sapiens, Rex Rom. designatus.

PAtris eras custos, pacis, FRIDERICE, sequester:
Artis & ingenuæ cultor, & ore potens.
Sed pius inprimis, & relligionis amator:
Quæ Christi meritum spéque, fideque colit.
Phœnices, Syriosque petis, florentibus annis:
Et procul à patriâ trans mare curris humo.
Pannonijs Scythicos auertis finibus hostes:
In Venetos & cum Cæsare bella moues.
Arbiter imperij frustrà moriente rogatus
Cæsare: te regno, Carole Quinte, legit.
Leucoreâ fundat præclara sub vrbe Lycéa:
Primus & hîc tumuli nobile marmor habet.

IOANNES I. Constans.

MAgna dedit magno magnum Constantia nomẽ
IOANNI: virtus nec pietate minor:
Quam constans animi defendis, robore magni:
Quum fletis ad vultus, Carole Diue, tuos.
Cæsaris auspicijs, dum strenua sustinet ætas,
Militia gaudet præmia longa sequi.
Mœnia propugnat regalis feruidus Albæ.
Et domitos cogit cornibus ire Padum.
Cætera pacificus, motus compescit agrestes:
Præsentem expertus semper adesse Deum.
Post fratrem, septem princeps fortissimus annis
Imperat: ingenio proximus, vt tumulo.

IOAN. FRIDERICVS Magnanimus.

QVem Patris & Patrui commendant nomina magna,
Quas tibi dux laudes IANFRIDERICE canã?
Princeps magnanimus, nota pietatis alumnus,
Assertor legum iustitiæque sacræ:
Pro patriâ, Christi mortem pro laude pacisci
Promptus eras: verò raptus amore Dei.
Aduerso vulnus fers captus, & exul, in ore:
Inuicta superas mille pericla fide.
Non vis, aut ferrum, non te sors dura fatigat:
Liberat hinc victor te, reducemque facit.
Plena metûs amor est Christi, res plena pericli:
Pro quo qui patitur plurima, victor abis.

MAVRICIVS Magnus.

MIssus in imperium magnum, de paupere regno
MAVRICIVS, bello maximus atque togâ:
Pannonium tyro primùm pugnauis ad Istrum:
Altera bis Gallis intulis arma ferox.
Brunsuigum sedas, capto ductore, tumultum:
Castra dein sequitur Cæsariana diu.
Parthenopen cogis sub iura: fugansque latrones,
Liberat hostili Saxona regna metu.
Cæsare pacato, dum Pannona bella retractat:
Subsidio patriæ cogitur ire domum.
Victor obit victo (dolor) ictus ab hoste: sed expers
Funeris, immenso viuit in orbe decus.

AVGVSTVS PIVS.

AVGVSTVS Princeps Septemvir, & inclytus heros,
Cæsaris Augusti nomen & omen habet.
Mente pius, pietate grauis, grauitate verendus,
Consilio prudens, iustitiâque potens.
Cæsarei vindex decoris cum fratre triumphat:
Signa per Atrebates bellica quando mouet.
Armorum patriam formidine soluit & alta
Expugnat victor Martia castra Gothæ.
Iam fora, templa, scholas augens, & pace fermans
Augustâ, populis iura dat æqua suis.
Augeat AVGVSTO regnum Deus, augeat annos:
Floreat æternùm aucta propago bonis.

PARTIS

PARTIS QVARTAE PARALIPOMENA.

VETERVM SAXONIÆ ELECTORVM GENEALOGIA.

HERMANNVS BILINGVS, pauperibus ortus natalibus, vir acris ingenij, virtute industriaq; sua apud Othonem I. Imp. adeo creuit: vt primò ipsum filijs suis adolescentiæ atq; morum informatorem adiungeret: dehinc Italicam contra Berengarium suscepturus expeditionem, Saxoniæ ipsi procurationem committeret: randem Gerone Marchione defuncto: Saxoniæ quoq; quæ ad Albim est, Ducem crearet; ditionemq; Luneburgicam attribueret A.C. 966. Quas sanè Prouincias summa iustitiæ & integritatis laude gubernauit: inuidiam omnem armis fortiter propulsauit: inq; religione Christiana defendenda sincerus ad mortis vsq; diem permansit: quam obijt Quedlinburgi A.C. 981. Luneburgi sepultus. Vxor HILTEGARDIS VVesterburgica.

BERNARDVS I. (alij Bennonem nominant) primus Elector Saxoniæ Dux Angriæ & VVestphaliæ: Othonem III. Cæs. ad Danicam & Italicam expeditiones est comitatus. Ab eius excessu; iuuenili audacia D. Henrico II. Imp. factus rebellis, stetit aliquandiu à partibus Echardi Marchionis Misniæ: sed cui postmodò, venia impetrara reconciliatus, bello Polonico fortirer militauit. Vandalos quoq; occidentales aliquot prælijs superauit: inq; officio, & Christianæ Religionis cultu quamdiu vixit, retinuit. Cœnobium in monte Calcis, à parre inchoatum; feliciter absoluit. Sepultus Luneburgi in crypta cœnobij D. Michaelis A.C. 1021. Vir pius, fortis, bellicosus, multisq; rebus gestis clarus. Vxor GEILA (nonnulli Beilam nominant) filia VVartislaui Ducis Stetinensis in Pomerania.

LOTHARIVS Comes Holsatiæ, Stormariæ, Ditmarsiæ, VVagriæ & Stadæ; fidelem & ipse Othoni III. Imp. in Italica côtra Crescentij factionẽ expeditione, nauauit operá. Mortuus ἄπαις. Vxor EMMA Comes Geldriæ à Dersterbane: vidua marito XL. annis superstes fuisse traditur.

DITMARVS per iniuriam spoliasse fertur Mainuercum Præsulem Padebornensem.

SVANHILDIS Ditmaro Marchione Lusatia, mariro priore defuncto, nupsit Echardo I. Marchioni Misniæ.

MECHTILDIS vxor Balduini Iunioris Comitis Flandriæ.

BERNARDVS II. Elector Saxoniæ, Dux Angriæ & VVestphaliæ. Dominus Luneburgi: quum auaritiæ nimis esset deditus, patris fortunam nulla parre æquauit: Vandalos iniustis & immodicis exactionibus grauiter pressit: Mistiuoio sorore sua negara, & simul contumelijs irritato, non leuẽ ansam præbuit, fidem Christianam abijciendi, iugum ipsius excutiendi, & Saxoniam igne ferroque depopulandi. D. Henrico II. Cæsari ipse quoq; rebellauit: mox tamen errore agnito, reconciliationi studuit. Godoscalcum Obotritam, cum prædonum manu Saxoniam vastantem, prælio victum captumque; breui postè vinculis honorificè, ceu virum militarem, dimisit. Luneburgi sepultus A.C. 1063. Vxor BERTRADA, Haraldi Regis Noruegiæ F.

DITMARVS Comes Holsatia, Stormaria VVagria, & Ditmarsia, à satellite in monomachia, qua iussus fuerat se purgare à crimine læsæ maiestatis, siue cadu Henrico III. Cæs. intentata, interemptus Anno C. 1048.

BRVNO Episcopus Alteburgius in Stargardia, ob negatos redit᷒ ecclesiasticos Hildesiam profect᷒; eò loci in dedicatione ædis B. Michaelis à turba adeo est attritus; vt paulò pòst expiraret. Ibidem tumulatus.

MECHTILDIS despõsata Misteuo io Obotritorũ Regulo: quas nuptias quum Theodoric᷒ Marchio Brandeburgicus Elector irritas faceret, grauissimum sibi Saxonibusq; Henetorũ bellum accersiuit.

Filia ἀνώνυμος nupsit Roberto Frisio, Flan-

ORTOLPHVS Dux Saxoniæ Angriæ & VVestphaliæ, Elector

HERMANNVS Comes Holsatiæ, Ditmarsiæ, & Stor-

driæ Comiti.

HILTEGARDIS vxor Buthue Obotritorum Reguli.

terti⁹: paterna ditione cum Hermanno fratre diuisa, virium minus habuit: Hamburgi arcem nouam extruxit. A Vandalis, propter odium in patrem ipsius conceptum, sæpenumerò haud sine clade infestatus: ob fortunam bellis omnibus aduersam demum à suis quoq; desertus est. Bellator miser & infelix, ob auaritiam omnibus, ipsis etiam hostibus, inuisus. Obijt A.C. 1073. potestatis suæ XII. Liberi eius

maria, Auctor militia ab Alberto Bremensi Archiepiscopo designatus in expeditione illa Cæs. Henrici IV. Vngarica quum in reditu nec pro dignitate exciperetur; nec sufficienti stipendio donaretur: in Archiepiscopum arma conuertens, Bremam diripuit: præsulisq; castella cuncta vastauit atq; destruxit. Quare exilio mulctatus, exacto demum anno in gratiam Imp. rediјt. Obijt cælebs A. C. 1066.

ex GISALA. Olai Regis Daniæ filia, à Vandalis supplicio affecta:

ex GERTRVDE F. Conradi Marchionis Brandeburgij:

MAGNVS Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, Elector quartus, Comes Holsatiæ, Stormariæ & Dirmarsiæ: princeps animo & virtute magnus. Contra Vandalos multa auspicata fecit prælia: Buthuen Obotritam aduersus Cruconem auxiliaribus iuuit copijs: Henricum illius fratrem armis restituens, cunctatione prouida de hoste clarissimam reportauit victoriam. Bello ciuili Rudolphum Sueuum secutus: ideoq; cum Friderico Saxoniæ Palatino exilio mulctatus, Ticinumq; relegatus: liber inde in Germaniam reductus, perpetuæ custodiæ est mancipatus: in qua etiam debitum naturæ persoluit Sepultus Luneburgi A. C. 1106. ad D. Michaelem: & iuxta eum vxor SOPHIA Geisæ Regis Vngariæ F.

OTHO Comes Frisiæ, liberis superstes, fratrem morte præuertit. Sepult⁹ in Frisia, Vxor IRMGARDIS F. Cōradi Sueui.

CVNO ferro peremptus. 1105.

BERNARDVS puer equo ferocienti excussus, & ex illisione mortuus.

HERMANNVS ab Imp. Henrico IV in vincula cōiectus.

HENRICVS in Frisia ab incolis ex insidijs occisus.

ELICA Vxor Othonis Diuitis, Comitis Ascaniæ & Ballenstedij: qui cum affine suo de ducatu Saxoniæ, Electoratu, dominioq; Luneburgensi acriter contendit.

ALBERTVS Vrsus, Elector Brandeburgicus, obijt 1169 Vxor SOPHIA F. Othonis Comitis Reinecctij.

BERNARDVS Saxoniæ Electoratum proauo ademptum violenter, fauore Principum, summo suo cum honore obtinuit. Obijt A. C. 1212 Stemma eius require in Stirpe Ascania fol. 434. & 435.

VVLFHILDIS vxor HENRICI Guelphi cogn. Nigri: cuius Stemma require in Stirpe Guelphica fol. 406 obijt A.C. 1125.

HENRICVS Superbus, Dux Bauariæ, sextus Elector Saxoniæ, obijt A. C. 1136.

LOTHARIVS Supplinburgius, Imp. Rom: quintus Elector Saxoniæ. Require Stemma Dominorum Querfortensium in Auctario [illegible] fol. 45.

GERTRVDIS Comes Supplinburgica, in cœnobio Lothariano iuxta parentes & maritum sepulta.

HENRICVS Leo, Dux Saxoniæ & Bauariæ, &c. Elector septimus: obijt A.C. 1195. 6. Augusti.

VETERVM

VETERVM MARCHIONVM BRANDEBVRGICORVM EX MARCHIONIBVS Stadensibus Genealogia.

HENRICVS cogn. Bonus, Henrici Crassi, Hertzfeldæ arcis conditoris F. Ioannis N. Henrici Calui Pron. Marchio Stadensis; cum Naccone Obotrita & rebellibus alijs, auxilio Hermanni Billungi Ducis Saxoniæ, manus conseruit anno 955. arcemq; Hertzfeldensem in Præposituram consecrauit. Pro insignibus vsus Leone aureo supra Lunam collocato. Vxor IVDITHA.

SIGEFRIDVS Marchio Stadensis, Comes Hertzfeldensis & Dithmarsiæ, Stadam aduersus Danorum & Henetorum incursiones arce munijt. A Danis captus vnà cum fratre; piscatoria scapha euasit: quos instaurato prælio, Bennonis Saxoniæ Ducis ope fudit, cæcîdit, ac suspendit A. C. 988. Vxor ADELA Dux Bauariæ.

HILTEGARDIS vxor Ernesti I. Comitis Ascaniæ.

THEODORICVS Princeps bellica gloria insignis, à Danis captus, nasoque priuatus: fratris auxilio liberatus est.

ODA monialis Calbæ, nupsit Mesiconi Duci Poloniæ. 987.

MECHTILDIS Monialis, nupsit Primislao Sclauo à fratribus proprijs interfecto.

SIGFRIDVS II. Marchio Stadensis & Dominus Ditmarsiæ, ab Imp. Henrico II. in Marchionem Brandeburgium inuestitus circa A. C. 1010. Theodorico Misteuoij Obotriti armis eiecto aulæ sedem transtulit Landsbergã ad Oderam circa Berlinum. Sepultus Pegauij in cœnobio D. Iacobi.

LOTHARIVS Marchio Salisquellensis, seditiosas confœderationes cum Henetis iniens, Marchia ab Imper. Henrico II. iterum spoliatur: tradit urq; ea Alberto VI. Comiti Ascaniæ: à quo hic terno prælio ad Dornstedam, Osterburgum, & fluuium Cliam est victus. Vxor MECHTILDIS amita Rudolphi Regis Rom. electi.

OTHO I. Marchio Stadensis. Elector Brandeburgius, & Dominus Ditmarsiæ: Marchiam ab Henetis occupatam, vnà cum Brandeburgo ciuitate recuperauit auxilio VVerneri Archipræsulis Magdeburgij An. Christi 1085. quo eodem quoque anno hominem exuit. Vxor PRAXEDIS F. Iaroslai Ducis Ruthenorum.

LOTHARIVS Marchio Brandeburgius & Stadensis, occubuit in prælio Rudolphi Sueui cum Imper. Henrico IV. ad Mersburgum Anno C. 1080. Sepultus ibidem ad D. Laurentium 15. Octobr. ἄγαμος. Vxor ODA Comes Frisiæ.

OTHO II. Marchio Stadensis, Elector Brandeburgius, Burggrauius Magdeburgius, & Dominus Ditmarsiæ: cum alijs proceribus cõtra Imp Henricum IV. conspirauit. Quare à Primislao I. Obotrito tota ditione pulsus, anno proximo 1106 Hertzfelda decessit. Vxor IRMGARDIS F. Theodorici Comitis Plocensis & Burggrauij Magdeburgij.

HENRICVS Marchio Brandeburgius & Stadensis titulo tenus, veneno necatus. 1123.

RVDOLPHVS I. Marchio Elector Brãdeburgius, Stadensis & Landsbergensis; Marchiã Salisquellensem Primislao Obotritę eripuit quidem: sed nec ipse diu eam retinuit. Ab expeditione Bremẽsi, vbi Archiepiscopi diœcesin hostiliter depopulabatur; reuersus: haud longè pòst in Ditmarsia à proprijs subditis est occisus; Henrico V. rerum potiente. Vxor RICHARDIS Franconica.

HENRICVS Longus, Marchio Stadensis & Brandeburgius, ἄγαμος.

ADELHEIDA nupsit primùm Friderico Palatino Saxoniæ, deinde Ludouico Saltatori Comiti Turingiæ.

RVDOLPHVS II. Marchio Stadensis, Comes Francoleuensis, Dynasta Dithmarsiæ, Elector Brandeburgius; Bremam occupauit anno 1139. Alberto item Vrso, Henrici Leonis auxilio, multas arces & oppida eripuit. A Dithmarsis tandem proprijs subditis in arce Bocklenburgensi interfectus, vnà cum vxore VVALPVRGI: quæ naribus & auribus mutilata, tandem cum mariti cadauere in fluentem est proiecta A. C. 1142.

OTHO puer patrem morte præuertit.

HARTVICVS cogn. Magnanimus, Marchio Stadensis, & Dominus Dithmarsiæ vltimus: territus casu miserabili patris fratrisq; Dithmarsiam vnà cum Marchionatu Stadensi Ecclesiæ Bremensi tradidit: eoque loci primò Præpositum, deinde Archiepiscopum egit. Obijt Anno Christi 1168. IV. Non. Octobris. Ab eius excessu Henricus Leo Dux Saxoniæ, Dithmarsis subiugatis, Marchionatum Stadensem suis adiecit terris.

LVIDGARDIS à Friderico Palatino Saxoniæ ob sanguinis propinquitatem repudiata: primò nupsit Erico Regi Daniæ; deinde Hermanno Comiti VVinzeburgio.

PARTIS

PARTIS QVINTAE PARALIPOMENA.

STEMMA

VETERVM REGVM DANIAE.

SVENO, Vlfonis Anglici Ducis F. Vrsi semiferi N. Angliæ regno ab Haraldo exutus; Daniæ regnum, morte Canuti Magni, sui auunculi, vacuum, magno obtinuit labore: quod & contra Haraldum Noruegiæ Regem strenuè defendit. Extremâ senectâ defunctus Suddatorpij in Iutia, & Rotschildiæ sepultus Annò Christi 1074. Ex vxore CVNILDA siue GVTHA Sueciæ Regina nullam prolem; ex varijs autem pellicibus plurimos procreauit liberos:

1\. HARALDVS patri in regno successor datus: biennium cum potestate fuit. Mortuus *Anno* 1076.

2\. *S. CANVTVS IV. Rex Daniæ post fratrem Haraldum, ecclesiæ singularis nutritius, ingeniįq; acrimoniâ & rerum gestarũ gloriâ clarus: in Iutia à Fionibus ad aram Othoniæ cæsus A. C. 1088. Vxor ADELA Roberti Flandriæ Comitis F. nupsit postea Rogerio Duci Apuliæ & Calabriæ.*

3\. OLAVS coniurationis cuiusdam suspectus, à fratre Canuto vinctus in Flandriam relegatus: ipso cæso à Iutijs in regnum reuocatus: decessit A. C. 1096. Filiæ eius SLAVINA Henrico Obotrito, GISALA Ordolpho Electori Saxoniæ nupsere.

4\. ERICVS Rex Daniæ post Olaum. de quo vide fol. seq.

* *

*

5\. SVENO ardentissima regni cupiditate incensus, maximis in Iuthiam itineribus cõtendens, ex morbo decessit 1102.

6\. *VBBO modestè regni sarcinam declinans, Nicolao natu minori illud promisit 1103.*

7\. NICOLAVS Rex Daniæ cum Vandalis vario conflixit Marte: Christiernum virum inter Iutios primarium, Erico V. opem aduersus ipsum ferentem, terrestri prælio victum, in Noruegiam relegauit: ipsum quoque postea Ericum magno prælio fusum, similiter in Noruegiam fugere compulit. A Slesuicensibus tandem populari tumultu cæsus Annò Christi 1135. Vxor MARGARETA Iugonis Regis Sueuorum F.

SYRITHA vxor Godscalci Principis Obotritorum.

INGO puer obijt ex equo delapsus.

MAGNVS S. Canutum patruelem è medio sustulit: Ab Erico V. vicissim nauali prælio cæsus Anno Christi 1132. Vxor N. filia Boleslai Ducis Poloniæ.

CANVTVS Rex Daniæ, Iutiam tenuit. In conuiuio tandem à Suenone cæsus A. C. 1155.

SOPHIA nupsit VValdemaro I. Regi Daniæ.

VVALDEMARVS Episcopus Slesuicensis, captus à Canuto VI.

* *

*

ERICVS VI. cogn. Bonus, vir animi corporisque dotibus insignis: ex Suecia exul in regnum euocatus; Archiepiscopatum Lundensem instituit. Cum vxore BOTHILDA tandem Romam & Hyerosolymam profectus: obijt in Cypro Anno Christi 1102.

HARAL-

HARALDVS ex pellice natus, populum superbâ insolentiâ à se omnino alienauit. Ideoq; ad regnum non admissus, quum Roschildiam assiduis fatigaret incursionibus, ab Erico fratre tandem victus & casus est.

OLAVVS æmulus Erici VI. ab eo occisus.

ANNA nupsit Haquino.

ERICVS VI. tutor regiæ sobolis, in Vandalos infelix & ignominiosum gessit bellum. obijt A.C. 1147. monachus.

S. CANVTVS ex legitimo matrimonio susceptus, Dux Slesuicensis, & Obotritorum Rex beneficio Lotharij Imp. ad Mosam occisus à Magno patruele, Nicolai Regis filio An. C. 1136. Ringstadi sepultus.

IVDITHA vxor Bernardi Ascanij Electoris Saxoniæ.

VVALDEMARVS Dux Iutiæ & Slesuicensis; Suenone Rege, à quo insidijs multoties erat petitus, obtruncato, Daniæ regnum solus obtinuit: quod annos XXIIX. feliciter administrauit. In Vandalos & Rugianos semper rebelles, sæpenumerò mouens; tandem tamen ad Christi religionem adduxit Anno Christi 1168. Rugianis ad obsequium retractis Canutum filium regni collegam adsciuit. Patrem Canutum in diuorum album retulit. Obijt An.C. 1185. Ringstadij patrio monumento illatus. Vxores MARGARETA Nigra, vallem Danorum reparauit. SOPHIA soror Canuti Regis Danorum in lutia, quadragenaria nupsit Ludouico Landgrauio Hassiæ & Turingiæ.

ERICVS V. ex adulterio nat, cogn. *Harensius*, hostis & successor Nicolai in regno Daniæ: Haraldū fratrem occidit. A sicario tandem & ipse interfectus A.C. 1139.

SVENO III. Canutum sobrinum suum, Nicolai Regis nepotem, ab Adolpho II. Holsatiæ Comite adiutum, aliquot prælijs profligauit: à Friderico Barbarossa IMP. Mersburgi Rex dict; sed à sobrino pulsus, ita transegit; vt ipse Scaniam teneret: Oppressus tandē VValdemari *Lævorum* armis A. C. 1157. Vxor ADELHEIDA Conradi Prj Marchionis Misniæ F.

CANVTVS VI. Patris in regno consors & successor, Haraldum Sueonē, regni æmulum profligauit: VValdemarum Episcopum Slesuicensem, regno inhiantem, cepit: Pomeranorum impetus & incursiones fortiter sustinuit. Obijt A.C. 1210. 11. Nouemb. Vxor RIXA F. Henrici Leonis Electoris Saxoniæ.

VVALDEMARVS II. Dux Slesuicensis, sub Canuto prosperâ semper fortunæ aurâ vsus; occupauit Lubecam & Hamburgam anno 1200. Fratri postea in regno successor datus, arcem Louenburgum obsidione ad deditionem compulit: & Reualiam condidit an. 1220. Postmodùm fortunam expertus infestiorem; primùm ex insidijs captus ab Henrico Comite Suerinensi quadraginta quinq; millium marcarum argenti *puri* se redimere est coactus: & quadriennio pòst ad Bornhouede à Lubecensibus & Comite Holsatiæ, multis suorum desideratis, in fugam coniectus. Quadriennio tamen ante mortem, Lubeca nequicquam obsessa, victor domum redijt: rebusq; vtcunq; componendis instirit. Obijt A.C. 1242. Vxores eius tres: 1. MARIA Othonis IV. Imp. F. 2. MARGARETA F. Ioannis Regis Bohemiæ: 3. N. soror Fernandi Comitis Flandriæ.

HELENA vxor Guilielmi Ducis Brunsuigij, Henrici Leonis F.

VVALPVRGIS vxor Bugslaus I. Ducis Pomeraniæ.

ISEMBERGA consors Philippi II. Regis Galliæ.

RICHSA vxor Erici XI. Regis Sueciæ, defuncti A.C. 1210.

1. *ERICVS VII. Rex Daniæ, à fratris Abelis factione Slesuici securi cas A.C. 1252. regni nono. Vxor MECHTILDIS Alberti Brunsuigij F. nupsit postea Henrico III. Duci Glogouiensi in Silesia.*

2. ABEL fratricida, regnum malè partum malè perdidit: à Frisijs Eydorensibus occisus A.C. 1253. regni anno primo. Vxor MECHTILDIS F. Adolphi IV. Comitis Holsatiæ.

ERICVS Dux Slesuicius à patruo Re- †

SOPHIA vxor Ioannis Electoris Brandeburgij, defuncta An.C. 1248.

VVALDEMARVS Dux Sles- *

4. CHRISTOPHORVS Rex Daniæ, aliena inuadere studens, à Comitibus Holsatiæ captus, multiq́ue argenti libris est mulctatus. Obijt An. C. 1259. Vxor MECHTILDIS F. Ioannis I. Electoris Brandeburgij.

3. VVALDE-

3. VVALDEMARVS à patre in regni consortium ascitus, morte ipsum præuertit.

5. *CANVTVS Dux Lalandiæ, obijt 1260. 15. Octobris.*

Rege Christophoro ducatu spoliatus: cum morte præuertit. Vxor N. filia Henrici I. Comitis Holsatiæ.

uicesis, Flensburgæ ius ciuitatis dedit 1284.

ERICVS IIX. Rex Daniæ, pacificè regnauit annis XXVIII. Tandem à proprijs aulicis confossus An. C. 1286. Vxor AGNES F. Othonis Marchionis Brãdeburgij, nupsit postea Ioanni II. Comiti Holsatiæ in VVagria.

Filia N. à fratre desponsata VValdemaro II. Regi Daniæ.

VVALDEMARVS Dux Slesuicensis, recognoscens feudum à Rege Daniæ, ducatum recuperauit cum toto territorio: quem postea an 1326. Rex Daniæ electus, tradidit suo auunculo Gerardo Magno, Comiti Holsatiæ.

ERICO IX. Regi Daniæ, Rostochienses se subiecerunt A.C. 1314. Obijt A.C. 1321. 13. Nouemb. regni XXXV. Vxor N. Birgerij Regis Sueciæ soror.

CHRISTOPHORVS II. ab Erico fratre regno expulsus; ei nihilominus tamen successit, annitente Ioanne Largo Comite Holsatiæ, fratre suo vterino. Ducibus Megapolensibus, quorum ope in regnum erat restitutus, Rostochium reddidit. Obijt A.C. 1333. potestatis suæ XII. Vxor ELISABETH F. Othonis Ducis Saxoniæ, neptis Alberti II. Electoris.

SOPHIA vxor Conradi Electoris Brãdeburgij. *Filia altera nupsit Birgerio Regi Suecorum.*

ERICVS patre regno pulso, in obsidione arcis Gottorpij vulnere accepto decessit.

OTHO à Gerardo Comite Holsatiæ captus; postea factus est miles ordinis Teutonici.

VVALDEMARVS III. Rex Daniæ annis 44. infeliciter cum ciuitatibus Anzæ bellum gessit: Terram Sanctam inuisit: in Godlandiam quoque expeditionem faciens, terram ferro & igne peruastauit. Obijt A. C. 1375. 24. Octobris. Vxor N. soror germana VValdemari Ducis Slesuicensis.

MARGARETA vxor Ludouici Boij Electoris Brandeburgij *ἄτεκνος.* *MECTHILDIS siue Beatrix consors Alberti Marchionis Brandeburgij & Landsbergij.*

CHRISTOPHORVS ante patrem cæsus in prælio nauali cum ciuitatibus maritimis A.C. 1359.

MARGARETA consors Haquinii Regis Noruegiæ; post patris excessum annos XXXVII. Daniam sapienter & feliciter cum senatu regni gubernauit: & Noruegiam, Olao filio succedens; Sueciam capto Rege illius Alberto, Daniæ coniunxit. Obijt A.C. 1412. 27. Octobris.

INGELBVRGIS nupsit Henrico Duci Megapolẽsi, Alberti I. filio.

MARIA vxor VVartislaui VII. Ducis Pomerãiæ.

OLAVS Rex Noruegiæ, adolescens naturæ concessit A.C. 1387.

ERICVS Dux Pomeraniæ, à Margareta adoptatus, eidem defunctæ in regnis Daniæ, Noruegiæ & Sueciæ successit: & diuturnis ac difficilibus bellis, cum Slesuicensibus præcipuè ducibus, itemque cum fœderatis Ansæ ciuitatibus, & Suecis rebellantibus gestis; tandem pertæsus molestiarum gubernationis, relictis regnis anno 1438. in Pomeraniam rediens, illic in otio & quiete consenuit. Mortuus A.C. 1459.

STEMMA

STEMMA VETERVM REGVM SVECIÆ.

S. ERICVS, Iaduardi nobilissimi viri F. à Suecis anno 1150. Rex electus, templum Vplaliense condidit: & Finlandiam, Moschis priùs parentem, regno Sueciæ primus adiunxit. Ab Henrico Scatelero, Suenonis III. Danorum Regis filio, occisus A. C. 1160. Vxor CHRISTINA F. Ingonis Regis Suecorum.

CANVTVS, Carolo Suercheri F. Rege occiso, regnum recepit 1168.

ERICVS ab exilio reuocatus, Suerchero Caroli F. à suis interempto, regnum paternum recuperauit A.C. 1210. Vxor RICHSA VValdemari I. Regis Daniæ F.

ERICVS Balbus, Rex Sueciæ Anno C. 1222. Canutum Folchungum, tyrannidē affectantem (quippe à quo regno erat eiectus) occidit.

INGELBVRGA vxor BYRGERI Ostgothiæ Ducis: qui anno 1249. magno dissidio Rex Sueciæ creatus regio titulo abstinuit.

MARTHA vxor Nicolai Equitis aurati, mater Vlphonis, avia Caroli regni Marescalli.

VVOLDEMARVS Rex Sueciæ 1251. vrbis Stocholmiæ conditor: à terra Sancta domū reuersus; vxoris suæ SOPHIAE Danæ furijs aduersus fratres exacerbatus: à fratre Magno regno est deiectus A. C. 1277.

MAGNVS cogn. Ladaleos, pro fratre in Palæstina absente regnū administrauit: nec ipsi tota vita restituit. Obijt A. C. 1290.

BYRGERVS Rex, impubes sub tutela Turgilli Canuti regnare cæpit An. C. 1290. VViburgum condidit: & Careliam regno Sueciæ adiecit. A fratribus captus, & in diuturna vincula coniectus: tertia deinceps regni parte viuere est coactus. Fratribus autem perfidè trucidatis, ipse quoque à Mathia Ghetelmundo regni Gubernatore eiectus, exul vitam finijt.

MAGNVS ob patris facinus ipse quoque regno eiectus an. 1313. & tandem à Senatu regni capite plexus est A. C. 1326.

ERICVS Dux à Byrgero fratre germano in conuiuio trucidatus An. C. 1313. Vxor RICHSA F. Nicoloti Ducis Vandaliæ.

VVALDEMARVS Byrgeri fratris perfidia in conuiuio cæsus 1313.

MAGNVS Smech, triennis Haquino occiso à Noruegis in regno successor datus: patruo quoque Byrgero à proceribus Suecis surrogatus: vtraque regna consociauit. Obijt An. C. 1326. Vxor INGELBVRGIS nupsit postmodò Canuto Duci Lalandiæ.

HAQVINVS Rex Noruegiæ, patri non diu superstes. obijt 1328.

MAGNVS Noruegiæ & Sueciæ Rex, initio felix & florens: tandem à proceribus regno abdicatus, & à sororis filio pulsus, exul obijt A. C. 1358.

EVPHEMIA Rostochij nupsit Alberto Duci Megapolensi A. C. 1336.

ERICVS.

HAQVINVS Rex Noruegiæ 1359. obijt A. C. 1375. Huic pater desponderat ELISABETHAM F. Gerardi Magni Comitis Holsatiæ, hac conditione: vt, nisi Haquinus puellam eam vxorem acciperet, omnes regni proceres à fidelitatis iuramento essent liberi. Hæc autem in Sueciam nauigans, à VValdemaro III. Daniæ Rege intercipitur: qui MARGARETAM filiam pro ea ipsi despondet. Quam ob perfidiam Magnus quoque pater à Suecis reijcitur.

ALBERTVS Dux Megapolensis, Rex Sueciæ 1363. à Margareta Daniæ Semiramide victus captusque 1387. obijt A. C. 1407.

OLAVS Rex Noruegiæ. obijt ἄπαις A. C. 1388. regni XII.

SERIES
REGVM POLONORVM.

A. C.	Ordo	Regum nomina	Regni A.	Regni M.	Regni D.
	1	Lechus I.			
		Interregnum I.			
	2	Cracus I.			
	3	Cracus II. cum fratre Lecho.			
	4	Vanda virgo.			
		Interregnum II.			
	5	Lescus I. antè Præmislaus, aurifaber.			
		Interregnum III.			
	6	Lescus II.			
	7	Lescus III.			
	8	Popelus I.			
	9	Popelus Iunior.			
		Interregnum IV.			
806	10	Piastus rusticus.	95		
865	11	Ziemouitus.	32		
898	12	Lescus IV.	19		
917	13	Ziemomyslus, siue Semomislaus.	46		
963	14	Miecislaus I. antè Miesco, primus regum Christianus.	75		
999	15	Boleslaus Chabri.	26		
1025	16	Miecislaus II.	9		
1034		*Interregnum V.*	7		
1041	17	Casimirus I.	18		
1059	18	Boleslaus II. Audax.	23		
1082	19	Vladislaus I. aliâs Hermannus.	21		
1103	20	Boleslaus III. Criuoustus.	36		
1140	21	Vladislaus II.	6		
1146	22	Boleslaus IV. Crispus.	27		
1173	23	Miecislaus III.	4		
1177	24	Casimirus II. Iustus.	17		
1194	25	Lescus V. Albus, aliquoties à Miecislao eiectus.	33		
1227	26	Boleslaus V. Pudicus.	52	0	26
1279	27	Lescus VI. Niger.	9	9	20
1289		*Interregnum VI. de Cracouiensi dominatu contendentibus, Boleslao Masouiæ duce, Henrico Probo Pr. Vratislauiense, Vladislao Loctico, Præmislao, & VVenceslao Bohemo.*	5	8	25
1295	28	Præmislaus, Maioris Poloniæ dux.	0	7	11
1296	29	Vladislaus Locticus, Pr. Siradiensis.	4		
1300	30	VVenceslaus Rex Bohemiæ.	5		
1305		Vladislaus Locticus iterum.	28		
1333	31	Casimirus III. Magnus.	37	7	24
1370		*Interregnum VII.*	0	0	12

A. C.	Ordo	Regum nomina	Regni A.	Regni M.	Regni D.
	32	Ludouicus Rex Hungariæ.			
1382		*Interregnum IIX.*	11	9	27
1383	33	Heduigis, Ludouici filia,	0	5	14
1386	34	Vladislaus IV. ante baptiſmum Iagello	2	11	17
		dictus, Dux Lithuaniæ.	48	3	14
1434	35	Vladislaus V.			
1444		*Interregnum IX.*	10	5	11
1447	36	Caſimirus IV.	2	7	16
1492		*Interregnum X.*	44	11	13
	37	Ioannes Albertus.	0	8	20
1501	38	Alexander.	8	9	21
1507	39	Sigiſmundus I.	5	8	6
1548	40	Sigiſmundus II. Auguſtus.	41	2	8
1571		*Interregnum XI.*	23	3	6
1573	41	Henricus Galliæ Rex.	1	11	9
1574		*Interregnum XII.*	0	3	25
1576	42	Stephanus Bathorius, Pr. Tranſyluaniæ.	1	10	12
			10	9	2
1586		*Interregnum XIII.*			
1587	43	Sigiſmundus Suecus.	1	0	3

☞ *Præcipuæ Regum Poloniæ Stirpes ſunt Pyaſtæa fol. 38. & Iagellonica fol. 63. in Quinta parte* βασιλικῶν *Genealogici.*

STEMMA

STEMMA

VICECOMITVM PRINCI-PVM MEDIOLANENSIVM.

VBERTVS Vicecomes. Vxor ANASTASIA (Leandro BERTHA) de Pirouano.

OTHO Archiepiscopus Mediolanensis, Turrianis Mediolani tyrannis exactis, cæsisq; vrbis imperio potitus 1277. IIX. Kal. Martij: decessit VI. Id. Aug. 1295. æt. sua XXCIIX.

THEOBALDVS Vicecomes, successit Andreotto.

PETRVS Vicecomes. Vxor ANTIOCHIA Cribella.

MATTHAEVS Vicecomes, ob amplam multiplicemque rerum præclarè gestarum commendationem, Magni cognomenrum nactus: ab Adolpho & Alberto Cæsarib. Augustalis Vicarius Mediolani Lombardiæque totius creatus, Comum ditioni adiecit suæ: in agro Montisferratensi Trinum, Pontem Sturæ, Montem Calunm, & plura alia oppida cepit: Nouariam quoque post Othonis patrui fata in ditionem suam redegit. Imperio vrbis à Turrianis exactus (XVI. Kal. Iulij. 1302.) Placentiam se contulit: inde post nouennium ab Henrico VII. Imp. reductus; Castellum Gibellinum, ad Iriæ fluminis in Pado ostium condidit, quò hostes commeatibus intercluderet. Ditione omnino tenuit Mediolanum, Cremonam, Bergomum, Laudam, Ticinnm, Placentiam, Nouariam, Vercellas, Aquas Statielorum, Alexandriam, & Dertonam. Senex annorum LXXII. decessit mense Iunio A.C. 1322: sepultus in monasterio Crescentiaco: Heros planè ad imperium natus, magnanimus, virium suarum maximus æstimator, prudens in Reip. negotijs gerendis; felix in explicandis bellorum consilijs. Vxor BONACOSIA Scarsini Barrhini F. vel iuxta alios ZILIOLA Gonzaga. Liberi memorantur sex:

Filia vxor Albuini Scaligeri, Principis Veronæ.

1. GALEATIVS, à multo gallorum cantu, quum in lucem ederetur XII. Cal. Februarij 1277. id nominis adeptus: à patre populi Mediolanensis Capitaneus creatus Kal. Ian. 1300: eo viuo, multas de Turrianis spectabiles reportauit victorias: Cremam in ditionem subiunxit: Cremonâ Caluacaboues expulit. A patris excessu Princeps ciuitatis factus: dominatu eo primò quidem eiectus, moxtamen restitutus: longum cnm legato Pontificis gessit bellum: quo feliciter confecto, falsò à fratre Marco Ludouico Cæsari delatus, quasi venenum ei parasset; ab ipso vnà cum filio cæterisque fratribus anno 1327. in Modoetinæ arcis carcerem est inclusus: vnde post annum dimissi omnes, ipse tamen exul Pisciæ in Thuscia diem obijt A.C. 1328. mense Augusto. Vir bellica fortitudine præstantissimus & fortissimus: liberalitate nulli secundus: in aduersis animo forti, consilioque summo. Vxores ipsi fuere duæ: BEATRIX Azonis Arestini, Marchionis Ferrariæ F. & RICCIARDA: quarum altera natus

ACTIVS, patre fatis erepto, Mediolani Præses à Ludouico Cæsare constitutus XIIX. Kal. Febr. 1329: Cremonam subegit: Placentiam à Francisco Scoto, multisq; alijs ciuibus emit: Brixianorum etiam & Nouacomensium est potitus. Post multa præclarè gesta obijt XVII. Kal. Septemb. 1339. ætatis suæ XXXIIX. anno: sepultus ad S. Gotthardum. Vxor CATHARINA Comes Sabaudiæ.

2. MARCVS Vicecomes Mediolani, à fratruele Actio occisus 1329. mense Aug.

3. LVCHINVS Vicecomes, ab Henrico Cæsare Bergamatibus, à patre Ticinensibus prætor datus: post fratruelis excessum, totius ciuitatis populique consilio, summæ rerum præfectus, vnà cum fratre Ioanne Archiepiscopo: vir singularis fuit prudentiæ,

maximi animi æquitatis beneuolentiæque raræ. Obijt A.C. 1349. X. Kal. Feb. ex ELISABETHA Flisea Genuensi quatuor procreatis liberis:

IOANNE Vicecomite.
LVCHINO Iuniore Vicecomite.
CATHARINA coniuge Francisci Estensis.
VRSVLA.

4. IOANNES ex Episcopo Nouatiensi Archiepiscopus Mediolanensis, Luchino fratri in principatu quoque Mediolanensi successit: in cuius limine confestim fratrueles Barnabam & Galeanum II. à Luchino relegatos, ab exilio reuocauit: Bononiamque & Genuam ditioni suæ adiunxit. Naturæ fatoque concessit III. Non. Octob. 1354.

5. ZACHARIA Vxor Ricardi Comitis Langusci.

6. STEPHANVS Vicecomes, Ludouico Cæsari, qui ad fratrum litem dirimendam Mediolanum aduenerat, ad mensam ministrans: prægustato vino, repentè in morbum lethalem incidit, conciditque: vnde ob suspicionem veneni, Cæsari subministrati, Vicecomites fratres Modoëtiæ arctæ custodiæ sunt traditi, pridie Non. Iulij 1327. Vxor VALENTINA trium filiorum mater.

MATTHAEVS Vicecomes, Ioannis patrui testamento accepit Bononiam, Laudam, Placentiam, Lucum, Massam, Bobium, Pontem tremulum. Obijt ἄπαις ἄρρην in oppido Serrotio A.C. 1355. Vxor ZILIOLA F. Philippini Gonzagæ Marchionis Mantuæ.

CATHARINA vxor Vgolini Gonzagæ.
VRSINA elocata Balsarino de Pusterola.

GALEATIVS II. à Ioanne patruo ab exilio reuocatus, Mediolaniq; Princeps creatus, obtinuit Comū, Nouariam, Vercellas, Astam, Albam, Alexandriam, Dertonam, Castellum nouum, Bassinianum, Vigouanum, Pontem Ticini, oppidū S. Angeli, Montem bonum, & Maioranum. Carolo IV. Imp. muneris loco obtulit 50000. aureûm numûm, & equos duodenos sericis stragulis, vario pellium colore subsuto, deornatos. Ticini obijt Non. Quintil. 1378. æt. LIX. Vxor BLANCA Amedei Sabaudiæ Principis F.

IOANNES GALEATIVS Vicecomes, dotis nomine vxoris primæ ISABELLAE, Caroli Francorum Regis filiæ, Comitatum oppidi Virtutis cōsequutus: Barnaba patruo soceroque carceri incluso: ipse Mediolani, reliquarumque ciuitatum & locorum omnium imperium ad se transtulit. Veronam quoque, pulso Antonio Scaligero; Vicentiam item, & Patauium eiectis Carrariensibus, ditionis effecit suæ. A VVenceslao Cæsare primus Mediolani Dux creatus an. 1395. & biennio pòst Comes Ticini, Angleriæque, omniumque oppidorum Verbani lacus: Marcanam, Casaticum D. Michaelis oppidum, & Campadellum Marchioni Mantuano ademit: Bononiā potitus, Florentiam infestissima obsidione pressit: sub qua morbo correptus, decessit in arce Melenniani IV. Non. Sept. A.C. 1402. ætatis suæ LV. Sepultus Papiæ ad Carthusianos. Vir prudentia, calliditateque summa,

VIOLANS vxor primùm Leonelli Ducis Clarentiæ; dehinc Othonis Palæologi Marchionis Montisferratensis: tandem Ludouici Vicecomitis, sui patruelis.

BARNABAS Vicecomes à Luchino patruo principatu pulsus; alterius patrui Ioannis testamento sortitus est Cremonam, Cremam, Soncinum, Bergomū, Brixiam, Lunium, Ripam lacus Benaci, Ripaltam, Carauatium, & Pontem Varearum: Post multa demum præclarè gesta, à Ioanne Galeatio fratruele carceri est inclusus: nec multò pòst in arce Tritiana supremum spiritum edidit XVI. Kal. Sept. A. C. 1385. ætatis LXI: sepultus ad D. Gothardum. Princeps ad iracundiam vehemens & procliuis: in iudicando seuerus: iustitiæ cultor maximus. Vxor BEATRIX Scaligera, Mastini Principis Veronensis F. mater XV. liberorum.

1. MARCVS Vicecomes, obijt A.C. 1382. III. Ian. ἄπαις. Vxor ELISABETH F. Friderici Ducis Bauariæ.
2. *LVDOVICVS Vicecomes, Cremonæ Princeps, ex VIOLANTE patruele sustulit IOANNEM Vicecomitē.*
3. CAROLVS Vicecomes, Parmam possedit, & Burgum S. Domini: vxores habuit duas: 1. filiam Comitis Armeniaci: 2. MARGARETAM sororem Petri Regis Cypri.
4. *RVDOLPHVS Vicecomes, Bergomi D.*
5. MASTINVS Vicecomes, Brixiæ Dominus: sociatus filiæ Antonij Scaligeri, Domini Veronæ.
6. *VIRIDIS Leopoldo Austriæ Archiduci*; 7. THADDAEA Stephano Duci Bauariæ; 8. *AGNES Francisco Gonzagæ, Marchioni Mantuano*; 9. ANTHONIA Friin prospe-

in prosperis audax, in aduersis timidus, laborum fugiens, auti prodigus: quique vniuerso orbi innotescere cupiuit. Vxores eius: 1. ISABELLA Franciæ Regina: 2. MARIA Friderici Regis Siciliæ F. innupta obijt 3. CATHARINA patruelis.

1. *IOANNES MARIA Mediolani Princeps, Abiatenatus VII. Id. Septemb. 1388 patris diuisione obtinuit Bononiam, Cremonam, Laudam, Comum, Placentiam, Parmam, Regium, Bergomum, & Brixiam, cum agro ad Mintium vniuerso. Vir moribus efferis atq. immanibus; adeo, vt noctu canibus agitaret suos ciues, quotidieq. nono tormenti genere eos opprimeret: qui matrem quoque, à qua subinde ob Tyrannidem illam, acerbius obiurgabatur, in carcerem detrusit. Non immerito ergo ob intolerandam feritatem, ciuium coniuratione oppressus in ade sacra impiam euomuit animam XVII. Kal. Iunij. A. C. 1412. ex vxore ANTONIA de Malatestis, Ariminensi Principe, nulla relicta sobole. Mediolani sepultus.*

2. VALENTINA elocata Ludouico Duci Aureliæ cum dote 400000. aureûm numûm, A.C 1387. quæ postea nuptiæ Sforciarum genti, ipsique Mediolano exitium peperere A. C. 1499.

derleo Regi Siciliæ, inde Eberardo VVirtembergico; *10.* V*A*LENTINA *Petro Regi Cypri*; 11. MAGDALENA Friderico Bauariæ Duci; *12.* CATHARINA *Ioanni Galeatio patrueli, Virtutu Comiti: singula cum dote 100000. aureorum numûm elocata*; 13. ELISABETH cogn. Picinina Ernesto Bauariæ Duci sociata, cum dote 75000. aureorum numûm: *14.* LVCIA *Egmundi Comitis Cantiani in Britannia coniux*: 15. ANGLESIA Friderico VVirtembergio nupsisse traditur.

BARNABAE *Vicecomitis* NOTHI, *Ex Beltrameta Cassan. ti* Ester, Ambrosius, Ricciarda, Isotta: *ex Catharina de Cremona*, Galeottus, Valentina, & Damigella; *ex Montanaria de Lazaris*, Sacramorius *ex Domina de Porris Leonis I.C. filia*, Lancilotus, Palamedes, Domnina, & Geneura.

3. ISABELLA vxor Gentilis Vatani Domini Camerti.

4. PHILIPPVS MARIA Ticini Comes (quippe cui ex diuisione paterna obtigerant Ticinum, Comitatusque Nouariæ, Vercellæ, Dertona, Alexandria, Verona, Vicentia, Feltrium, Bellunum, Bassaunum, Ripaque Tridentina vsque ad Mintium) fratris in principatu Mediolanensi successor: paternam in Lombardia ditionem totam ferè cum Genua amissam, fratre rerum adhuc potiente; auspicijs & ductu Francisci Carmaniolæ legati recuperauit: quo postmodò ad Venetos se conferente, Bergomates quoque & Brixiani ad eosdem defecere. Plurima gessit bella grauissima cum Venetis, Florentinis, Heluetijs: maximamque ducatus Mediolanensis partem, à varijs tyrannis occupatam, recepit. Senex tandem diem obijt Mediolani Id. Sextil. A. C. 1446. ætatis suæ LIV. mense X. die XXII. Homo acuti ingenij multæque calliditatis; quietis planè expers ob immodicum imperij desiderium: mortis commemorationem summè auersarus, fulgura & tonitrua supra modum expauens. Vxores legitimas habuit duas: BEATRICEM Scaligeram Principem Veronensem: & MARIAM F. Amadei Ducis Sabaudiæ, quam tamen quidam virginem dimisisse tradunt: concubinam quoque AYMONAM generis antiquissimi.

nullis haeredibus masculis relictis

Agnetem de Maino matrem Blancae Mariae

HIPPOLYTA Alphonso Calabriæ Duci, filio Ferdinandi Siciliæ Regis, nupsit.

ELISABETH vxor Guilielmi Marchionis Montisferrati.

Tertia desponsata Sigismundo Malatestæ, Ariminensi Principi.

BLANCA MARIA notha, Fräcisco Sforciæ Cotignolano nuptum data, cum dote imperij Cremonæ; Pontisque Tremuli.

STEMMA
SFORCIARVM, DVCVM MEDIOLANENSIVM.

IOANNES ATTENDVLVS de Cotignola. Vxor ELISA Petracina, mater XXI liberorum.

IACOBVS Mutius Attendulus, ex humili sorte, rei militaris studio maximus factus: ob feruidúque ingenij impetum SFORCIAE cognomen adeptus: dum puero armigero, in Aterno fluuio periclitanti, succurrere conatur: in eo ipse quoque submergitur III. Non. Ianuarij 1424. ætatis suæ LIV. mense VII. die VI. Vxor ANTONIA F. Francisci Casalis, Domini Cortonæ, *Bosius*

Salimbena vidua

MARGARETA vxor Marci & Foschini.

MARIA coniux Vgolini Comitis Cortone.

N. nupsit Martino Caraciolo Comiti S. Angeli.

FRANCISCVS SFORCIA I. successionem Philippi Mariæ soceri, per BLANCAE MARIAE matrimonium sibi vēdicans; bello statim Placentiam & Laudam, Venetorum præsidio eiecto, recepit: pauloq; pòst Venetum quoque exercitum ad Carauacium cæcidit: cuius fortunæ successu viam sibi ad ducatum Mediolani strauit. Princeps summa in negotijs gerendis perspicacia & prudentia: infatigabili in laboribus sustinendis patientia: callidus in debellandis hostibus: astutus in eludendis eorum cō silijs. Decessit magno cum popularium dolore A.C.1466. IIX. Id. Martij: sepultus Mediolani. Vixit anuos LXV. menses IIX. dies XIV.

ALEXANDER Sforcia Pisauri dominatum nactus; ex CONSTANTIA F. Gentilis de Varano Comitis Camertis, sustulit Constantinum Principem Pisaurensem: ex N. Malatestina filiam, nuptam Friderico Feretino, primo Vrbini Duci.

CONRADVS ET LEO bellis Duces Regum Neapolitanorum contra Brachium.

GABRIEL ex Monacho factus Archiepiscopus Mediolanensis.

BOSIVS Sforcia, Comes S. Floræ, occubuit in bello fratris Francisci contra Iacobū Picenium.

BOSIVS II. S. Floræ Comes. Vxor CONSTANTIA F. Pauli III. Pp. Rom.

GVIDO Ascanius, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis.

GALEACIVS MARIA SFORCIA Dux Insubrium post patrem: bellator maximus: nimis intemperanter venereis addictus voluptatibus: ob indomitam importunamque libidinem ac tyrannidē, à suis ciuibus in æde S. Stephani Protomartyris occisus VII. Kal. Ianuarij A. C.1477. ætatis XXX. Vxor BONA Ludouici II. Ducis Sabaudiæ F.

HIPPOLYTA MARIA Alphonso Duci Calabriæ, ELISABETH Guilielmo Montisferrati Marchioni, POLYXENA Sigismundo Malatesta Ariminensi Duci, Quarta Ioanni Domino Toletinatum nupsere.

ASCANIVS Sforcia, Vicecomes, S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis & Cancellarius.

LVDOVICVS SFORCIA IoanniGaleatio fratrueli successor datus: post aliquot annos suorum *Heluetiorum* proditione captus, ditione & potentia priuatus, & in Galliam procul abductus: annos plus minus septem in captiuitate vixit: tandemque Auarici Biturigum infeliciter animam edidit. A.C.1508. ætatis suæ LVI. *at in arce quadam Bituricensi captiuus* Vxor BEATRIX Herculi I. Ducis Ferrariæ & Marchionis Estensis F.

IOAN. GALEATIVS patre cæso, puer ad-

BLANCA coniux Maximiliani

MAXIMILIANVS Sforcia, Ludouico

FRANCISCVS Sforcia II. mirabili huc insi-

huc insignibus imperij exornatus: principatu potitus est vsque ad annum 1494. quo diem obijt Placentiæ XIII. Kal. Nouemb. sepultus Mediolani. Vxor ISABELLA F. Alphonsi II. Aragonij, Regis Neapolitani.

†

I. Cæsaris altera, sepulta in Stanis Tyrolis.

ANNA consors Alphonsi Estensis Marchionis Ferrariæ.

CATHARINA vxor Ioannis Medicis Principis Florentini.

FRANCISCVS Dux Barrhi in Apulia, quadrimus amisit patrem: Galliæ postea Regi proditus, captiuusq; abductus, in Gallijs Abbatem egit.

Bona Dux Barrhi, nupta Sigismundo I. Regi Poloniæ.

*

Galliæ Rege ab Heluetijs Venetisque ex Italia pulso, in auitum Mediolani principatum restitutus: & Maximiliani I. Imp. auctoritate cōfirmatus A.C. 1512. eundem postea Francisco Regi armis repetenti, certis quibusdam pactis tradidit: in vlterioremq; Galliam, vbi vitam finijt, concessit.

rerum vicissitudine, post fatum patris, post restitutum Maximilianum fratrem, & rursus à Francisco I. Rege astu circumuentum, post multos tandem annos, Gallo Caroli V. ope ex Italia pulso, Mediolani Insubriæq; principatum recuperauit A.C. 1529. Naturæ fatoque concessit IX. Kal. Nouemb. 1535. *ἄγαμος*. Vxor CHRISTINA F. Christiani Regis Daniæ.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS HVIVS AVCTARII ET APPENDICIS.

Laso-

IMPRESSVM FRANCO-
FVRTI AD MOENVM, APVD
NICOLAVM BASSAEVM.



ANNO M. D. XCII.

COMMENTARIO- rum in Genealogiam Au- ſtriacam libri duo:

IN QVIBVS PRAETER VETVSTATEM, NOBILITATEM ATQVE ARBOREM RECTA' A- ſcendentem inclytæ gentis Habſpurgicę, Propagines etiam ad latera diffunduntur eorum, qui & ipſi non minus quàm Auſtriades ex Habſpurgicis egreſsi ſunt, Burgundiæ regum, Zaringiæ ac Teccenſium ducum, Burgundiæ Palatinorum, & Aduocatorū Arelatenſium, Comitumq́ꝫ cùm de Laufen- burgo, tum uerò de Kyburgo ac Fryburgo. Quorum ſtirpe omnium deſinente, Auſtriæ Archiduces, non rerum geſta- rum modò gloria, uerùm opum affluentia, ditione ad Colum nas uſqꝫ Herculis, à ſupero mari uſqꝫ ad inferū extenta, & in Mœſiam ac Scythiam uſqꝫ perſeuerant, faſcesq́ꝫ Rom. ſumma cum laude retinent.

Autore VVOLFGANGO LAZIO *Viennen. S. Rom. Imp. M. Conſiliario, Hiſtorico, ac Gymnaſij Viennen, primario Profeſſore & Superintendente.*

Acceſsit rerum & uerborum memorabilium locupletiſs. INDEX.

Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad decennium.

BASILEAE, APVD NICOLAVM Epiſcopium, & Ioannem Oporinum.

INCLYTIS, SACRIS, AC INVICTIS PRINCIPIBVS ROM. CAESS. POTENTISS. DN. DN. FERDINANDO primo, & MAXIMILIANO secundo, D.G. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ & Croatiæ, Dalmatiæq́ Regibus: Archiducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ, Brabantiæ, Lutzenburgi, Carinthiæ, Styriæ, Carniolæ, Silesiæ, Uuirtenbergiæ: Marchionibus S. Rom. Imp. Burgouiæ, Morauiæ, & utriusq́ Lusatiæ, &c. Comitibus Habsburgi, Tirolis, Flandriæ, Goritiæ, Ciliæ ac Kiburgi, &c. Landgrauijs Alsatiæ, Brisgouiæ, Nellenburgen. &c. Dominis suis longè clementißimis,

VVOLFGANGVS LAZIVS *Viennen. Medicus ac Historicus sui obsequium perpetuum, & Salutem.*

NON EQVIDEM recenti seculo nata est, CAESARES sacratissimi, serenissimi Archiduces, Genealogias illustrium uirorum describendi ratio: sed uetus ille non mos solùm fuit, uerùm adeò etiam officium Generis quoddam, & decus, cum splendore stirpium & utilitate publica coniunctum: ut uel filij, uel nepotes, pronepotesq́, auorum suorum, proauorum, atauorũ, abauorumq́, ac (ut generatim dicam) maiorum suorum & nomina ordine ducta linea (ut Plinius scribit) distincta, & imagines cera confectas, in atrijs passim suis, bibliothecisq́ piè posuerint, sanctèq́ semper custodierint: tanta aliquando animorũ contentione, ut sicubi aliquis fortè nomine alieno usurpato inserere se in familiam aliquã uellet, die dicta grauissimè accusaretur atque mulctaretur. Quod cum omnibus semper nationibus obseruatum sit, tum præcipuè uerò Aegyptijs, Græcis atque Romanis peculiare extitit: ut eleganter Plinius libro 35. cap. 2. scriptum relinquit. Ita est profectò: Artes desidia perdidit. & quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. Aliter apud maiores in atrijs hę erant, quę spectarẽtur: non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora, expreßi cera uultus singulis disponebãtur armarijs, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera: semperq́ defuncto aliquo, totus aderat familię eius qui unquam fuerat populus. Stemmata uerò lineis discurrebant ad imagines pictas: tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. aliæ in foribus, & circum limina animorum ingentium imagines erant, adfixis hostiũ spolijs: quæ nec emptori

a 2 refrin-

refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Et subiungit: Asinij Pollionis hoc Romæ inuentũ, qui primùs bibliothecam dicando, ingentium hominum Remp. fecit. An priores cœperint Alexandriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim. Imaginum amore quondam flagrasse, testes sunt, & Atticus ille Ciceronis, condito de his uolumine: & M. Varro, benignissimo inuentu insertis uoluminum suorum fœcunditati nõ nominibus tantùm Septingentorum illustrium, sed & aliquo modo imaginibus, non passus intercidere figuras, aut uetustatem æui contra homines ualere: inuentione muneris etiam dijs inuidiosus, quando immortalitatem non solùm dedit, uerumetiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique & claudi possent. Huc alludentes canunt poetæ. Virgil. 1. Aeneid.

— Ingens aurum mensis, cælataq; in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta uiros, antiquæ ab origine gentis. Ouidius:
Perlege dispositas generosa per atria ceras. Iuuenalis 8. Satyra:
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est atq; unica uirtus. Et iterum:
Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Ordine censeri, pictosq; ostendere uultus? Claudianus:
Per fasces numerantur aui, semperq; renata
Nobilitate uirent, & prolem fata sequuntur,
Continuum simili seruantia lege tenorem:
Nec quisquam procerum tentat, licet ære uetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu. Prud. in Sym.
Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat,
Quamuis illustres meritis, & sanguine clari,
Præmia uirtutum, titulis & honoribus aucti,
Ardua rettulerint, fastorumq; arce potiti,
Annales proprio signârint nomine chartas,
Atq; inter ueteres cera numerentur & ære.

Quamobrem nec Impp. Romanos puduit, suæ gentis & lineas & imagines passim locis publicis depingere: ut de priuatis atrijs nihil dicam. Sic T. Liuius libro secundo Decad. 3, ob imagines familiæ frequẽtes, prodictatorem dictum à populo Q. Fabium Max. refert: Vni consuli (inquit) Cn. Seruilio, qui tunc procul in Gallia prouincia aberat, ius fuisse dicendi Dictatoris. Quam moram quia expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eò decursum esse, ut à populo crearetur qui pro Dictatore esset. Res inde gestas gloriamq; insignẽ ducis, & augendę titulum

tulum imaginis posteris, ut Dictator pro Dictatore diceretur, facilè obtinuisse. Idem lib. x. eiusdem Decadis, de Scipione Imp. tradit: Primus certè hic Imperator (inquit) nomine uictæ à se gentis est nobilitatus. Exemplo deinde huius nequaquam uictoria pares, insignes imaginũ titulos claraq; cognomina familiæ fecerunt. Huc pertinet, quod Cornel. Tacitus in secundo scribit, ad Genealogiam Cæsaris Iulij alludens: Somniorum etiam interpretes impulit, dum proauum Pompeium, amitamq; Scriboniam, quæ quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinus Cæsaris plenam imaginibus domũ ostentat. Et iterum: Et quia claritudine materni generis anteibat, auum M. Antoniũ, auunculum Augustum ferens. Contrà Druso proauus, eques Rom. Pomponius Atticus, dedecorare Claudiorum imagines uidebatur. Sic Tranquillus in uita Augusti, de eadem principis Augusti genealogia locutus: Actia, M. Actio Balbo & Iulia sorore C. Cæsaris genita est: Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia Senatorijs imaginibus. Huc alludens nimirùm scribit M. Tullius in Pisonem, ignobilitatem obijciẽs: Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione famosarum imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. Et in oratione contra Rullũ: Imaginem nullam Reip. relinquẽs. Idem in secundo de lege Agraria, cum consulem se factum ostenderet ex noua familia: Quemadmodum cum petebam, nulli me uobis autores generis mei commendabant: sic, si quid deliquero, nullę sunt imagines quę me à uobis deprecentur. Et sic intelligitur illud Plinij nono Epistolarum: Nec enim ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio, quibus uideor à meo tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non subitas imagines relicturus. Et illud Eusebij libro primo de uita Constantini, uidelicet natura hominis sortis fragilis & caducæ, commenta solatium imaginibus edendis, maiorum memoriam colere se putauit, honore permansuro. Porrò non minori cura fuit Græcis, Aegyptijsq;, clarorum uirorum propagines & in cereis imagunculis, & bibliothecis atrijsq; tam priuatis quàm publicis ad posteritatẽ transmittere. Sic Diodorus in prioribus suæ Bibliothecę libris, deducere eleganter ex Aegyptiorum delineatione uidetur stẽmata Osiridis, Bacchi, Beli, Nilei, Cephi, Meridis, Busiridis, Symãdi, Actei, Amasis, Sesostris, Micermi, Bochori, Sabacci, Psamitici, & aliorum Aegypti primorum regum. ut de Ptolemæorum prosapia sileam, quàm prolixè is quoque à primis exordijs deriuat: quorum Philadelphus, operosissimam illam apud Alexandriam bibliothecam eius rei gratia, & ut illustrium uirorum ingenia posteritati innotescerẽt, instituit.

Ad hæc Pausanias in Græcia sua, prolixè regum Græciæ, non Atheniensium solùm, Lacedæmoniorum'que, quæ nobiliores Respub. fuerunt: uerùm etiam Achęorum, Corinthi, Elidis, Triphilidis, Messeniorum, Argiuorum, Megarensium, Epirotarum, Macedonum'que stemmata deducit: Pelasgi uidelicet, Actci, Pelopis, Procti, Cecropis, Cadmi, Atlantis, Athamantis, Acoli, Agenoris, Nestoris, Achillis, Tisameni, Agamemnonis, Thesei, Minois, Aeacidarum, Aristodemi, & plurium aliorum cùm regum, tum illustrium uirorum, qui de patria beneme riti præclarè gestis aliquando fuere. Huc pertinet illud Liuij libro primo decadis quartę: Quod genus cùm in omnibus liberis ciuitatibus, tum præcipuè Athenis, ubi oratio plurimũ pollet, fauore multitudinis alitur, rogationem extemplò tulerunt, plebesq; sciuit, ut Philippi statuæ, imagines omnes, nominaq; earũ, item maiorum eius uirilis ac muliebris sexus omnium tollerentur, delerenturq;. Hæc itaq; cum ita se habeant, inuictissimi CAESARES, & serenissimi Principes, liquidò animaduertere potestis, quàm antiquus mos fuerit, & quanto in usu atq; precio, præcipuis in orbe Rebuspublicis, regnisq;, contrahendi generis seriem, Genealogiasq; conscribendi, cùm priuatorum hominum, tum uerò præcipuè Regum ac Principum. quam operam subire maximos Principes non puduit. Atque ut sinamus Romanos, quorum Plinius meminit, qui de Genealogijs scripsêre magna uolumina, Messalam, M. Varronem, Pomponium Atticum, & C. Iulium Cæsarem, Imperij uestri autorem: illustria etiã in gente uestra inclyta exempla ac lumina extãt, Otto Frisingensis episcopus, diui Leopoldi Austriæ principis filius: & Leopoldus secundus Dux Austriæ, diui nepos: qui sui generis Genealogias, terso filo dictionis posteris reliquêre. Quorũ secundi, in tumulo illius inuenimus aliquando, S. M. Tuæ IMPERATOR inuictissime, exhibitã epitomã, quę incipit: Ad uitã principum terræ Austriæ, parentũ scilicet nostrorũ prosapiam commemorare uobis cupientes, ea primò quæ relatione didicimus maiorum nostrorum, ea fide qua audiuimus explicamus: consequenter etiã illa quæ ex Chronicis nostris colligere potuimus. Horum Principum, maiorum scilicet suorum exemplis insistẽs post multa secula diuus MAXIMILIANVS Imperator, auus proauusq; atq; abauus uester inuictissimi CAESARES, ac sereniss. Principes, socijs laboris Ioanne Stabio, Iacobo Manlio, & Ladislao Sundheymio, maiorum suorum tumulos, nomina ac propagationem diligentissimè perquisiuit, eorumq; seriẽ Genealogiæ breuis forma arcubus illis triumphalibus inseruit, quos ab honore uulgò Erenporten nuncupauit, non sine ma-

ximo

ximo sumptu apud Norinbergam sculptos atque impressos. Ea etsi perexigua existat, & uix XXIIII Heroas complectatur: tamen, ut tum erant tempora, & multa adhuc non solùm in hoc genere, uerùm adeò etiam in alijs honestis disciplinis latuerant, conatum egregium tanti Principis, consiliaque propè diuina demonstrat. Quæ causa fuit, ut, cum uiderem multos generis alumnos deesse, nec certam ubique Chronologiæ rationem habitam fuisse animaduertissem, aut plures in Genealogijs aliorum principum editis de Habsburgica gente per matrimonia passim citari, qui nec uetustate possunt, neque dignitate, neque præclarè denique gestis, cùm Austriadum alumnis eorumque stemmate conferri: diuturno dolore pressus, ac animi subinde anxius, statuerim tandem, in hoc conandum mihi aliquid esse. Quem etsi uiribus meis laborem, ingenioque superiorem intelligerem: in hanc tamen cogitationem ueni, ut susceptis peregrinationibus tumulos ubique in monasterijs perquirerem. Qua in re cum operæprecium me fecisse existimassem, peruestigatis antiquioribus omnibus per Heremum Heluetiorũ, Herciniam syluam, Vchtlandiam, Burgundiam, Alsatiã, atque tractum Rhenensem, (ubi primùm omnium Habspurgicos principes rerum potitos fuisse constat) deprehendi, eius stirpis, ut non solùm nomina, uerùm insignia etiam testabantur, Rubeus uidelicet leo corona cœlestina redimitus in aureo clypeo, quàmplurimos, ante annos adhuc sexcentos: quos, confectis tribus peregrinationibus, aliquot annorum opera in certam Genealogiæ seriem formamque demum cum redigissem, semina sparsa tandem proferre in lucem statueram: præsertim euolutis scrinijs eorum monasteriorum, de quibus diximus, & ubi sepultos inueneram: uidelicet (ut ex multis paucas recenseamus) ad S. Trutpertum in Nigra sylua, Ottoprechtum, Hettoprechtum, Amprinctum, Radoprechtum, Rampertum, Guntramum, Babonem, Gelbonem, Luitfridos duos, & Hunifridũ: in Gengenbacensi porrò finibus Mortinouiæ, ad saltum Harciniæ, Rotherium: in Beronensi cœnobio, supra Spyram, Beronem & Hettonem: in Lympurgensi aũt tractu ueteris Austrasiæ, Bataconem & Eginonem, in Murbacensi Alsatiæ, Eberhardum, titulo Alemaniæ ducis: in Hugeshouen, Vallis Wilertal, Hugonem & Bernhardum: in Masmunster, uirginum cœnobio Sundgouiæ, Mazonem titulo regis, quem scrinia adnotauerant Eberhardi ducis & Luitfridi comitis Auendspurgen. fratrem extitisse: & Adalberti, fundatoris Ebersheymensis abbatiæ in insula Rheni prope Seledstadium, filium: nepotem Attici, Edelsassiæ principis, cui S. Otilia filia tribuitur. Et cum legissem in Reginone, Anno salutis 858,

Hugo-

Hugoprechto abbati uidelicet in Hugeshouen Vuilertal, Hugonis comitis Auendſpurgij filio, Lotharium Francorum regẽ, Caroli magni pronepotẽ, ob ductam ſororem illius Thyetpergam, ducatum Iuræ montis donaſſe, qui inter Iuram montem ac Alpes Peninas erat, ubi hodie eſt Sabaudiæ exterior pars Vchtlandia & Heluetia: itemq́ꝫ, Anno 888, Rudolphum Chunradi filium, eius nimirum quem annales à Stratlingen arce cognominant, Hugonis abbatis nepotem (is fortè Hugoprechti uel germanus, uel filius extiterat) apud S. Mauritium (quod eſt ſupra Geneuam Sabaudiæ cœnobium) coronam Burgundici regni ſumpſiſſe: cum perquirerem ea loca, & ad S. Mauritium, & in Agauno eorum finium tumulos quoque, de quibus diximus, inuenimus, inſigniaq́ꝫ regum illius Burgundiæ, exterioris uidelicet, eadẽ cum Habſpurgicis ſiue Auendſpurgijs eſſe, hoc eſt, Leonem rubrum cœleſtina corona redimitum in aureo clypeo (licet interdum eius Burgundię & ſola corona cœleſtina in aureo clypeo ſit picta) iam me in certam cognitionem perueniſſe exiſtimabam, generis Habſpurgici, cum Burgundiæ illius regum ſtemmate coniungendi. Quibus Rudolphi etiam, Chunradiq́ꝫ gentilitia Habſpurgen. nomina peculiaria fuerant: non is Rudolphus ſolùm quem Regium honorem ſumpſiſſe apud S. Mauritium Regino tradit: uerùm tres hoc rurſus nomine, qui in genere Regum illorum ſecuti fuere: Rudolphus ſecũdus, Sennonis in Gallia ad S. Columbam ſepultus, anno 927, qui ex Berchta Burcardi Sueuorũ ducis filia, Rudolphum tertiũ progenuerat, ob uitæ continentiam in numerum ſanctorum relatum, & in Paterniaco ſua fundatione ad lacum Vualiſchneuburgen. ſepultũ unà cum cõiuge Berchta comitiſſa à Vroburg prope Baſileã, liberiſq́ꝫ ſucceſſorib. Chunrado rege, Rudolpho cognomento Ignauo, qui teſtamento Chunradum Cæſarem, Henrici tertij patrem, hȩredem regni Burgundici ſiue Arelatenſis dixerat: Adelhaide, quæ defuncto Lothario Italiæ rege, ſecundis nuptijs Ottoni primo Imp. iuncta fuerat, mater ſecundi Ottonis: & Mechtilde, Richardi Burgundiæ ducis cõiuge: confirmauêre coniecturam meam, quòd eos Burgundiæ reges crederem ſanguinis Habſpurgici fuiſſe, non ſolùm de quibus dictum eſt nomina atque inſignia, uerumetiam quòd Berchtoldi cuiuſdam ac Vuernheri, in annalibus Paterniacen. cœnobij, Sueuiæ comitum, ac Habſpurgi mentio fiat: quorum tamen tumulos reperire non potui. Inueni autem Pultriaci in Burgundia Theodoricum, quem puto Rapatonis filium fuiſſe, conditoris nouæ arcis Habſpurgi in Ergouia, qui in Murhi cœnobio haud procul propria fundatione conditus iacet: & Vueſſeliaci

Richar-

Richardum, apud Vizantionem alterum Bernherum & Chunradum titulo Aduocati Arelaten. quem constat Berchtoldi secundi Zaringiæ ducis natum extitisse. Sed relicta Burgundia, ad Rhenum reuertamur, ad cuius fines & sarcophagos & monasteria pleraꝗ Habspurgicorum principum tum in perlustratione nostra obseruaueram: Hettonē in primis, abbatem diuitis Augiæ in lacu Bodmanico, post S. Pirminium, authorem cœnobij, sepultum: Attici Edelsasiæ ducis pronepotem, fratrē Eginonis Bodali ac Beronis: Gebiczonem, comitem Habspurgicum in Vueyssenaw, prope Rauespurgum: Beczonem, Bertilonem, & Gunczelinum, comites Habspurgicos, ad S. Cyriacū in Sultzperg, medio itinere à Friburgo Basileam, eorum fundatione, depositos: Eberhardum in Vualdkirchen. præpositura, eorundem finium: Berchtoldum cognomento Barbatum, Sueuiæ & Charinthię ducem, unà cum filio cognomine Aduocato Turcgensi & Arelatensi in S. Petri monasterio: Ottonem & Berchtoldum fratres germanos, filios Rudolphi ex Sueuiæ duce Cęsaris, cognomento Rhynfelden, aduersus Henricum quartum electi, ad S. Blasium: Rapatonemꝗ in Murhi Ergouię abbatia, unà cum filio Theoderico. Vuernheros præterea aliquot, Gotofridos, Rudolphos ac Eberhardos, cum titulis comitum ab Habsburgo, Lauffenburgo & Kiburgo, in Vuettingensi monasterio, haud procul à thermis Heluetiorum: Rudolphum, in cella Otmarsen, haud procul Basilea: Rudolphum ex cognomento Taciturnum, in ecclesia Seckingensi, cuius erat aduocatus: Berchtoldos aliquot iuniores in templo cathedrali Friburgen. Albertum ex cognomento Diuitem, in Marchtall Sueuiæ, eiusꝗ filium Rudolphum Cæsarem, conditorem Austriadū, in templo cathedrali Spirę: ac illius rursus filium Albertū primum sui generis Austriæ archiducem, in Kunigsfelda Heluetiæ, unà cum duobus Leopoldis, & aliquot Reginis de stirpe Austriadum. Vt de reliquis nihil dicam, qui passim Viennę, & per cœnobia Austriæ Styriæꝗ suis operibus sepulti cernuntur. Quorum seriem etsi Ioannes Stabius quoque antecessor meus, Maximiliani Imp. Historicus, arbore quodam genealogica complexus sit: eam tamen à Rudolpho duntaxat Cæsare, Spiræ sepulto, Austriadum conditore, repetijt, ab anno primum reparatæ salutis 1270: neque laterales propagines attigit, quæ adhuc superfuerant, Austriadum iam rerum in Norico & Pannonia potitorum propinqui, comites uidelicet Habsburgen. de Lauffenburgo, comites Habsburgenses de Kiburgo, comites Habspurgen. de Friburgo, comites Habsburgen. de Pfyretis, comites Habspurgen. ab Egensheym, & duces cùm à Zarin-

b gen,

gen,tum à Teck, Burgundiæq; comites, & Rom. Imperij per regnum Arclaten. aduocati. Quos omnes & singulos cùm suis propaginibus ac ditionum titulis, ad latera in nostra Genealogia,cuius hic Commētarios damus,prolixè depinximus, annis Salutis nostræ adnotatis,ac insignibus,ab anno iam inde septingentesimo : Burgundię quoque posteriorum ducum prosapia ad latus deducta,quam à Theoberto Prouinciæ comite, Sigeberti primi Habsburgen. siue fratre siue filio deriuamus : à quo uidelicet Salinarum comites, Bizantiniq;, & ex his Burgundi processere. Etsi uerò, CAESARES Inuictissimi, & serenissimi Principes,non dubitem,diligenti nostra,nō peruestigatione so lùm,uerùm adeò lectione etiam atq; supputatione, non omnibus satisfieri : quòd recondita quædam commemorē, non satis omnibus nota, de Austria Rhenensi, Transiurano Ducatu, & Landgrauiatu Neomagensi, quę nomina recentiori historię incognita sunt:deinde uerò,quòd in exordijs gentis inclytæ, non in cuiusuis iurare uerba coactus,ab opinionibus recesserim eorum,qui in patrum memoria hanc in se prouinciam receperant, ut Austriadum gentem à primis initijs deducerent : Volaterrano inquam, Spanhaymensi Tritemio, Ioanne Stabio, Iacobo Manlio,Ladislao Sundhaymio,& Gebulhero.Quorum rursus haud ambigo satisfactum iri adsertoribus,ubi loca uetustorum autorum de his ipsis acceperint, qui nondum omnes in lucem uenerunt,Gregorij Turonensis episcopi, Annonij, & qui multa ex his mutuati sunt,Sigeberti ac Pauli Aemilij,quos constat esse editos. Qui, exempli gratia, Austriæ siue Austrasiæ reges commemorant, à Rheno ad Mosam amnem, ubi hodie est tractus Mosellanus,Hunczruckensis,Zuuayprugensis,Luczēburgen.Lymburgen.Lotharingiæ ac Alsatiæ agri, cum ea regione saltuosa quæ ueteris nominis ceu umbram retinuit Vuestrich siue Vuasgew,Latinè Vastum regnum nūcupatum:in quo, nostro seculo S. Vuendelini est ciuitas Sarpruck, Saruuerden, Kayserluthern,cum Comitatibus Biczensi,Luczelstaynen. Nassouiensi,Axenstaynensi, Dagspergensi,ac Leynnigensi: nempe Theodericum minorem natu Chloduuichi primi Francorum regis Christiani filium,Theobertum,Theoaldum,Sigebertum primum (cuius filium in uenatione ab apro occisum,in insula Ebershaymunster prope Selecstadium, S. Arbogastes Argentoracen. pręsul ad uitam reuocauerat)Chilpericum,fratrem Sigeberti:Childebertum,filium eiusdem:Chlotarium: Theobertum iuniorem Childeberti filium, qui congressus cum fratre Theoderico Burgundiæ rege apud Tolbiacum uictus erat, & occisus à cuius filio Sigeberto,profugo & exule, nos inclytam

Habs-

Habsburgensium siue Austriadum stirpem deriuamus, secuti autoritatem antiquissimorum Francorum historiographorũ, Turonensis & Annonij: quibus Abbas Spanhaymensis Tritemius subscribit, & rectè ad Austriadum primordia detorquet. Quorum quidem Turonensis hæc nominatim adnotauit: Eo tempore Childebertus rex Austriæ habebat duos filios, seniorem ex concubina nomine Theobertum, iuniorem uerò ex regina nomine Theodericum, ipsumq́; cum auia sua Brundehilde in Burgundiam, in regnum Guntrami regis Magni direxit. Brundehildis uerò quotidie peiora cõsilia ipsi Theoderico ministrabat, dicens: Quare negligis, & non requiris thesaurum patris tui, ac regnum eius de manibus Theoberti uindicas, cum scias eum non esse fratrem tuum: quia in adulterio de concubina patris tui natus est. Hæc audiens Theodericus, fero, ut erat, corde, magnum exercitum contraxit contra Theobertum germanum suum, dirigens ad Tolbiacum castrum. Vbi fortiter pugnantibus, Theobertus læsum cernens exercitum suum, in fugam conuersus, Coloniam ciuitatem ingreditur. Et rursus: Theodericus cum peruenisset Tolbiacum, cum exercitu Arduennam transiens: Theobertus frater eius, cum Saxonibus, Thuringis ac cęteris gentibus, quas poterat undique ultra Rhenum adunare contra Theodericum, Tolbiacum perrexit: ibiq́; denuò commissum est prælium. Fertur autem à Francorum cæterisq́; gentibus antiquitùs tam forte nec aliquando prǽlium fuisse cœptum. Illic quoq; tanta strages ab utroq; exercitu facta est, ut phalanges initio certaminis inuicem prǽliabantur, ut cadauera occisorum undique non haberent ubi iacerent, sed stabant mortui inter cadauera cætera stricti, quasi uiuentes. Captus est Theobertus in ipso prǽlio, & uinctus Chabilonem destinatur. Filius eius Merouęus paruulus, iussu Theoderici adprehensus, ad quandam petram percutitur: qui cerebro contuso, ac capite fracto, emisit spiritum. Sigebertus uerò filiorum maximus, quorundam consilijs reparatis uiribus in territorio Campaniæ Catelaunensis agri super fluuium Coxonam ueniẽs, cum Theoderico simul & Chilperico certans, superatus aufugit. Is est Sigebertus exul, à quo indytos Austriades deriuamus: cõtra opiniones Stabij, Manlij, Gebulheri, ac aliorum. Quorum hic ab Luitfrido quopiam Sundgouiæ comite, Attici Edelsasiæ principis, qui beatę Otilię pater extiterat, F. deducere conatur, fratre Mazonis regis, & Eberhardi ducis Murbacẽsis in Alsatia coen. fundatoris: ille uerò à Theobrechto Francorũ rege & Austrasię tertio. Tertius deniq; Ioan. Stabius, à Childerico rege, Clodouęi secundi Parisiensis regis ex Blithilde filio: quem pater uide-

licet designauerat occiso Dagoberto secundo Austrasiæ rege, nepote Dagoberti primi Austrasię regis,cõditore episcopatus Bormatiensis,& cœnobij Vueissenburgensis, nepote Chlotarij secundi Parisiensis regis, qui Theodericum Burgundum interfectorem fratris Theoberti (de quo locum Turonensis paulo antè adduximus) uictum occiderat, aduersus Childebertum Grymoaldi maioris domus filium. De quo Sigebertus chronographus,cum de anno loquitur 657,hęc scripta reliquit:Grymoaldus maior domus, domino suo Dagoberto,Sigeberti filio,attonso,per Didonem Pictauiensem episcopum in Scotiam directo,Hildebertũ filium suum fecit Austrasiorũ regem. Franci uerò dolentes super infidelitate Grymoaldi,contra filium Sigeberti captum, eum præsentant Parisijs iudicio Chlodouei. Quem Chlodoueus uinculatum, amara in carcere fecit morte consumi, filium'que suum iuniorem Hilderichum regem fecit Austrasiorum.Hæc ille. Vnde apparet,iam in exilium pulso Sigeberto,Theoberti secundi hoc nomine regis Austrasię filio, de quo loquimur,& unde Austriades deducimus,Austrasiæ reges præfuisse ex stemmate Parisiensi: Dagobertum filium Chlotarij, Parisiensium regis, quem dictum est,Theodericum Burgundum in acie uictum, unà cum Brundehilde anu,tot parricidiorum incentrice,interfecisse:Dagoberti'que filium Sigebertum secundum, quem aliquando in insula Rheni, ubi est modò cœnobium Ebersheymunster, ab apro in uenatione occisum, beatus Arbogastes Argentoracensium præsul, ad uitam reuocarat: Dagobertum secundum Sigeberti filium,quem Grymoaldus maior domus attonsum in Scotiam exulatum miserat: Childerichum, Clodouei Parisiensis regis natum, Dagoberti primi nepotem,à quo Ioannes Stabius conatus est inclytum genus Austriadum deriuare: Theodericum tertium, Childerichi prioris fratrem:Chilperichum, & Theodericum cognomento Calam.Quo uicto atque occiso,unà cum Ebroymo maiore domus,& Berthario Martino'que Austriæ ducibus,à Pipino primo Ansegisi Hasbaniæ principis filio,nepote beati Arnolphi Mediomatricum præsulis, ius ac gubernacula Austriæ illius Rhenensis ad Pipinum maiorem domus Theoderici tertij deuoluta sunt.Cuius filius Carolus cognomento Martellus, pulsis Vuolfoaldo Austrasiæ duce, ac socijs Ramenfrido maiore domus sub Theoderico Cala, ac Hiltebrando magistro equitum,Austriæ illius occidentalis limites usque ad Licum propagauit,Sueuis subiectis:eius'que rursus filius,Pipinus secundus, ad Oenum usque fluuium,& nepos ex Pipino Carolus cognomento Magnus Imperator, ad Arrabonem Pannoniæ usq; flumen:

men: ubi noua posterius Austria, hoc est orientalis, Caroli magni auspicio orta fuit, in qua oriundi, uti dicimus, in Austria Rhenensi occidentali, Sigeberti regis Austrasiæ posteri Habespurgenses principes, in hanc usque diem rerum potiuntur: de quibus hocce Opere sermo omnis est, maioribus uidelicet uestris, inuictissis. CAESARES, & serenissimi Principes. Quorũ exordia luculentius paulo, ab eodem Sigeberto, similiter ut Turonensis, Annonius etiam antiquissimus Francorum chronographus repetit, his uerbis: Theobertus autem rex miserabili morte peremptus, tres filios, & unam (ut legitur) speciosissimam filiam reliquit: Sigebertum uidelicet, Guntramum & Lotharium. nomen filiæ nusquam reperi. Rex uerò Theodericus Coloniam ingressus, præscriptos duos filios iuniores fratris, Lotharium, Guntramum, & sororem eorundem, ad ciuitatem Metensem captiuos misit. Quibus crudeliter auia Brundehildis occurrens, nimio succensa furore, in odium genitoris occisi super eos irruit, & nepotes adhuc paruulos manu propria interfecit. Sigisbertus autem natu maior Theoberti filius, quorundam ciuium Coloniæ auxilio submissus per murum secretissimè, transmisso Rheno in habitu scholaris aufugit: ueniens'que in Franciam orientalem, apud cognatos suos Gundoaldum & Gotofridum duces Francorum, circa Mœnum in Vuirtzburg principantium, aliquot annis latuit incognitus. Qui tandem post obitum regis Theoderici, principum interuentu, Ducatu in Alemania superiore, quæ nunc dicitur Fransiuram, donatione Lotharij regis accepit. Sed neque nomen regni, nec diadema portare more parentum suorum permissus est, & mansit sub ditione regum Francorum, genuit'que filium nomine patris sui Sigebertum. Hæc tametsi euidentia sunt, & argumenta illustria ad uera initia demonstranda Habsburgensium principum, unde scilicet Austriades egressi sunt: nempe quòd ab Sigeberto Austrasię rege exule propagati fuerint, eo ipso euentu, quem longè uetustissimi Chronographi prædicti recensuerunt: tamen insignia insuper ac nomina gentilitia illud testari apud posteritatem poterunt. Veluti enim uetustiores Austrasiæ siue Austriæ reges ex Merouingis descendentes, à gloria rerum gestarum nomina passim usurpârunt, Theobrectus, Childebrectus, Heribrectus, Dagobrectus, & Sigeprectus, quæ uoces gentilitia Theutonum lingua, Theutonum famam, ueniæ'que laudem, exercitus Herois ac uictoriæ gloriam significant: sic Habspurgenses uetustiores, Ottoprechti, Ethoprechti, Rhomprecti, Radoprechti, Amprecti, Hugoprecti, ac Albrecti nuncupabantur, nimirum eadem origine Germanica, à fama pa

terna scilicet aui, Rheni amnis, siue laudis (*Rham* uulgò) *nutricis* Hugonis, ex audacia siue iactantia totius gentis. Quin & Guntramos aliquot, aut potius Guetramos, eadem gens alumnos habuit: non secus ac Francorum reges, qui somniorum prosperitate id primum nominis sortiti fuere. de quorum uno, qui uisionis simili euentu magnam uim auri in monte quodam eruerat, Paulus Diaconus scribit libro tertio historiæ Longobardicæ, capite decimoseptimo. Huc pertinet uisio Marcomyri, filij Pharamundi, Francorum regis antiquissimi, dum adhuc ad ostia Rheni in Frisia & Geldria colerent. Hunc quippe Vrspergensis ac Spanhaymēsis abbates, chronographi, ex antiquis annalibus Francorum referunt, Cloduuichi primi Christiani, quem uulgò Chlodoueum uocant, auum, dum bellum in Romanos meditaretur (de quo Marcellinus, Sidonius ac Claudianus multa scripserunt) aliquando curis anxium secus maris littus obdormiuisse, dum quo pacto Romanis se opponeret meditatur, fœlicia'que Gallię arua occuparet, per quietem uidisse monstrum marinum. Quod generis successionem cum docuisset, ac spem rerum amplissimarum per somnum pollicere-tur filio, qui paulo pòst natus sibi fuerat, nomen quoque monstri marini sermone uernaculo indidisse, & Merouichum, hoc est animal marinum nominasse. Etsi autem quale monstrum id fuerit, non explicuerint: tamen abbas Spanhaymensis, alter eorum, ex antiquis Annalibus erutis, monstrum de quo loquimur, hisce uerbis delineauit: Numen triceps Marcomyr adstare conspexit, & uniuscuiusque capitis singulare audiuit prognosticum, discretum'que uidit diadema unicuique supereminere impositum. Primum caput fuit bufonis, secundum uerò leonis, & tertium aquilæ in forma quasi expansis alis desuper stantis, & dextra leonem, sinistra bufonem fouentis. Dixit'que aquila: Tua Marcomyr progenies, & caput meum, subijciet sibi leonem, conculcabit simul & occîdet bufonem. Non me, quod apparco fœdus, Rex, aspernendum ducas. Est rebus species mea conueniens, & forma futuris. Me primùm extinguet generatio tua procul: post hæc leonem seruabit ense captum. Cuius ore, quod amplius restat, audire curato. Leoninum postea caput Marcomyro dixit: Hospes in mea fortissime Rex cum gente tua uenture citò bufonem uinces, labore cum tempore multo. Tunc mea tuis cedent iura passim ultrò, bellis ac astu. Postea me dextrum coronabit aquila monstrum, habens à sinistra bufonem semine uictum. Quod uerò postea futurum erit, nostra tibi coniunctio monstrat. His leoninum phantasma prolatis, tria in unum citò capita sunt conuersa: stabatq; monstrum

ſtrum triceps in hominis imaginem transformatum: nec ſimpli cis à conditione, ſed coronati aureo diademate, ſiniſtra ſceptrum tenens, & in dextra gladium. Hactenus Spanhaymenſis, de uiſione Marcomyri Francorum regis, Clodouichi primi Chriſtiani aui. Cuius exitus poſtea in Habſpurgica gente apparuit, Francorum regum propagine. Primùm namque omnium Clodouichus nepos Marcomyri, Romanum imperium in Gallijs, quod per aquilam repręſentatur, acie uictis Siagrio ac Egidio Romanis ducibus, ſuſtulit. Deinde latius radices agens, littorales Holandiæ, Selandiæ ac Nortmanniæ Britanniæ'que ditiones armis comparauit, quæ per bufonem præfigurantur. Poſtremò, bello partim ac aſtu Burgundiæ regnum ſubiecit, cuius leonis erat inſigne, Habſpurgicus uidelicet rubeus, cœleſtina corona redimitus, in aureo clypeo: quæ uidelicet partim aſtu, Crotohildis nempe, Clodouichi uxoris, quæ uirum in Burgundos incitauerat, ob innocentis beati Sigiſmundi regis cędem: partim etiam aperto bello Clodomyri maioris natu filij Clodouichi primi, Godomaro ac Godogyſelo regibus Burgundionum illato, tributaria Francis facta fuerat. Et cùm poſtremò Caroli magni auſpicio, Romani itidem Imperij faſtigium Franci conſcendiſſent, rectè tria uideri capita coniuncta poterunt: quòd hoc ſeculo, quoniam Habſpurgicus ſiue Burgundicus leo moderatur Imperatoribus ac Cæſaribus in genere illius decem inſignis, Rudolpho Rhynfeldenſi contra Henrichum quartum electo, Rudolpho Ergouienſi comite renunciato in Cæſarē anno 1272, Alberto primo Rudolphi prioris filio anno 1300 Imperatore deſignato, Friderico Alberti filio aduerſus Ludouicum quartum electo, Alberto quinto, Friderico tertio ſiue potius quarto, Maximiliano primo, Carolo quinto, Ferdinando primo, & Maximiliano ſecundo, uiſionis illius Francicæ haud dubiè exitus apparet. Vt rurſus argumentum ampliſsimum ſit, Auſtriades in Pannonijs principes à ueteribus Auſtraſiæ regibus ducibusꝗ defluxiſſe. Quod hiſce Cōmentarijs intendimus demonſtrare: in qua nempe Auſtraſia (quam dictum erat, Rheno Moſaꝗ fluminibus & Iura monte incluſam extitiſſe) præter Pipinos ac Carolos, Carolomannos'que gubernacula uſurpauerant ante plura ſecula plerique geſtis ac uitæ continentia clari, Gundoaldus, Grymoaldus, Bertaritus, Martinus, Vuolfoaldus, Rampertus, Ausbertus, Agnebertus, Venantius, Ferreolus, Gangolphus, Vuendelinus, Deotherius ex fratre S. Pirminij epiſcopi, Leuthericus ſiue Lendeſius, Atticus uel Etticho, Alberichus, Eberhardus, Carolus Martellus, eius'que filij Pipinus & Carolomannus. Et

hæc

hæc quidem de Austrasiæ, quam Austriam perpetuò Turonensis ac Annonius appellant, cùm Regibus, tum Ducibus, dicta sint: à quibus Austriades, qui rerum in finibus Pannoniæ ac Norici potiti fuêre, ex Habspurgensibus rectà deriuamus.
De ducibus uerò Transiuranis siue Iuræ montis, in quo Sigebertum exulem Annonius refert, ditionem donatione Chlotarij tertij accepisse, scribit nominatim idem Annonius libro quarto, capite sexto: Igitur rex Francorum Chlotarius, trigesimo regni sui anno postquam regnare cœperat, patre defuncto monarchiam regni adeptus, Vuarnarium, cuius instantia regnum Burgundiæ adeptus erat, maiorem domus, in ipso constituit regno, dato ei sacramento, ne cuncto quo uiueret tempore successorem acciperet. Austrâsijs uerò Radonem quendam, probabilis uitæ uirum, eodem honoris gradu donatum præfecit. Vltraiuranis quoque Erponem, genere Francum, patricium instituit: qui dum quæ pacis sunt diligeret, malorum deprimens nugacitatem, ab ipsis Pagensibus, instinctu Alathei patricij & Leudomundi Sedunensis episcopi perimitur. Et iterum capite trigesimonono: E' quibus Flancatus in Burgundiam transiens, commissa sibi munia impigrè curabat. Cuius restitit conatibus Vuilebaldus Vltraiuranus patricius, qui generis nobilitate & opum affluentia sese extollens, despectui ducens illi subijci, aut eius parêre præceptis. Hæc ille. Porrò ex Paulo Aemilio liquet, Vuilibaldo alterum Herponem, primi filium, in ducatu Transiurano succesisse. Qui uerò hunc secutus sit, non reperitur: ut cōiectura sit, Sigebertum exulem Theoberti regis Austrasiæ filium, quem diximus à fratre Burgundiæ rege Theoderico uictum acie, ac interemptum, à Chlotario tertio, qui Theodericum tyrannum superauerat bello, ac interfecerat, Transiuranis ducem datum, à quo genus Habspurgicum deducimus. Id'que triplici ratione, adductus Annonij sententia de supradicto exule Sigeberto, confirmare cogor. Primò, quòd Aemilius tradit, Pipinum Austrasiæ ducem, uicto Theoderico tertio, ac Bertario eius maiore domus, gazæ regiæ ac aulæ curam Hettoperto cuidam commisisse. Deinde, quòd apud eundem legitur, Childerico postremo in Francia regnante, quem Pipinus secundus Caroli magni pater, Stephani pontificis Romani autoritate attonsum, Ratisponensi cœnobio inclusisse constat, Griphonem Pipini fratrem aliquoties rebellātem, tandem in alpibus, cum in Italiam contenderet, à Theodino quodam Transiuranorum nobilissimo, fuisse occisum. Quod nomen autumo à Paulo corruptum ac malè acceptum in Annalibus, in quibus fortè Theobertus aut Theodoldus scriptum fuerat:

fuerat: quibus nominibus tum temporis Habſpurgici princi-pes in Iura monte floruerant. Tertiò, quæ euidentiſsima eſt ratio, ſcribit Rhegino Prumienſis: anno Salutis 859, Lotha-rium Franciæ regem, Caroli magni nepotem, Hugoprechto ab bati (intellige in Hugeshouen, quod Hugo magnus ſtirpis Habſpurgicæ poſuerat, & filium ibidem Abbatem præfecerat) ob ductam ſororem illius Theytpergã, donaſſe ducatum inter Iuram montẽ & mõtem Iouis: quem nimirum, quòd maiorum ſuorum fuiſſet, petierat Abbas. qui ex abbate dux factus Vl-traiuranus, ex neſcio qua coniuge Hugonem & Bernhardum creauerat: quorum Hugo itidem ex abbate in Hugeshouen, pa-tre mortuo in ducatu Vltraiurano ſucceſsit. Cuius filius Chun-radus, à regia & loco habitationis nuncupatus à Stratlingen, cum Burgundiam ſubieciſſet, propinqui ſui Luitfridi, comitis Briſgouiæ, quem dictum eſt S. Trudberti abbatiam poſuiſſe, fi-liam Ermentrudem quum ſibi coniunxiſſet, ex eadem Rudol-phum genuit: qui propagatis ditionibus, ex ducatu Vltraiu-rano ac comitatu Burgundiæ, primus ſe regem Burgundiæ apud S. Mauricium appellauit, ſcribente Rheginone, anno Domini 888. Per idem tempus Rudolphus filius Chunradi, ne-pos Hugonis abbatis, prouinciam inter Iuram & alpes Peni-nas occupat: & apud S. Mauricium, adſcitis ſibi quibuſdam pri-moribus, & nonnullis ſacerdotibus, coronam ſibi impoſuit, Regem'que ſe appellari iuſsit. Hæc ille. Et licet ex hoc Rudol-pho Burgundiæ regum ſtemma proceſſerit, quod Chunrado ſecundo imperante, in Rudolpho quarto, ex cognomento Igna uo, defecerat: tamen Luitfridi fundatoris S. Trutberti, ſtirps tam in Ergouia quàm Briſgouia perdurat, unde comites Hab-ſpurgen. in Ergouia, duces Zaringenſes, duces Teccenſes, archiduces Auſtriæ, comites de Lauffenburgo, comites de Kiburgo, comites'que de Friburgo, ſeculorum aliquot interual lo defluxêre. De qua latiſsima propagatione hiſce Commenta-rijs, ad fidem rerum, ex Annalibus & Chronicis fidedignis, di-plomatibus'que peruetuſtis, ac tumulorum hinc inde perſcru-tatione, acturi ſumus. Quam opellam meam, ſacratiſs. CAE-SARES ac ſereniſsimi Principes, ſub patrocinio ueſtro, in uul-gum edita, ea unde cognomen habetis fronte ſuſcipere gratioſè dignemini. Quam etſi ad Decades meas rerum Auſtriacarum magis politam reſeruare, & (ut dicitur) in nonum uſque annum premere ſtatuiſſem: tamen æmulorum inſidijs, qui noſtro in hac parte cùm labori tum candori fraudem facere conantur, no lens uolens abortire fœtum coactus fui, non ob hoc ſolùm ut ſu dorum meorum fructum aliquem ſentirem: uerùm magis e-

c tiam,

tiam, ut generis uestri nobilitatem atque uetustatē ab iniuria uindicarem, & rerum gestarum decus in domo uestra longè splendidissima conseruarem, cum præsertim exhausto & eneruato corpore existam, & ne maturius rebus humanis euocer metuam. His me senem & emeritum militem, sudores'que meos, & studia in domum uestram inclytam posita, commendo.

VVOLF.

VVOLFGANGI LAZII COMMENTARIORVM IN GENEALOGIAM AVSTRIACAM, LIber Primus.

CAPVT PRIMVM: DE VARIIS *opinionibus Chronographorum, de initijs inclytæ Auſtriadum gentis.*

DE Principum illorum origine, qui Habſpurgenſes primùm omnium, deinde Auſtriaci appellati, haud inceleбri famæ momento orbi cogniti fuêre, magnam controuerſiā hactenus inuenio fuiſſe, non indoctis etiam uiris, qui res ueteres adnotarunt: ſiue quòd barbara & ſimplex illa uetuſtas, ab omni ambitione alieniſsima, illa præterierit: ſiue quòd fabulas interdum quidam rebus geſtis miſcuerint, qui in ſe prouinciam, ſepultis tum bonis literis, receperunt, ut Principum ad poſteritatem hiſtorias tranſmitterent. Quo factum eſt, in illa rerum caligine, ut quidā ab Abrahamo Auſtriæ exordia repeterent, alij ad Noa uſque, gēneris humani communem parentem: non pauci deniq; ad Priamum Troianorum regem, gentis primordia traducere non uererentur: miris & monſtroſis interdū nō rerum ſolùm, uerùm nominum etiam factis cōmemorationibus. Quę, ut ſecula tum erant, cum probarentur Principibus, quę per ſomnia uidiſſent ipſorū ſacerdotes, nec perquirerēt quę paſsim in uetuſtis cœnobijs à maioribus ipſorū quondam poſitis diplomata extant: nec euoluiſſent præterea, quæ diligentes ac partim docti quidam monachi illis ſeculis, etſi rudi dictione, tamen ad fidem rerum adnotarant: eò denique dementiæ eos rerum neceſſariarum ignorantia coniecit, ut à Iulio & Nerone Impp. epiſtolas comminiſcerentur, ad Principes tum Auſtrię (ſi dijs placet) datas, phraſi barbara magis quàm Romana, nec ijs omnino titulis quibus Romani tum Cæſares ſalutabantur, ſcriptas: adiecta ſub finem,

contra seculi rationem, ea conclusionis formula, qua po sterius Romanos primùm pontifices usos constat: hoc est, Datum Romę ad Lateranum, indictione tertia, &c. Quibus familiæ scilicet uetustatem nobilitatemque, ac prouinciarum prærogatiuas & insignia sperabant se ru dibus tum animis, ac auribus minimè delicatis persua suros. Ex quorum numero aduerto fuisse Anonymum quendam, qui Vilhelmo archiduci rhythmos suos consecrauit, fabularum plenissimos, & multa sinistrè de car bunculo & rostratis Asiæ hominib. referentes. Quem 10 secuti, Haselbachius theologus Viennens. qui Alberto regi quædam somnia consarcinauit: Henricus Friburgen. quidam, qui Sigismundo Archiduci Chronicon suum dedicauit, quod incipit, Tremulentus adgredior, &c. & Albertus baro à Bonsteten, Heremitarum in Hel uetijs decanus, qui nugas suas Cæsari Maximiliano inscripsit: cum fundamenta ueritatis nulla iácerent, neglectis ijs quæ ex diplomatibus ac annalibus antiquis, cœnobiorumque fundationibus comparare poterant prę sidijs, in illa pulchra feriatione, & bonarum literarum 20 iustitio, nescio quæ monstra uerborum, de Iudaisapta, Corrodantia, Auratim, Fynai, prouinciæ Austriacæ (si dijs placet) appellationibus: itemque de Abrahæ filijs ex Susanna, Athaym & Rhabam, totaque deinceps propa gine illa somniata: insignibus denique, titulisque excogi tarunt, quæ uel Alphabetarius commenta intelligeret. Hæc cum absurda multis uiderentur, nec satis Chrono logiæ congruentia, inuenti sunt, qui Germanicæ uocis etymon ad Romanam phrasim sinistrè detorquentes, illos ab Auentino urbis monte principes deriuarent, A- 30 uentispergiosq; uocarent, malè ex Latino Germanicoque consarcinato nomine, quos Abenspergios in Anna libus ac diplomatibus ueteribus legissent. Huic opinioni innixi quidam Itali, ac Volaterranus in primis, à Petro Leonis Romano exule, homine mali exempli, & qui posterius sub primo eius nominis Friderico, ob seditionem pulsus erat, tam splendidæ domus initia de riuare

Falsa opinio Haselbachij & aliorum.

Falsa opinio Volaterrani.

riuare uoluerunt: fortè quòd leonem in clypeo gentilitio Abenspergij principes ferrent. Quasi uerò non alij plures sint, qui leonis symbolo, non minus quàm Petrus Leo, Abenspergijque utantur. Cui coniecturæ, ut ex uano haustæ, cùm alia pleraque repugnant, tum in primis aduersantur diplomatá ac fide digni Annales cœnobiorum: ut quæ eius nominis comitum sub Arnolpho, iam tum Imperatore, mentionem faciunt. Qualia passim in S. Trutberto, S. Blasio, S. Petro, Vuettingensi, 10 Sulczbergensi, Murhensi, Seckyngensi, Vueyssenouiensi, cæterisque per uastam Herciniæ syluam (quam Heluetiorum heremum ijs appellare Ptolemęus finibus uidetur) facilè cœnobijs reperias. Redarguunt prętereà illos, qui missis nugis ueriora secuti, Annales ante secula, etsi simplici dictione, tamen dextrè contraxerunt: Vuichardus Baro à Polheym decanus Salisburgensis, Ioannes Ennyckel eques Austriacus, Ottoccarus ab Horneck Styrię regulus, & Albertus quem Argentinensem cognominant. Qui tametsi altius repetere familiæ initia noluerint, tamen nec numerum nec nomina neglexerunt eorum, qui in ista uel ad Rhenum uel ad Danubium, rerũ aliquot retroactis seculis potiti fuêre, & à tenuibus principijs ad fastigia amplissima peruenerunt. Quibus suum insuper calculum addunt ea Chronica, quæ in peruetustis monasterijs, S. Trutberti, S. Petri, & in Burgundia Paterniaco haud procul à lacu Neuburgen. itemque per Austriam & Styriam Chremsmonasteriensi, Garstensi, Voraensique, dum bibliothecas perlustraremus, à tineis aliquando & obliuione uendicauimus. 30 Horum uel quòd non haberet scripta, uel quòd meliorem existimaret se coniecturam sequi, in tam profundis tenebris, Aeneas Syluius (quem in Pontificatu maximo constitutum, Pium secundum cognominarunt) dum Friderico Imperatori, huius nominis tertio, à secretis esset, ac scrinia perlustraret, ab Auentico Heluetiorum castello (quod hodie in finibus Bernatum, Vuiflisburgum incolæ appellant) Rom. historijs non

Opinio Vuichardi à Polheym & aliorum Austriacorum.

Opinio Aeneæ Syluij.

incognito, nominis Abenſpurgij rationes exordiaque deriuauit. Cuius quidem coniectura uerisimilior uideretur, niſi eiſdem finibus, nec ita procul ab Auentici ruinis, Habſpurgi arx ſupereſſet. Quam ante annos plus minus ducentos, cum finitimo Ergouiæ agro, ex Auſtricorum principum obſequio, Heluetiorum pagos armis uindicaſſe conſtat. Saniorem ſecuti ſunt opinionem, qui ante Patrum memoriam in hanc cogitationem, auſpicijs præſertim Maximiliani Imp. incubuêre: TRITEMIVS abbas Spanheymẽſis, IACOBVS MANLIVS Friburgen. IOANNES STABIVS Cæſaris hiſtoricus, LADISLAVS SVNDHEIMIVS, IOANNES Auentinus, & GEBVLHERVS. Qui tametſi omnes à Francorum regum poſteritate inclytam Habſpurgen. gentem deducant, ac finibus etiã penè conueniant, qua uia uidelicet ex Alſatia proximè in Lotharingiam ducit: de autore tamen generis, primaque Comitum illorum ditione contrauertunt. Tritemius, à Sigeberto quodam deriuare uidetur, Theoberti ſecundi Auſtraſij regis filio, à Theoderico Burgundię rege patruo profligato, cum parentem prius & fratres interfeciſſet. Cuius auus Childebertus, Sigeberti primi Auſtraſię hoc nomine regis F. auia Brunehildis Anagildi Gothorum in Hiſpania regis filia extiterat, mulier ſceleſta, quæ totam penè gentem Francorum regum ſuſtuliſſe ſcribitur. Manlius autem, & Sundheymius, generis exordia ad Theobrechtum referre uidentur, Theoderici quondã regis Burgundiæ, interfecti conſilijs Brundehildis auię, & Erchonoaldi maioris domus, relictum filium. Hunc quippe Theodericum, Childerici primi ex Audomyra natum, Lotharij primi nepotẽ, Chlodouei ſiue potius Lutauuichi magni & primi Chriſtiani pronepotem, Sundheymius refert tres genuiſſe filios: Theodericum, Burgundiæ regem: Childericum tertium, à fratre in Vbios profligatũ, patrem uidelicet Lotharij tertij: & Ottopertum Prouinciæ regem. cuius filij fuerint, Ottopertus princeps Iuræ montis in Heluetijs, & Theobertus Prouin-

Opinio Abbatis Spanheymenſis.

Opinio Ladiſlai Sundheymij.

Prouinciæ comes: unde Salinarum comites, & ab his Burgundiæ principes uetustiores descenderint. Manlius uerò, alio ordine construendæ Genealogiæ usus, Theobertum illum generis autorem, filium extitisse commemorat Childeberti regis Austrasiæ, Sigisberti regis Austrasiæ nepotem: & Chlotarij hoc nomine primi Francorum regis, qui Chlodouęi magni ac primi Christiani natus extiterat, pronepotem: eundemque Theobertum ex Sigisberto duce Heluetiæ ac Iurę mon-

Opinio Iacobi Manlij.

10 tis nepotem habuisse, Ottbertum primum Habsburgi comitem. Quam redarguens non sine stomacho opinionem Ioannes Stabius, Cæsaris quondam Maximiliani ab historijs, nec ducatum Iuræ montis tum temporis habuisse Habspurgenses, (ut in quo Chronographis celebrantur sub Chlotario secundo, Dagoberto primo, & Chlodouæo tertio, Erpo, Flaucatus & Vuilibaldus duces Transiurani: quorum synchroni nimirùm primi Habsburgens. extitêre) nec à Theoderico, siue etiam Theoberto defluxisse, Ottobertum primum Habsbur-

Opinio Ioãnis Stabij.

20 gi comitem, sub quo S. Trutbertus in nemore Hercinio passus scribitur, adseuerat. Cæterùm Childerichum regem Austrasiæ tradit, Chlodouæi secundi ex Blithilde filium, fratrem habuisse Theodericũ, ob Ebroymi maioris domus tyrannidem necatum ab Austrasijs: cuius filius Ottobertus populi minas ac insidias declinans, ultra Rhenum in Germaniam abierit, & Gunczonis Sueuorum ducis eorum finium filiam à S. Gallo dęmonio liberatam, coniugio sibi copulârit: ac reductus à Lothario secundo, agrum inter Iuram & Vosagum montes

30 impetrârit: in cuius faucibus, & ijs anfractib. qui in pœnitiorem Galliam, Lugdunensem uidelicet ducunt, arces condiderit Habensburg & Altperg, ubi S. Romaricus paulo antè generis quoque Habsburgen. heremitam egerat. A' qua coniectura etsi non recesserit Ioannes Auentinus, non ignobilis historiarum Boiariæ scriptor: tamen plerisque atque uetustioribus familię alumnis prætermissis, ab Hugoberto abbate deriuare Au-

Opinio Ioãnis Auentini.

striades

ſtriades conatur, de quo nominatim Rhegino Prumienſis ſcriptum reliquit, cum de anno loquitur 859: Lotharius Imp. Hugoberto abbati ducatum inter Iuram & môntem Iouis commiſit, eo quòd tunc fideliſsimus putaretur, utpote affinitate coniunctus propter ſororẽ Thietpergam. De quo plura lege apud Ottonem Friſingen. libro Chron. ſexto, capite ſecundo. Quæ etſi à uerò non abludat opinio, quòd ſcilicet dubium non ſit, Hugobertum abbatem, cui ducatum Iuræ montis auitum & generi ſuo debitum Lotharius Imp. Ludouici 10 pij filius commiſerat, de ſtirpe inclyta Habensburgenſi defluxiſſe: tamen nec authorem gentis fuiſſe, & plures ante ipſum & cognomine Habſpurgen. & in finibus Iuræ montis claruiſſe, ea diplomata teſtantur, quæ in S. Trudberto & Paterniaco cœnobijs ſuperſunt. Huic ſuccedit coniectura paulo intricatior Gebulheri, ſuperiorum annorum antiquarij diligentiſsimi, qui uetuſtas duas proſapias confundens, in diuæ Otiliæ ſtemmate primordia Habſpurgen. quæſiuit: tradens nominatim Childerichum Francorum regem (etſi fundatio E- 20 bershayměſis cœnobij, Theoderici meminerit) Atticoni cuidam domus maiori, ut uocabant, Aulæ præfecto, Leuterici filio, ducatum Alemaniæ cum pago Edelſaſſiæ conceſsiſſe, eoque toto agro qui à Voſago & Romarico montibus ad Rheni ripas protenditur: factámque donationem iſtam circa annum 666. Atque ab hoc porrò defluxiſſe illos qui Landgrauij Alſatiæ poſterius appellati fuêre: quo titulo Habsburgenſes primi & Annalibus & diplomatibus celebrantur. Quod quoniã cum uerò coniunctum eſt, negari tamen nec illud poteſt, di- 30 uam Otiliam Atticonis filiam extitiſſe: atque ex hoc pariter proceſsiſſe Adalbertũ, qui Ebershaymunſter cœnobiũ poſuerat, quondam à primis Rheni apoſtolis S. Materno & Valerio cœptum, & Nouietenſe appellatũ: auſpicatum rurſus à Dagoberto huius nominis primo Auſtraſię rege, Argentoracen. ſedis ac Vueiſſenburgen. præpoſituræ authore: & ab apro, Sigeberti filij interfectore,

Opinio Gebulheri.

ctore, quem beatus Arbogastes primus Argentinen. pręsul ad uitam reuocauerat, Ebershaymunster nuncupatum: fuisseque fratres Adalberto duci, ex Berschuuinda matre, S. Leodegarij episcopi propinqua, Hugoné, Hettonem, Battaconem: sorores uerò, Otiliam, de qua diximus, & Roschuuyndam. Adalbertum quoque, cum à patre Attico ob suspicionem nescio quam posterius occisus fuisset (quem filia Otilia precibus & continuis lachrymis, pœnis liberasse dicitur) reliquisse post se libe-
10 ros, Masonem Burgundiæ regem, autorem Vestalium cœnobij in Sundoguia Masmunster: Eberhardum ducem Alemaniæ, qui Murbacense illud opulentum Alsatiæ cœnobium auspicatus erat: & Luydfridum comitem, à quo is Habsburgensium genus deriuare contendit, hac nimirum usus ratione, quòd Hiltrudem, unicam relictam filiam Otberti comitis Habensburgensis in Romarico monte, cônubio cum sibi iunxisset, ex eáque nullam prolem ferret, patrui Adalberti filios adoptasset, Ottobertum, Hugobertum, Theobaldum &
20 Eberhardum. extitisse uerò Adalbertum istum, nepotem Hettonis: quem dictum est Attici quoque ducis filium fuisse: Adalberti ducis, fundatoris Ebershaymensis monasterij in insula Rheni prope Seledstadium, & sanctæ Otiliæ fratrem. Hugonem præterea, Hettonis germanum, ex Ermentrude quadam Bleonem & Bodalum genuisse: unde Bleonuuiler & Bodelshaym, nota Alsatię loca, noméclaturas retinent: ueluti ab Hettone Hettenhaym, ab Otberto Otbrechstall, & ab Hugone Hugeshouen. Hæc etsi omnia ueritati consona fa-
30 cilè credam, nihil tamen certi constare arbitror, neque de adoptione ista, neque de deuolutione prædiorum ad Hugonis filios (de quibus deinceps sermonem instituimus) Hugobrechtum abbatem, & Bernhardum comitem Alsatiæ, siue Eginonem primum comitem in Egineshaym: quorum sororem Thietbergam Lotharius, regis Caroli Magni pronepos, uxorem duxerat: & sororio suo Hugobrechto, abbati puta fundationis paternæ

in Hugeshouen, ducatũ Iuræ montis restituerat, ut Rhegino etiam in anni supputatione 858. & Otto Frisin. lib. 6. Chron. cap. 2. meminêre. Bernhardum quoq; comitẽ à Carolo Lotharij Imp. fratre bello petitum, & uictum fuisse: Hugobrechtum deniq; abbatem, cum Lothario regi bellum fecisset, quòd repudiata sorore Thietberga; Vualdradam Guntheri Coloniensis episcopi germanã superinduxisset, à Chunrado comite per insidias occisum fuisse: quam historiã plurib. uerbis Otto Frisin. enarrat. Sunt uerò fortaßis rationes quædã, neq; omnino absurdę, quib. fulcire Gebulherus suã uisus est coniecturã. primũ omnium, quòd Hugobrechtus ex abbate dux Transiuranus Hugonẽ genuisset, itidem ex abbate Hugeshouen cœnobij in Vuilertall, ducẽ Iuræ montis: atq; is rursus Chunradũ Burgundię comitẽ reliquisset, quẽ uulgus annaliũ à Stratlingen nominat: cuius filius ex Ermentrude Luitfridi comitis Habenspurgen. authoris S. Trudberti monasterij in Nigra sylua, nata, Rudolphus, cum ditionẽ extendisset, regiũ primus honorẽ sumpserat. ut de anno 888 Rhegino adnotasse uidetur, hisce uerbis: Per idem tempus Rudolphus filius Chũradi, nepos Hugonis abbatis, prouinciã inter Iurã & alpes Pœninas occupat: apud S. Mauriciũ, adscitis sibi quibusdã primorib. & nonnullis sacerdotib. coronã sibi imposuit, regéq; se appellari iussit, &c. Deinde uerò imposuisse quoq; Gebulhero poterat, quòd ita duas familias cõiũxerit, quòd Battaconem legisset, diuæ Otiliæ fratruelẽ, & Hettonis germanũ, qui quartus Attici filiorũ extiterat, natũ suscepisse Beronẽ, autorẽ Lympurgensis monasterij, & arcis Bernstayn. hunc rursus progenuisse Albertũ & Hugonẽ, sepultos in Hugeshouẽ: quorũ Hugo cognomento Magnus, à proceritate uidelicet corporis, arcem Hugeshouẽ primus in cœnobiũ conuerterat, Hugobrechto filio, quẽ diximus, ducatũ Trãsiuranũ recuperasse, abbate designato: alter aũt Albertus, in ualle proxima gubernasset, ab Ottberto Habsburg. comite nimirũ Ottbrechtstall nũcupata, quã hodie corruptè Obbrechstall uocãt.

De familia Hugoberti Abbatis.

Hæc

Hæc intricata omnia cum ſint, dubio inſuper non carent, an Habsburgenſis generis omnes hi fuerint, an ſanguinis uinculo Habsburgen. iuncti, an denique per adoptionem inſerti, eas ditiones cõpararint quas Habsburgenſium obſequio imbutas fuiſſe conſtat: Valles uidelicet quæ à Rheno in Lotharingiam ac Burgundiam ducunt, hodie à Sequanis pop. Toldo flumine, monaſterio monachorum S. Gregorij, Lebo flu. uillis antiquis, Otberto & Echehardo poſſeſſoribus, paſsim nominan-
10 tur nobis Germanis Sundgew/ Toldertall/ Münſtertall/ Lebertall/ Wilertall/ Otbrechstall/ & Ekhertall. Qua de re diligenti à nobis habita inquiſitione, tot peregrinationibus ſuſceptis, tot euolutis annalibus & literis perſpectis, quod ſit noſtrum de his omnibus iudicium atq; ſententia, candidũ Lectorem non celabo, exorſus ab Auſtraſiæ regno, in quo claruiſſe Habsburgen. principes: atque à cuius regum poſteritate deſcendiſſe, qui modò Auſtriæ archiduces dicuntur, à columnis Herculis uſq; ad Græcorum & Sarmatarum fines, Italiámque & Allobroges rerum potiti, omnibus fermè quorũ
20 coniecturas adduximus, conuenire uidetur.

CAPVT SECVNDVM: DE AVSTRASIÆ REGNO, QUOD AUSTRIA ITEM, & LOTHARICUM, À CHRONOGRAPHIS PAſSIM UOCATUR.

POSTEAQVAM Romanis pulſis à Chlodouæo ſiue Lytauicho magno, Franci rerum ultra Rhenum paulatim in Gallijs (quibus multis retroactis ſeculis inhiauerant) potiri cœpiſſent: deuictiſque primò quidem Burgundionibus, eo-
30 rumque regibus Gotomaro & Gotogiſclo profligatis, Sigiſmundoque quem Sanctum nominant, interfecto: deinde uerò Alemannis & Boiarijs ad Tolbiacum fuſis, uires acquiſiuiſſent: Siagrium præterea Egidij filiũ, qui cum Romano præſidio interiora Galliæ aliquot annis tuebatur, caſtris exuiſſent: ſuſcepta poſtremò Chriſti religione, S. Remigij auſpicio, Aureliani cuiuſdã Romani opera promotis limitibus, totam penè Galliam

occupassent, amplissimarum iam ditionum dominato res effecti, cum præsertim Chlodouæus, cui hæc primũ omniũ Rhamnusiæ dona contigerant, ex Chrotehilde Burgunda multos filios procreasset: Romanã scilicet imitati administrationẽ, cui successerant, & in qua ab Anastasio Imp. cõfirmati fuerãt (ut præter Turonensem, Iuris etiã Ciuilis leges testantur) de limite tuẽdo, & sese à uicinis populis uindicandis rationes inierũt. Et quoniã latè gentis ditio patebat, hinc quidẽ à Ligeri & Arari ad Rhenũ, illinc uerò à Rhodano & Sequana ad Oceanũ 10 & mare Britannicũ, in duas coacti diœceses dominium omne subdiuisere: partẽ quidẽ Rheno adiacẽtem inter Mosam, Mosellamq; & Illum amnes, sermone gentilitio Ostẽrich, id est regnũ oriẽtale nominarũt: & quę uersus mediterranea in interiora Galliæ deflectebat, Burgundosq; in Lugdunẽsi, & Romanos in Narbonẽsi parteq; Aquitanię cõtingebat, Vuestrich, hoc est regnũ occidẽtale appellauere. Quas uoces illorũ sacerdotes, ex Rom. posteritate profecti, in Latinã uertentes desinentiã, Austriã & Austrasiã, Vuestrasiã & Neustriã scribebãt. Quę 20 nimirũ uoces, in Chronographis illorũ seculorũ subinde occurrunt, cum Francorũ in Gallijs regna cõmemorãt. Sic Rhegino Prumiẽsis monachus, qui sub Ottonib. annales scripsit: Dagobertus, inqt, Metis ueniens, in cõsilio pontificũ & procerũ filiũ suum Sigebertũ in regno Austriæ sublimat. Sequẽti anno ei filius natus est, cui regnũ Neustriacũ atq; Burgũdię dandũ post suũ discessũ nominauit. Et Otto Frisingen. (quẽ sub Friderícho primo lucubrasse cõstat) lib. Chronic. 5. cap. 20. Pipinus & Carolomãnus primò in Aquitania cõtra Hunaldũ eius 30 prouinciæ ducẽ, procinctum mouent, captoq; castello quod Lucas dicitur, in loco qui Vetus Pictauis uocatur, regnũ diuidunt, Carolomanno Alemaniam & Thuringiã, Pipino uerò Burgundiã & Neustriã sortito. Fuit igitur tum Austria, à Vosago & Iura montib. ad Rhenum extentũ, tantum ueteris Gallię agri, quantũ hodie Alsatia, Sundgouia, Landuogtia Hagenouien. palatinatus ad Saram

Austriæ uocis origo.

Austria prima ad Rhenum.

Saram flu. ducatus Luczelburgensis, Lymburgēsis, principatus Hunczruckensis, cum propinquis comitatibus, Nassouiensi, Veldensi, Salmensi, Biczensi, Leyningensi, Manderschied, & Arnburg, Treuerensi deniq;, Metensi, Borbetomagen. Moguntina, Spirensiq; & Argentoracēsi diœcesibus cōplectitur. Vbi adhuc, ueteris nominis umbram is retinet ager qui Sara & Mosella includitur, denso nemore Arduēnę cōsitus, uulgò & corruptè das Pestrich & Vastum regnū nominatus. Habebat autem

10 Austria illa Gallica duas pręcipuè metropoles, quib. reges eorumq; passim duces consulebāt, Metensiū Augustam, & Borbetomagū, quam hodie Bormatiā uocant: quib. locis & Episcopales huius Austrię reges constituisse liquet. Quamuis interdū & Coloniā regiam extitisse inueniatur, cū posteriorib. seculis Austria in Vbios esset & Belgas dilatata, arce his finib. Tolbiaco cōstituta: unde iura dedisse Austrię, de quibus loquimur, reges legimus. Qui terrę tractus, cū posterius Ludouicho Pio Caroli magni filio extincto, in diuisione, cū Italia & Imperio, Lothario maiori natu cessisset, noua iam Austria Caroli magni auspicio, in finib. Pannonię & Norici excitata, ueteri paulatim nomine abolito, Latharici regni appellationem sortitus erat, uulgò Lotreich. Cuius adhuc titulum Philippus Caroli V. filius, qui Belgiū possidet, usurpat. Fuit autem Lotharicum illud, amplior multo prouincia, quàm hodie est Lotharingia: ut quæ Caroli magni stemmate deficiente secta à reliquo corpore, sola nomenclaturam ueterem retinuerat, Gisaberto duce, qui Henrici Imperatoris hoc nomine primi filiā, nomine Gerburgim, Ottonis Imp. magni sororem, duxerat uxorem: & eam Imperij beneficio prouinciā, à socero susceperat: quam paulo antè, Czuentenbaldo Arnolphi Cęsaris filio notho occiso, comites quidam inter se diuiserant. Atque illa etiam Lotharingia latius quàm nostra patebat, ut quæ in superiorem & inferiorem diuidebatur: complectebaturque superior hodiernum Lotharingię ducatum, episcopatum Leodiensem, cum

Austria secunda ad Danubium. Vide inf. fol. 44.

Lotharicum regnum.

Lotharingia.

Lotharingia duplex.

(margin line numbers: 20, 30)

Arduennæ,Luczelburgenſi ac Lymburgen.principati
bus:quibus nimirum finibus ante ſecula aliquot, & Mo
ſellanus ducatus, & poſtea Palatinatus ad Sarã, Hundſ-
ruckenſisq; ditio celebrabantur. Inferior uerò Hasba-
niam,Brabantiã ac Iuliacenſem Geldrenſemq; comita-
tus,nunc uerò ducatus,ut etiamnũ diſtincti ſunt,cõtine
bat.Quibus pariter finib. ante ſecula,Boloniæ ducatus,
& Louanienſis comitatus,ad famã uenerant. Quorum
uetuſtior hic,cùm Auſtraſię, tum Lotharici regni inſi-
gne uſurpabat:hoc eſt,albam ſectionẽ in rubro clypeo. 10
quod fato quodam poſteriorib. annis, Auſtriæ Panno-
nicæ pictum fuit, atq; ab Imperatorib.conceſſum. Cu-
ius ſtirpis Reginherus, extincto ſub Ottone ſecũdo Gi-
ſalberto,de quo dictum eſt,Henrici Cęſaris genero,pul
ſisq; Arnoldo & Garnæo,partem orientalẽ ueteris Lo-
tharici regni,ubi hodie eſt Peſtrich ſiue Vaſtum regnũ,
cũ ditione Luczelburgenſi ac Brabantiæ agro,Imperij
beneficio acceperat.Interiorem autẽ,ubi noſtra eſt Lo-
tharingia,Hugonis Imp.Lotharij ex Vualdrada concu-
bina,Guntheri Colon.præſulis ſorore, quam diximus, 20
Thyetberga Habſpurgen.dimiſſa,ſuperinduxiſſe, poſte
ritas,ſiue(ut alij uolunt)Caroli Simplicis ſeu Poſthumi
ſucceſsio obtinuerat. Quippe Hugone Giſalberti filio
pulſo,Caroli Simplicis ſoboles tantillum agri in fide re-
tinuerat,quantũ hodie Lotharingiæ ducatus cõplecti-
tur, ubi Gallicũ eſt ſecus utramq; Moſæ ripam idioma:
à quo nimirum deſcendunt,qui hodie duces de Loray-
no & Domini à Guuiſa apud Gallos dicuntur, quos ab
Euſtachio quodam alij deriuare contendunt. Factum
eſt igitur tot ſectionib. Lotharici regni ſiue ueteris Au- 30
ſtraſiæ,ut Lotharicos ſe quidem duces, aliquandiu Lo-
uanienſes nominarent,qui tractum Arduennæ & Haſ-
baniæ,cum parte Brabantiæ habebant. Qui uerò ua-
ſtum quod dicitur regnum,& Vueſtrichiam,ſiue(ut ho
die nuncupatur)Peſtrichiam ad Saram & Moſellã am-
nes,imperij beneficio poſſederant, Moſellani duces ap-
pellabantur. Henricus quippe Boiorum dux, Ottonis
primi

Comitatus Louanienſis.

Diuerſi duces in Auſtraſiæ regno deſerto, Lotharici, Lotharingiæ, Arduennæ, Hasbaniæ, Moſellani & Palatini.

primi frater, filios ex Iuditha, Arnoldi quondam Boiariæ principis nata tulerat: Henricũ Boiorum ducem cognomento Heczel, Henrici ſecundi Imperatoris genitorem: & Friderichũ Rheni palatinum, cui Otto ſecũdus ad Moſellam amnem ducatũ diſtinxerat: cuius fratres reliqui, Theodericus Metenſem, & Adalbero Treueren. epiſcopatus gubernabant: & cuius nata, ſecundum quoſdam, Kunegundis, Henrico Claudo Boiorum duci propinquo ſuo, nupſerat: qui poſtea uocatus ad faſces
10 Imperij, ſecundi nomẽ adſciuerat: cum filiarũ altera Irmengardis, Vuelphoni ſecundo comiti Altdorfenſi cõiuncta quoq; fuiſſet. Quo tempore Otto quiſpiã, filius Caroli, quẽ diximus à Carolo Simplice deſcendiſſe, Lotharingiæ princi,is, Arduennæ dux extiterat, accipiente iam & Lotharingia recentiore ſectionem: & Ottonis ſupradicti nepos, ex Gotofrido filio, Gotofridus ſimiliter, dux Arduennæ, ut diximus, in Eburonibus, hoc eſt Sueuorum poſteritate, ab Henrico Claudo Imp. confirmatur, nouis tum duobus ducatib. intractu ueteris Au-
20 ſtraſiæ, Imperij beneficio conſtitutis, Arduennę & Moſellano, atq; utrique leonis inſigni adiecto, quod Habſburgenſes iampridem Francorũ regum beneficio, cum cœleſtini coloris corona, Burgundiæ principum ac regum propinquorum ſuorum decore habuerant. In quorum quidem illo ſucceſsiſſe ordine comperiuntur, poſt Ambertum, qui ex Symphoriana Caroli magni Imperatoris germana Adelricum tulerat, Adelhardum, Adelrici filium: eiuſque rurſus natum Robertum, quem Arnolfus Cæſar pepulerat, Zuuentenbal-
30 do filio ſurrogato: Reynherium, reſtitutum in paternam ditionem, anno 915: Giſalbertum Henrici primi Imperat. generum, quem Otho primus bello petierat: Richimerum, Giſalberti fratrem: Othonem, filium Giſalberti, Hermannum & Sigefridum: Gotofridus inquam à Chunrado Saliquo inueſtitutus, Richimeri filius, & Giſalberti ducis ex fratre nepos, & Hermãno ſubrogatus. Quo tempore Alſatia à Lotharingia reſecta,

Habsburgenſiũ inſigne.

Arduennæ duces.

Hi in Echternacenſi cœnobio commemorantur, circa annũ 960 & 980.

Alsatia olim pars Lotharingiæ. resecta, non minus quàm Arduennæ & Brabantiæ ducatus, peculiari nomine dignitateq; Landgrauiatus primò Egeneshaymensibus, deinde & Habsburgi comitibus propinquis committitur: à quorum illis Flandriæ comites, ab his uerò Burgundiæ reges posteriores Zaringiæ & Deccenses duces, Austriæque archiduces recto tramite defluxerũt. Atqui Gotofridus, de quo loquimur, à Chunrado Imp. secundo, in ducatu confirmatus, ob fines cum uicinis bello decertans, primò quidẽ Lambertum Louaniensem comitem, qui à Carolo Hasbaniæ quondam duce, non minus quàm Salmenses comites generis originem repetebat, in acie occidit: Reginherum uerò Hannoniæ principem, & Gothelonem Mosellanum ducem, nec non (qui ius acquisitum successionis prætendebant) Sigaricum & Theodericũ Salmenses comites, auita ditione pulsos exuit. Idcircò bello petitus ab Henricho secundo, cognomento Claudo, Rom. imperatore, cum & Henricho sororio, utpote Friderici Palatini filio infestus esset, in ordinem redigitur, nouis limitibus distinctis, principatibusque designatis: Lotharingiæ uidelicet, Brabantino, Arduennæ, Mosellano, & nouo inter Saram, Rhenum, Naumque amnes constituto Rom. Imperij palatinatu. In quorum primo quidẽ *Duces Lotharingiæ primi.* Theodericũ Gotofridi, de quo dictum est, belli studijs clariss. principis filium confirmauit, inter Mosam uidelicet, Vosagum & Romaricum montem, agro distincto. Quem isthic secuti sunt Theodericus secundus Rapatonis Habsburgen. principis ex Itha Theoderici prioris filius: & eo pulso, Salmenses aliquot comites, qui iampridem in Lotharingię finibus rerum potiti fuerant, ab anno Domini uidelicet DC. Carolus, qui ex Dorothea Habsburgen. Ottoberti secundi filia Carolum Hasbaniæ principem: & is Henrichum: qui rursus ex Itha, Adelrici Arduennæ ducis filia, Fridericum & Henrichũ progenuit, circiter annum à Christo nato 781. quos ordine secuti sunt, post Gisalbertum Henrichi primi Imp. generum, profligatum unà cum filijs, Lotharius Caroli Sim-

li Simplicis Franciæ regis pronepos: Carolus siue frater siue filius, Hugone Cusalberti filio profligato, ab Ottone tertio inuestitus: Otto filius Caroli, qui cum Gothelone altero Lotharico principe ad Mosellam amnẽ bello decertans, primò Tullum, Burum, & Leucorum urbem, & postea etiã caput in acie uictus amisit: quod Gothelo Chunrado Saliquo in Italiam transmisisse dicitur. Qui diuiso rursus ducatu, partem Septentrionalẽ comitibus Louaniensibus, unde Brabantiæ duces de-
10 fluxêre: in Austrum uerò uergentem secus Vosagum & Iuram montes, comitibus Salmensibus commisit. In qua gente primò titulotenus Lotharingię principes floruêre, ab anno salutis octingentesimo, usque ad Henrichi quarti imperium: Henrichus secundus Sadigerus, Fridericus, Henrichus tertius, Rheynbaldus: qui ex Itha quidem Caroli Hasbaniæ principis nata reliquerat Carolum & Reginherum Louanienses comites: ex Berchta uerò Habsburgensi Sigarichum in Salmensi ditione successorem, cuius filius nimirum ex Berchta Verdu-
20 nensi, Theodericus hoc nomine in stirpe tertius, circa annum millesimũ: ex altera Berchta comitissa à Blancimont, filios duos procreauerat, Henrichum Salmensem comitem, & Carolum, quem dictum est profligato Theoderico Habsburgensi, Rapatonis Ergouiæ comitis nato, Lotharingiam totam sibi subiecisse, anno currente à salute relata millesimo & centesimo. Quos obiter secutos animaduerti, ex Louaniensium comitũ genere in ducatu quidem Lotharico Vilhelmum & Henrichum: quorum hic, cum militem strenuũ contra Sar-
30 racenos egisset, occisis quinque regibus illorum, & deletis exercitibus, Tyresiam, Alphonsi Portugalliæ regis filiam uxorem: & mortuo socero, regnum Lusitanum uniuersum impetrauit, unde nimirum Portugalliæ hodierni reges rectà deriuantur: ille uerò, hoc est Vilhelmus ex Allida Vilhelmi comitis à Iuliers nata, circa annum Domini 1120 reliquos post se nouæ Lotharingiæ duces reliquit. qui ordine sibi inuicem succedentes,

Portugalliæ rẽgum origo.

Catalogus ducum Lotharingiæ.

e com-

commemorantur magna ex parte apud Nancetũ conditi: Theodericus quartus, Theobaldus, Fridericus secundus, Matthęus, Fridericus tertius, Matthęus secũdus, Fridericus quartus, Theobaldus secũdus, Fridericus V. Rudolphus, Ioannes & Carolus. cuius unicam filiam, cum Lotharingiæ ducatu, Renatus Ludouici Andegauen. comitis filius, uxorem accepit, Apuliæ pariter rex salutatus. Cuius nepos Nicolaus cum sine liberis decederet, Friderico comiti de Vadimonte propinquo, & de Carolo quoq; Simplici descendente Lotharingiam reliquit, à quib. hodierni Lotharingiæ principes & domini à Guuisa defluxisse dignoscuntur. Cæterùm Caroli ducis Lotharingiæ, quem diximus Theodericũ Habsburgen. profligasse, fratrem Henrichum in Salmensi comitatu & finibus Vosagi montis secuti sunt ordine: Otho, inter testes ab Henricho V. imp. nempe Fridericum comitem Montis Belgardi, Folmarũ comitem ab Hunenberg, Gotofridũ comitem de Nurenberg, alіósque adductus: Richardus, qui comitatum Blancimontis auitæ ditioni adiecerat, & ex Mechtilde Hugonis comitis de Vadimonte nata Henrichũ VII procreauit: & is ex Maria filia Henrici comitis Luczelburg. Henrichũ VIII: ille præterea ex Iuditha filia Matthæi ducis Lotharingię Henrichũ nonũ genuit, circa annum à nato Christo 1235. Cui per secula ordine successerũt, Henrichus X. in cœnobio Frãciscanorũ in Kremsio Austrię sepultus, ac habitu ducali depictus, anno 1271: Henrichus undecimus, qui Martialibus ludis interfuisse legitur apud Ingelheym celebratis anno 1337: Ioannes, Nicolaus, Ioannes secundus, Symon, Ioannes III. Ioannes IIII. Ioan. V. Ioannes VI. septimus, octauus: Nicolaus secundus, à cuius filijs, Ioanne quidem hodierni Salmenses comites in finibus Lotharingiæ, à Nicolao uerò (qui belli studijs Maximiliano Cæsari probatus fuerat) Salmenses in Austria comites, domini à Greyczenstayn, Marheck & Ort, ritè descendere dignoscuntur. Et hactenus quidem de Lotharingiæ principibus, quos diximus occiduam

occiduam Austrasiæ regni partem, cum desolatum illud sensim in alienas & ditiones & nomina abiuisset, Imperij beneficio accepisse. Quibus recto ordine iunguntur, non ditionis solùm propinquitate, uerùm sanguinis etiam uinculo contigui, Arduennæ & Boloniæ duces, qui & Hasbaniæ principes uocabantur, quique nemorosam Austrasiæ quondam regni partem, in Arctum & Orientem deflexam gubernabant: ubi hodie sunt comitatus & ditiones ad Mosellam & agrum Treuerensem extentæ, Marcimont, Frondimõt, Neufchatell, siue nouum Castrum, S. Hugobertus, Riferschayd, Nassouiensis, Luczelburgensis & Lymburgensis ditiones. In quo quidem perantiquo ducatu, multo antè quàm uel Lymburgi uel Luczenburgi Nassouiæque uoces auditæ fuêre, Annalibus uetustis celebrantur: Othelus quispiam, cuius filiam Matrimam, Carolus sibi dicitur Salmensis comes coniunxisse circa annum à nato Christo sexcentesimum. Post quem, siue ante hunc (incertum) in peruetustis sanctorum Calendarijs recensentur Ferreolus, Venantius, Vuendelinus, Thyotarus, Gangolphus, Ansbertus: & sexus imbecillioris Rhemhildis, Pharahildis, Begga, Amelberga, & Gudula abbatissa Brixellensis. Post quæ tempora, credo seculo elapso, (ut de Ansegiso, Arnolpho, Pipino, cæterisque eius generis in Austrasia, ac ijs de quibus loquimur finibus, principibus sileam) orbi præclarè gestis rebus innotuit Carolus quispiam Arduennæ dux, Hasbaniæ quoque & Tuncrensis princeps nuncupatus, cuius filiam Itham Rheynbaldus Salmensis comes in coniugio habuerat. Quem secutus est circa annum Domini DCCLXXII, Adelrichus, cuius filiam Itham Henricus Salmensis comes sibi copulàuerat: filijs post se relictis, Lothario, Carolo & Reginhero. Qui Ottone secundo imperante, profligatis Arnoldo & Garneo, Hugone quoque Gisalberti quondam Lotharici ducis filio extincto, hanc Lothariæ siue Lotharici principatus partem, à reliquo corpore resectam, authoritate etiam Imperato-

Catalogus ducum Arduennæ & Boloniæ.

peratoris uendicauerat,Lamberto filio relicto: qui occupato Louanienſi comitatu, cum Lotharingiam illam quoque ſiue Arduennæ ducatũ affectaret abſque Cæſaris authoritate, Chunradi quidem ſecundi cognomento Saliqui primùm, qui Gothiloni Gotofridi filio fauerat, deinde uerò etiam Henrici ſecundi, qui Henricum Rheni palatinum & Moſellanum ducem imponere conabatur, bello petitus, cum Reginhero Hanno nienſi comite & Baldericho Leodienſi præſule, aduerſus Henricum ſecundum Imperatorem ex cognomento Claudum, conſpirauit: occiſus poſtremò à Gotofrido comite, Othonis Lotharingiæ ducis filio, quem à Carolo Simplice deſcẽdentem, ab Ottone ſecundo inauguratum ſuprà dictum eſt. Retinuerat tamen partem auitæ ditionis Henricus filius: & ex duabus uxoribus, Gerburge Brabantina, Gotofridum Barbatum ſecundum Brabantiæ ducem, & Ida Arduennæ uetuſtioris generis duciſſa, Henricum Gozilonem & Vuilhelmum, Arduennæ & Boloniæ duces procreauit. Quos ſecutus eſt Otho, qui ab Henrico tertio proſcriptus, unà cum Gotofrido Moſellano duce, deſignato iam ſucceſſore Friderico palatino, qui Henrici, ſororij ſancti Henrici Cæſaris, filius extiterat. Filios tamen in auita ditione reliquit Theobaldum & Gotofridum ſecundum: quorum hic profligato Friderico Moſellano ſiue palatino Rheni, quem Henricus tertius in ducem Arduennæ inueſtiuerat, cum liberos non progigneret, Euſtachium comitem generum ſuum adoptauit, ne in iura Moſellanorum principum paternæ ditiones deuoluerentur. Qui aliquandiu cum Hermanno, eiusque filio Chunrado decertans, quos Imperator Henricus tertius contra ſe Arduennæ duces deſignauerat: ad poſtremum his uictis, partem duntaxat uetuſtioris ditionis in fide retinuerat, Brabantino ſenſim ac Lymburgi in Hasbania & Louanienſi Lotharingiæq; ad Moſæ fontes nouis ditionibus, ad famam uenientibus: Arduennæq; nomine auito paulatim abolito, Lotharingiæ ſe ac Bulonienſem

Euſtachius Lotharingus.

niensem principem nominabat, cum uix comitatū Boloniç cū agro uicino (ubi sunt Marcimont, Frondimōt & Neuschatell) obsequio imbutum haberet, prognato ex nescio qua coniuge Gotofrido cognomento Gibboso. Cuius filij in paterna ditione succedentes, Balduinus, Eustachius secundus, & Gotofridus quintus hoc nomine, cum lares patrij non sufficerent, cum Christianis copijs, Henricho quarto imperāte, in Asiam traiecēre: recuperataq; terra sancta, & his agris ubi Seruator quōdā noster, & eius discipuli Apostoli cōuersabantur, primus hic Hierosolymorum rex salutatus fuit, Balduino fratre Antiochiæ principe designato: qui & fratri postea in regno sancto successerat, ad Flandriæ quoq; comitatum uocatus. Cuius filius Adolphus generis postremus in Flandriæ gubernatione, cum sine liberis uitā cum morte cōmutasset, in ditionib. paternis successores habuit, Boloniēsi quidē ducatu Henricū comitē Lympurgensi Mosellanici generis: in Flandria uerò Robertū cognomēto Hierosolymitanū habuit successorē, eū uidelicet qui Roberti cognomento Frisij ex Theoderici comitis de Arnsperg & Vuesterlād nata, relicta Florētij Holandini filius extiterat, in bello à Roberto Galliç rege capti. cuius sorores, Adela Daniæ regina, mater Caroli regis: Gerdrudis, à Louaniēsi comite uiduata, Theoderico comiti ab Egesheym Alsatiæ landgrauio cōiuncta: tertia sine nomine, Rogerio Siciliç regi despōsata fuerat. Atq; is ipse Robertus, etsi ex Clemētia Burgundiç ducis nata Balduinū octauū Flandriç principē genuisset: tamen in Anglicano bello, interfecto Balduino, alius atq; alius in Flandriç comitatu surrogātur: ab Imperio quidē Theodericus comes ab Egesheym Alsatiç landgrauius, stirpis Habsburgensis, qui Balduini sororius fuerat: à regno uerò Franciç Vilhelmus Nordmaniç princeps, de quib. & eorū successione alterius est ocij scribere. Itaq; ut concludamus, de Arduennæ, siue Hasbaniæ aut Boloniæ etiā ducatu, quē Gotofridū Hierosolymitanū regē uendidisse diximus, filijs in Asiam & Flandriam translatis:

Gotofridus Bulonienfis primus rex Hierosolymorum.

Flandriæ comites.

residuam sanè constat ditionem, Leodiensi episcopatui ab austro & ortu contiguam, ubi postea comites Arnsbergij, Nassouiensis, Vianden. de Meers & Luczelburg Imperij beneficio gubernacula adierunt, Henrico Lympurgensi comiti ab Henrico quarto iure homagij concessam, cum titulo Lotharici & Arduennæ ducis: apud quem idem quoque Imperator insignibus Imperij apud Moguncia cum à filio Henrico quinto spoliatus, in exilio latuerat. Cui sine liberis mortuo, Henricus postea quintus Gotofridum Louaniensem comitem, à uetustioribus Arduennæ principibus descendentem, substituit. Cuius filij, Henricus, occupato Aquisgrano cum Henrico quinto rebellasset, ductus pœnitentia, siue potius à dæmonio seductus, monasten in Gorczia professus erat: & Chunradus in ducem Carinthiæ ab Imperatore inauguratus fuit: de quorum genealogia suo loco dicetur. Sic igitur Hasbaniæ & Arduennæ ducum successione paulatim decrescente, propinqui & sanguine & finibus, gloriam omnem ac summam rerum ad se traxêre Brabantiæ & Mosellani duces. Quorum hi orientalem Austrasiæ siue Austriæ partem, illi septentrionalem & occiduam, in uerba accepere. In quorum illa Chronographis celebrantur, inter Mosellam, Saram, Naonem & Rhenum amnes, ubi hodie est Ayflia, Maienfeld, ager Hunczruckensis, Alczheymer: cum comitatibus sensim ibi surgentibus, Spanheymensi, Veldensi, Zuuayenpruck, Symrensi, Luczlstaynensi, Biczensi, Manderschyden. & Leyningensi, & Virnebergensi, cæterisque adiacentibus. Chunradus cum filio Gebhardo, quòd in interfectores Czuuentenbaldi Lotharico regno ab Arnulpho imp. patre præfecti constituti, uindicasset, nempe Gerhardum Stephanum & Mechifridum: à Ludouico Cæsare, Arnolphi imperatoris altero filiorum, tractu Mosellano primùm omnium donati leguntur. Hermannus ex duabus uxoribus, Gerburgi Burgunda, & Heduige Hannoniensi, genuit

Comites Lympurgenses.

Comites Louanienses.

Catalogus ducum Mosellanorum.

genuit Henricum & Fridericum, primos comites Lymburgenſes: & Giſelam, quæ primùm Erneſto Sueuiæ duci, Leopoldi marchionis orientalis in Auſtria Pannonica germano, & de Babenbergæ comitibus deſcendẽti: deinde Chunrado quoq; hoc nomine ſecundo imperatori cognomento Saliquo, nupſit. De cuius generis nobilitate ac laudibus multa Otto Friſingen. lib. Chronic. ſexto, capite decimoquinto. Cuius quidem fratres Henrichus & Friderichus, pulſi à Theoderico quodam, ali-
10 quandiu in Lymburgenſi comitatu latuerũt. Poſtea uerò mortuo Theoderico ſine maſcula prole, Fridericus Lymburgen. à Chunrado Saliquo in ducatum Moſellanum admittitur. Ac Theoderici quidem filiam Gerdrudim Henricus cognomento Heczl ſiue Rixoſus, Boiorum dux, nepos Ottonis imperatoris primi ex fratre, in matrimonio habuit, nouercam Henrici Imperatoris hoc nomine ſecundi: quæ ſecundis nuptijs Vuilhelmo Burgundiæ principi iuncta fuit. Friderici uerò Lymburgen. Moſellani quoque ducis fi-
20 liam Kunegunden, Henricus Boiorum dux, & poſtea imperator, cognomento Claudus, qui in numerum Sanctorum relatus eſt, connubio ſibi copulauit. Cuius patruus Imperator, Theoderico Metenſem, Adalberoni Treuerenſem epiſcopatus: fratri uerò germano Henricho nomine, præter Moſellanum ducatum, etiã Rheni palatinatum contulit. Cuius filij Henrichus & Hermannus, primi Brabantiæ duces fuerunt. Quibus ſine prole extinctis, Gotofridus cognomento Barbatus, Henrici Louanienſis comitis ex Vda Arduennæ du
30 ciſſa, ab Henrico quarto Imperatore, cuius filiam in matrimonio habuerat, ſufficitur, cum ex fratre Vilhelmo Lotharingiæ duces defluxiſſent: puta Theodericus, Theobaldus, Fridericus, Matthæus, Fridericus ſecundus, Matthæus ſecundus, Fridericus tertius, Theobaldus ſecundus, Fridericus quartus, Rudolphus, Ioannes & Carolus. cuius unicam filiam Renatum Andegauenſem comitem, & Apuliæ regem titulotenus in

coniu-

coniugem unà cum ducatu Lotharingiæ accepiſſe, ſuprà dictum eſt. Ita igitur cum pro Moſellano ducatu multi decertarent, partim affinitatis, partim cognationis uinculo coniuncti: Fridericus uidelicet nepos Henrici Heczel, ex Gertrude Theoderici Moſellani ducis filia deſcendens: Gothilo, Gotofridi Arduennæ ducis frater: & Gotofridus alter, Lotharingiæ princeps, cúmque Henricus tertius Imperator Friderico faueret, eo quòd propinquior ſanguine eſſet, ingens bellum flagrauit. Lotharingus enim, de quo diximus, Gotofridus, adſcitis in ſocietatem belli Galliæ rege, Balduino Flandro, & Theoderico Flerdingij præfecto, Verdunũ, Chabarum & Leucorum urbem occupauit: belloque Imperatori denunciato Anduerpiam obſedit, & apud Nouiomagum palatium Imperiale ſuccendit. Sed mox reconciliatus Cæſari, interpellante Leone nono Rom. pontifice, generis Habsburgen. abiurata altera Lotharingia interiore, alteram, nempe Arduennæ ducatum, cum Vaſto regno ſiue Beſtricia, in uerba ab Imp. accepit: progenitis ex Beatrice, Bonifacij Italiæ marchionis uidua, Mathildæ illius opulentæ marchioniſſæ Tuſcanicæ matre, filijs, Alberto, Gothelone & Friderico. Quorum Friderichus in ducatu Lymburgenſi, Albertus uerò ditione Moſellana, & Gothela Arduennæ ducatu patri ſucceſſere. Quorum Albertus à Gotofrido quarto Arduennæ duce, filio Gotofridi primi Hieroſolymitani regis, bello petitus occiditur, anno 1148, Theodericho & Getholdo filijs relictis. Contra quos eleuatus ab Imperio Eberhardus Alſatiæ Landgrauius, de genere Habsburgenſi: quo debellato ab Henrico quarto Imperatore, Chunradus Luczenburgenſis comes maiorem ditionis partem ab Imperio obtinuit. à quo deinceps abolita paulatim Moſellanæ ditionis nomenclatura duces Luczelburgenſes, & ex his Brabantini principes, & Bohemiæ reges ad famam creuêre. De quo quidem Chunrado iſta Lamberti Schafnaburgen. uerba intelligenda ſunt: Perlato ad epiſcopũ Mogun-

Is eſt Gotofridus, qui Euſtachium adoptauit.

Habsburgenſis poſtremus dux Moſellanus.

Catalogus Luczelburgenſium principum.

Moguntinum tumultuantis ciuitatis nuncio, misit confestim cum armatis Chunradum comitem de castello quod dicitur Luiczelenburg, qui tum fortè apud episcopum præsens erat. Qui ueniens, Eberhardum improbè sæuientem, atque in omnes qui obsisterent comminatione grassantem, ab oppugnatione ædium cum contumelia repulit, susceptosque pueros episcopo præsentauit. hęc ille de Luczelburgensi principatu, in locum deficientis Mosellani, Rhamnusiæ munere subrogato. In
10 quo claruêre post hominum memoriam, Hermannus, in ducem Saxoniæ electus anno 1100: Adelhochus, citatus in literis de anno 1120: Gerhardus, qui ex Sibylla, Roberti regis Constantinopolitani, Flandrici generis nata, sorore uidelicet Balduini Flandriæ comitis, procreauit Plundelum Luczenburgi comitem. atque is reliquit Balduinum archiepiscopum Treuerensem, Valdramū comitem Luczelburgen. & Henricum septimum imperatorem. Quos secuti sunt, ex Henrico quidem imperatore, Ioannes cognomento Cæcus, Bohemiæ rex: Ca
20 rolus, hoc nomine quartus, Imperator & Bohemię rex: Venceslaus, dux Brabantiæ, ob uxorem Antonij Niuernien. postremi prosapiæ Louanien. comitum. & qui Caroli quarti liberi extitêre: Venceslaus Bohemiæ, & exauctoratus Rom. rex Sigismundus imperator, Hungagariæ & Bohemorum rex, Henricus & Iodocus marchiones: Catharina, Rudolphi Austriæ archiducis de stirpe Habsburgen. cognomento Fundatoris: Elisabeta, Alberti tertij, item Austriæ archiducis: Margareta, Ludouici Hungariæ regis: Helena, Angliæ regis: Anna, O-
30 thonis Boiorum ducis & Brandeburgij marchionis: Elisabeta, Ioannis Galeatij Mediolanensium principis, uxores. Cæterùm Vualdramum comitem Luczenburgi, & ex comite creatum à fratre Imperatore ducē, secuti sunt in tractu ueteris Austrasiæ siue Lotharici regni, Ioannes ex Cleuensi comitissa natus, cum ex Artesiæ comitissa genuisset Ioannem & Guidonem duces, & quatuor filias: quarum prima Carolo Franciæ regi

f nupsit,

nupsit, secunda comiti Artesiæ, tertia duci Borboniæ, quarta Ludouico Siciliæ regi. Quorum Ioannes sui generis in tractu illo Austrasiæ, in episcopum Argentoracensem electus, cōsecratur anno 1366. & in archiepiscopum Moguntinum, Sacri Rom. Imperij electorem, anno 1372, relicta ditione sua, in Luczenburgensi principatu, Venceslao Ioannis Bohemiæ regis filio, Brabantino duci, patrueli suo: qui Antonij, postremi principis Brabantini de stirpe Louaniensiū comitum, natam in matrimonio habuerat. de quorū principū successione, cū 10 & is tractus ueteris quondam Austrasię finib. contineatur, dicendum nobis porrò est. Non est autem dubiū,

Catalogus ducum Brabātiæ.

Brabantini ducatus agrum ante secula desertū, sub fide fuisse partim Arduennæ & Hasbaniæ principū, partim Louanien. comitū, Anduerpięq; marchionū. In quo, etsi perpetuò Louanien. comites rerum potiti fuerint, ut qui & relicta uetusta Austrasię siue Austrię, aut etiā Lotharici regni, insignia ob generis antiquitatem usurparint, albam uidelicet in clypeo rubro sectionem, quę posterius & Austrię ducibus Danubianis, in finibus Panno 20 niæ picta & concessa ab Imperio constat: tamen stirpe illa sensim deficiente, alioque translata in Lotharingiā Arduēnæ ditionem, & Thuringiam: accidit postremò, ut Henrici Mosellani ducis & Rheni palatini, sancti Henrici imp. hoc nomine secundi filij, Henricus & Hermannus, in dempto quodam agro ab Arduennæ & Hasbaniæ principatu, qui secus Mosam ad oceanum Germanicum excurrit, & ueterem Roman. Imperij marcham Handuuerpiensem cōtingebat, ab Henrico tertio imp. inuestirentur nouo quopiam excogitato nomine siue à 30 Braba coniuge ulterius, siue alio euentu (dubium) Brabantiæ duces renunciati fuerint. Quibus sine prolis successione deficientibus, Henrichus quartus, tertij filius, generum suum Gotofridum ex cognomento Barbatum, Henrici Louaniensis comitis filium, & Vilhelmi Lotharingiæ nouæ & in angustias redactæ ducis fratrem, substituit. Quem filius ex Cæsaris nata secutus est,

paterno

paterno nomine Gotofridus pariter nominatus. Qui ex Itha porrò, Henrici Lymburgẽsis ducis filia, Gothardum & Henricum reliquit: quorum primus in Lymburgensi ducatu, alter in Brabantino parenti succeſsêre. Brabantinus autem Henrichus ex cognomento Probus, ex Mathilde comitiſſa Boloniæ tulit liberos, Henrichum hoc nomine tertium Brabantiæ ducem, Mariam Imperat. Othoni quarto generis Brunſuuicensis, Mathildam Rheni palatino, & tertiam Geldriæ comi-
10 ti, nuptas. Quorum frater germanus Henricus hoc nomine tertius Brabantiæ dux, ex Maria filia Philippi regis Rom. Sueuicæ gentis Henrichum quartum Brabantiæ ducem tulit, & Mathildam Florentio Holandię comiti nuptam. Quorum Henrichus ex cognomento Manſuetus, ex Adelhaide ducis Burgundiæ nata suſcepit Henrichum quintum hoc nomine Brabantię ducem, Ioannem & Gotofridum Louanienſes comites, & Mariam Philippo Franciæ regi locatam circa annum Domini 1200. Quorum rurſus Ioannes Henricho fra-
20 tri in ducatu ſuffectus, ex Sophia Thuringiæ landgrauia, generis Aurelionensis duos filios reliquit, qui ſtemma iterum ſecuerunt in duces Brabantiæ & landgrauios Thuringiæ. Quorum duces ordine fuiſſe leguntur Ioannes ſecundus, circa annum 1252: Ioannes tertius, qui ex comitiſſa à Truex ſex tantùm filias reliquit: uidelicet Ioannam, Vilhelmo Holandiæ comiti nuptam: Margaretam, Ludouico Flandriæ comiti collocatam, qui ducatum Brabantiæ ab Imperio conſecutus erat: Mariam, ducis Sabaudiæ coniugem: &
30 quartam, domino à Gaysbeck Brabantino regulo. Sic igitur ex matrimonio conſecutus ducatum Brabantiæ Flandrus, quia duas tantùm filias reliquerat, Mariam Philippo Franciæ regi nuptam, & Margaretham Philippo Audaci comiti de Niuernia, euenit ut pro ducatu magnum poſterius exortum ſit bellum, cui ſe poſtremò & Bohemiæ & Angliæ reges commiſcuêre. Quippe Flandri filius Antonius ex Brabantina conſe-

cutus gubernacula ducatus, pulſo rege, Ioannem filium reliquerat Academiæ Louanienſis autorem, circa annum milleſimum quadringenteſimum uigeſimumſecundum. Cuius unica filia Venceslao Luczenburgenſi, Caroli quarti Imperat. germano copulata, ducatum Brabantiæ in principatum Luczenburgenſem tranſtulerat: à quo rurſus ad Flandros redijt. Quippe Ludouicus comes Flandriæ, alteram filiam Ioannis ultimi in matrimonio habuerat, ſororem uidelicet Venceslai. unde Ioannes natus, dux Brabantiæ inauguratus, ex Iacoba Vilhelmi Holandini comitis nata, quæ Philippi Burgundiæ ducis filia extiterat, Philippum poſt ſe reliquit: qui comitatui Flandriæ, Brabantiæque ducatui, Burgundiam quoque adiecit, ob auiam, extincta iam Burgundiæ principum de Salinis & Chzalon ſtemmate. unde tamen deſcendiſſe & illos, non indocti quidam exiſtimant: & Ioannem ducem, captum in clade Varnenſi à Turcis, imperante Sigiſmundo, autorem Aurei uelleris, filium Philippi Audacis extitiſſe: qui Philippi Longi Franciæ regis, ſtirpis Valeſianorum, ex Ioanne filio Burgundiæ duce nepos fuerat: & ob matrem Ioannam, antiqui generis comitum Viennenſium à Theoberto Habsburgenſi deſcendentis, Salinarum, Chabilonenſem, Bleſſenſem, Byzuntinum Burgundiæque ditiones comparauerat, de quibus poſtea in tranſcurſu ſermonis plura: illo addito, quòd Ioannis capti ducis ex Philippo filio nepos extiterit Carolus, ab Heluetijs ad Nancetum occiſus in acie, ſocer Maximiliani quondam Cæſaris, ut qui ex Maria unica filia Philippum procreauerat Auſtriæ archiducem, patrem CAROLI quinti & FERDINANDI Romanorum imperatorum. Adeò ut poſt multa ſecula, utraque Auſtria, & quæ ad Rhenum fuit, Chlodouæi magni Francorum regis, ac primi Chriſtiani, filiorum auſpicio poſita fuerat: & quæ ad Iſtrum poſtea Caroli magni Francorum item regis & imperatoris, reliquorúmque

Duæ Auſtriæ coniunctæ.

que

que Carolingorum opera constituta fuerat, postliminio in unum ceu corpus tandem redierint, Imperantibus hodie Austrasijs à Rheno quidem ad Mosam cùm PHILIPPO Hispaniarum rege, Caroli quinti imperatoris filio: tum FERDINANDO imperatore Philippi patruo, in Alsatia, Sundgouia, Brisgouia & Iura monte: ad Istrum uerò in Norico & Pannonijs, eodem FERDINANDO cum filijs MA-
10 XIMILIANO Romanorum & Bohemiæ rege, FERDINANDO & CAROLO archiducibus: quos omnes diu Seruator noster ad nominis sui gloriam & sacrosanctæ Ecclesiæ catholicæ incrementa conseruet & tueatur. Ac licet hoc loco de Alsatiæ principatu, & Bormaciensi ducatu (qui & ipsi non minimam ueteris Austrasiæ siue Austriæ regni portionem, ad ripas Rheni extentam scilicet comprehendebant) dicendum esset: tamen cum seorsim de horum principibus deinceps sermo
20 instituetur, de Bormaciensibus quidem, qui & Austriæ duces cognominabantur, capite quarto: de Alsatiæ uerò quùm ducibus, tum landgrauijs, comitibus'que, capite quinto & cæteris sequentibus (unde Austriades uidelicet in orbem inuectos docebimus) tractaturi sumus. Caput hoc, quod de Austriæ siue Austrasiæ, aut etiam Lotharico regno auspicati eramus, concludentes, locum quendam Ioannis Auentini, seduli uetustatis omnis perscrutato-
30 ris, qui extat libro Annalium Boicorum quarto, adducemus: ut appareat scilicet, quòd primò Austriæ, deinde Austrasiæ regnum, in tractu Argentoracensi, Obruncano, Germania'que prima, & parte Belgicæ à Francorum regibus constitutum fuerat, Lotharicum postea, noua iam Austria in finibus Pannoniæ & Norici à Carolo magno Imperatore auspicata, nuncupatum fuisse, posteaquam

Lotharicum regnum idem cum Austrasiano.

cruenta illa ad Fontanas Ludouici primi cognomento Pij filiorum diuisione, is tractus cum Italia & Imperij fastigio, Lothario maiori natu cessisset: Carolo Gallias & Hispanias cum Armorico limite, & Ludouico Germaniam, Boiariam, Sueuiam ac Thuringiam cum Pannonico & Saxonico limitibus, sortitis. Habet autem locus sic. Dum Reginoburgi Boiorum negocijs intentus est Ludouicus, filius eius impubis, quem Luytgarda uxor iusta pepererat, de fenestra Palatinarum ædium decidens, ceruices fregit, animamque efflauit. Parentes luctu tristiciaque saturi, hyematum Francofordiam tendunt. Deinde primo uere, cum uxore Laytgarda rex Boius Francorumq; ad aquas Graneas migrat, Galliasque subacturus Clusiacum petit. Obuiam ueniunt Gothelmus & Chunradus, cum suæ factionis hominibus, regemque Germanum cum uxore honorificè excipiunt: per Galliæ occidentalis oppida, uicósque Atmiacum, Hercuriacum & Ribodi montem circumducunt. Tandē Ludouicus & Carolomanus germani, Vuestriacæ Franciæ reges, armati cum suæ partis proceribus, sese aduersarijs opponunt, & ab ulteriori regno eos ui prohibere conantur. At amicis comitantibus, pax quæ superiori anno inter reges conuenerat, reintegratur, atque iurisiurandi religione sancitur: uniuerso Lotharingiæ regno, ut suprà, Galli denuò cedunt: & ad id quod quasi mancipio dare regi Austriaco debuerunt, ueluti liberales uenditores solent, auctarium addidêre, Attrebates nimirum, & diui Vedasti templum. Facto itaque fœdere cùm nepotibus, & indicto Gundolphiam conuentu, Ludouicus noster domum reuertitur. Porrò secto posterius Caroli magni stemmate desinente, atque inter multos comites diuiso Austriæ siue Lotharico regno, qui omnes ferè leonis insigni in clypeo, tanquam gentilicio symbolo utuntur: puta Habsburgenses, Mosellanos, Arduennæ & Bolonienses, Lymburgenses, Brabantinos, Hannonienses, Namurcenses, Luczelbur-

burgenses, Luczelstaynenses, Nassouienses, Palatinos, Veldenses, Virnaburgenses, Manderschidenses, Biczenses, Zuuaypruck, Leyningenses, aliosq; plures: ueterum nominum tamen uestigia quædam manserunt, Austrasiæ uidelicet & Lotharici regni. Quippe qui iam rerum in Belgio potiuntur Austriades, in titulo se Lotharicos principes appellāt, uulgò Hertzog zu Lotreich und Brabant. Ager præterea ueteris quondam regni nemorosus, qui à Sara & Naone conclusus secus Rhenum excur-
10 rit, in hanc usque diem Vastum regnum, das Vuestrich, siue Pestrich corruptè à uocula Vastum: ab eodemque alius ager in meridiem deflexus, das Vuasgeuu, ab eadem uocula, der Vuesteruuald, &c. à Lotharici deniq; nomine Kayserslautern, Lutrecht: & ut auguror, ab Austrasia Strasburg, Ostrental, appellationes ad posteros transmiserunt: ut nihil de insignibus dicam, quibus cùm Austrasiani reges, tum Lotharici usi fuerunt, albam uidelicet sectionem in rubro clypeo, quæ, desinente Caroli magni stemmate atque uetustioribus Lotharicis
20 ducibus, recta quidem linea Louanienses principes, & hodie Austriæ Danubianæ siue Pannonicæ archiduces: ex transuersa uerò cùm Lotharingiæ principes, & Alsatiæ landgrauij, tum uerò Argentoratum ipsum, & Badenses marchiones, rectè usurpare dignoscuntur: hoc discrimine accedente, quòd tres aquilas uolantes Lotharingi, sex uerò coronas Alsatiani adiecêre, fortè quòd tres ordine Imperatores rerum Lotharico regno potiti fuerint, Lotharius uidelicet Caroli magni nepos, Ludouicus tertius, & Arnolphus. Co-
30 ronas quoque, quas Alsatiæ symbolo accessisse diximus, arbitror posteritati testificari, quòd tot regum Francorum maiores domus, penes quos præcipua gubernacula fuerant, principes in tractu illo egerint: puta Lendericus, eius'que filius Atticus: Pipinus, eius'que filij Erchonoaldus, Grymoaldus & Carolus quem Martellum cognominant. Quorum constat Lentericum, quem alij Lendesium uocant,

Austrasiæ uestigia, & Lotharici regni.

Insignia Louaniensium.

Insignia Lotharingiæ.

Insignia Alsatiæ.

uocant, apud Childerichum secundum maiorem domus egisse, qui stuprata regina Fridigunde, heroque occiso, & Vuolfoaldo duce ex Austria fugato, Austriȩ ducatum cum pago Alsatiæ subiecerat: in quorum hoc pariter generis successionem meruit, Attico filio Edelsassiȩ principe designato, quem filius Adalbertus, & postea Eberhardus nepos autor Murbacen. cœnobij secuti fuere. Sic Pipinus senior filius Ansegisi Hãduuerpiæ march grauij, frater S. Arnolphi Metensis præsulis, sub Theoderico Austrasiȩ rege, Berthario Bormatiensi siue Austriȩ 10 duce profligato, cum maioris domus officio gnauiter functus fuisset, in Austriæ parte ripæ Rheni adiacente & pago Alsatiæ gubernacula adijt. in qua prouincia denique tres ordine filij, cum maiorum domus officio apud reges Austrasianos cum laude perfuncti fuissent, rerum potiti fuêre: Erchonoaldus quidem maior natu, apud Dagobertum primum: Grymoaldus uerò in aula Childeberti regis Austriæ, Ebroymo duce pulso: & Carolus Martellus apud Lotharium postremum Merouingicæ gentis, Reginfrido duce Austrasiano profligato: de quibus capite quarto prolixius ad fidem rerum 20 disseremus.

CAPUT TERTIVM: DE REGIBVS Austriæ siue Austrasiæ in Rom. prouincijs, Belgica secunda, Germania secunda, tractibusq; Argentoracensi & Obruncano, ex Francorum peruetustis regibus rerum potitis: unde Habsburgen. principes, & ex hu Austriæ alterius, in finibus Pannoniæ Archiduces rectè deriuantur.

ETSI magna hisce de regibus apud Chronographos contentio sit, ex eo quòd passim cum 30 cæteris Francorum regibus confundantur, ut pote qui eiusdem sanguinis extiterint, à Merouycho illo descendentes, qui à monstro marino nomen sortitus fuerat, quod pater Marcomyrus Pharamundi filius aliquando in Frisonum littore, ubi tum Franci coluerant, obdormiens, per quietem uiderat triforme ac triceps, successum gentis præsagiens: tamen

Latini & Græci scriptores Merouei uocant, corruptè.

tamen hiſtorias diligenter diſcutienti, nõ ſolùm diuerſos fuiſſe animaduertitur, uerùm omnino etiam ab his inter initia diuiſos & ſeparatos, atq; à limite Francicæ ditionis gentilicio ſermone ſic appellatos ab Oſtrich, id eſt Orientali regno, quòd inter cætera Francorum regna, hoc eſt Pariſienſe, Sueſs ionenſe & Aurelianum ſiue Burgundicum, hoc maximè eſſet Orientale, flu. cõprehenſum Moſa ab occaſu, Rheno ab arcto & oriente: à meridie denique, ubi Burgundicum cõtingebat, Voſagi
10 ac Iuræ mõtium iugis, denſiſque Arduennæ ſyluæ propaginibus. Quòd, ut diximus ſuperiori capite, ſacerdotes illorum, ex Romanorum uidelicet reliquijs, autore S. Remigio Remenſi primo gentis apoſtolo, qui uidelicet Hluytuichum, Merouychi nepotem, Galliarum uictorem, ſacris undis primus luſtrauerat, ordinati, uitio Teutonicam uocem proferentes nunc Auſtraſiam, nũc Auſtriam, in annalibus & literis paſsim, & à metropoli ac ſede regia Metenſe, nuncupantes: anſam inſuper dederunt Chronographis qui ſecuti ſunt, Gregorio uidelicet Turonenſi epiſcopo, Anno nio, Rheginoni, Sigeberto & Gaguyno, uti eodem illud nomine in Chronicis ſuis, ſeruata Latini ſermonis pronunciatione, & excogitata (ut ita dicam) deſinentia appellarint. Quòd in proprijs ſimiliter Regum ac Principum nominibus obſeruatum fuiſſe conſtat: nempe ut pro Merouicho, Hluytuicho, Sigeprechto, Thyetprechto, Thyetricho, Thyetbaldo, Degenprechto, Hluytmayro, Huldricho, Huldprechto, Luythero, Bernhero, gentiliter ſcilicet cognominatis ab animali marino, populari anima-
30 li, maieſtate uictoriæ, Germanorum maieſtate, Germanorum opibus, nemoribusque, denique ab heroum maieſtate, populorum rectore, ueniarum abundantia, ueniæque maieſtate, populorum urſorumque dominatore: ipſi in Latinam detorquentes pronunciationem, paſſim in Chronologijs uocant Merouæum, Chlodouæũ, Sigebertum, Theobertum, Theodericum, Theobaldũ, Dagobertum, Chlodomyrum, Chilpericũ, Childpertum,

Clodouæum & Clodium hunc Latini & Græci autores corruptè uocant.

tum, Chlotarium & Varnarium. Id quod non minus hodie quoq; Italis, Hiſpanisq; accidere uidemus, ſi quando propria Germanorũ nomina uel proferre uel ſcribere contendunt. Hæc ita cum ſint, & de Auſtraſię regni initijs progreſſu limitibusq; atq; inter capedine non dubitetur: de eo tamen qui autor eius regni, primusq; Auſtriæ ſiue Auſtraſiæ regum extiterit, controuertitur. Siquidem nonnulli primordia ad Dagobertum illum referunt, Chlotarij regis ſecundi, & omniũ regnorũ Francicæ gentis monarcham, qui extructo S. Dionyſio prope Pariſios templo ac monaſterio, in Auſtraſia porrò Vuormatienſ. epiſcopatũ cum præpoſituris Vueyſſenburg. ac Sarburgenſi auſpicatus fuit. de quo Turonenſis nominatim ſcribit, quòd fuerit literis deditus, patiẽs, Eccleſiarũ & ſacerdotũ magnus munerator, pauperib. eleemoſynã tribuens, benignũ ſe omnib. & pietate plenũ oſtendẽs. quẽ circa annũ 600 à Chriſto nato rerũ potentẽ in uniuerſa Gallia fuiſſe conſtat: patrẽ Sigeberti illius, quẽ occiſum ab apro in inſula Noiueten. ubi hodie prope Selctſtadiũ Alſatię eſt cœnobiũ Ebersheymunſter, S. Arbogaſtem Argentoracen. prę́ſulem ad uitã reuocaſſe legitur. Alij autem Sigeberto primo huius regni auſpitia accepta referunt, qui Chlotarij filius fuerat, hoc nomine primi, Chlodouæi primi Chriſtiani Francorũ regis nepos: de quo Paulus Diaconus refert libro 2, cap. 16. quòd in terras Saxonũ, abeuntiũ uidelicet, cũ Longobardis in Italiã, Sueuos collocarit, ubi hodie eſt Haſsia & Palatinatus inferior: & quòd Hũnos Auares ad Albim flu. potentiſsimè ſuperarit. Quocirca diligentiſsima, quoad eius fieri poterat, inquiſitione, & tot euolutis cùm annalibus, tum diplomatibus, iam tum inuenimus, eos in orbem principes inuectos, qui Auſtrię ſiue Auſtraſię, ut diximus, nomen uſurpabant, cùm Clodouęus, uel gentilicia lingua Hluyduichus, moriturus filijs ſuis, quos ex Crotohilde Burgunda S. Sigiſmundi filia tulerat, ditiones ſuas cuiq; diſtingueret. Etſi aũt Chronographis tũ temporis expreſſa hęc uox non ſit, à metropoli tamen

illud

illud denominantes Metensiũ urbe,ita illud delineāt re-
gnum,ut dubium non sit,& in usu tum extitisse Prouin-
ciæ orientalis illius Francorum nomen, quod nepoti
Chluyduichi Theodeberto nominatim tribuitur: & à
limite oriētali appellationem istam primùm omnium
contigisse,ut pręfati sumus.In qua quidem prouincia ui
ginti duos ordine reges animaduerto gubernacula usur
passe,quorũ autor & coryphęus THEODERICHVS *Primus rex Austrasię.*
extitit,Hluyduichi primi Christiani ex Crotohilde siue
10 Hradhilde Burgunda(quę ab amore consiliorum bono
rum nomenclaturam sortiebatur scilicet)filius,Hulde-
richi primi Francorũ in Gallia dominatoris nepos,pro-
nepos Merouęi illius, cui diximus nomen ab insomnio
parentis inditũ.Is siquidē mortuo parēte(qui iam 30. in
Gallijs annos,debellatis Apollinare Aluernorũ duce, &
Gundobaudo Burgũdionũ rege,Anastasio etiam Rom.
Imp.assentiente è Constantinopoli, rerum potiebatur)
partitus cum fratrib.paternas ditiones, cũ Chlodomy-
ro Burgundiã & Aurelianen.agrũ,Childeberto Aquita
20 niam & interiorē Galliã,& Chlotario Parisien.cōcessis-
set,minor fratrũ orientalē tractũ à Mosa ad Rhenũ ex-
currentem accepit: positaq; regia in Mediomatricibus
inter Mosam & Mosellam, ab illa quidem Metensiũ se
regem,à situ uerò sortitę regionis Ostenriche se regem
nominauit:quem sacerdotes,ut diximus,ex Rom.poste
ritate,& Chronographi qui ex his processerũt,pronun-
ciationis uitio cum in Latinum sermonē transferre gen
tilicia uellēt,Austrasię ac Austrię regē appellabant. Qui
cōstituto in Vangionib. limitis pręfecto Heriberto quo *Primus dux Austriæ.*
30 piam,Leontij Romani filio,Vtelonis Handuuerpię siue
Oceani marchionis in arcto fratre, ob fines,non minus
quàm pater Alemannis & Toringis ultra Rhenum co-
lentibus,bellum fecerat,Hermenfrido rege illorum per
speciem amicitiæ ad se accersito, Tolbiaci è mœnibus
præcipitato:atque ut se suamq; ditionem aduersus Ro-
manos tueretur,Gothis in Italia cōgentili nationi, cum
Bellizario & Narsete pugnantibus fida auxilia submi-

nistrauit. de quo Gregorius Turonen. peruetustus Francorũ chronographus, ut qui sub Sigeberto rege Austrasiæ claruit, hæc scripta reliquit: Post hæc omnia mortuus est Chlodouæus rex in pace, & sepultus est in basilica S. Petri Apostoli, quam ipse & regina sua ædificauerunt. Mortuus est autem anno quinto, postquam cum Alarico rege Gothorum pugnauit. regnauit quoque simul annis triginta. fuêre autem à trãsitu S. Martini, usq; ad transitum Chlodouæi regis, anni centum & duodecim. Crotohildis quoq; regina post mortẽ uiri sui Turonis ciuitatẽ uisitans, ad basilicã beati Martini diutissimè cõmorata, domino seruiebat. Igitur post mortẽ Chlodouæi regis hi quatuor filij eius, Theodericus, Chlodomyris, Childebertus & Chlotarius regnũ eius inter se diuiserũt ęqualiter. Habebat quoq; Theodericus filium nomine Theobertum, strenuũ & utilem, eleuatiq; sunt in magnam potentiã. Et iterum: Illo tempore Theodericus, & Theobertus filius eius, & Chlotarius rex, cum Francorum exercitu Rhenum transeuntes, in Toringiam dirigunt, contra Ermenfridum regem Toringorum. Refert autem idem autor, Onestrudem flu. Saxoniæ cadaueribus occisorum ita repletum fuisse, ut quasi per pontem Franci transirẽt. Hunc igitur primum Austrasiæ regem extitisse circa annum salutis plus minus DXX, non solùm bellum coarguit quod cum uicinis Toringis gesserat, ob fines nimirum: uerumetiam quòd Metensem urbem regiam habuisset. ut his uerbis Aemilius scribit: Inter Ludouici filios paternum regnum ita diuisum ueluti in tetrarchias est, ut Childeberto Parisij, Chlotario Suessiones, Chlodomyro Aurelianum, Theoderico Mediomatrices imperia forent, regesque omnes appellarentur. Lege plura apud Procopium libro primo Gothicæ historiæ, & P. Diaconum lib. item primo Longobardicę. Huic primo Austrasiæ regi successit filius THEOBERTVS, iam tropheis Toringicis clarus, qui Vuisegardam Vuachonis Longobardorum regis adhuc in Germania colentium, filiam in matrimo-

Secundus rex Austrasiæ.

nio

nio habebat:ex qua Theobaldum tulerat,III Austriæ regem.Sub quo denique Sigebertus,Priami cuiusdam nobilisſ.Franciçę gentis filius,ducatum Austriç in Vangionibus regebat, & maioris domus curam sustinebat, filijs prognatis Nicanore & Carolomanno Pipini primi genitore. Sueuos autem & Transiuranos, Buccelinus & Leuthari, siue (ut genuina gentis pronunciatione utamur) Beczelinus & Lotharius Austrasiani regis nomine administrauerant,quos cum Francis & Alemannis auxilio uenisse Gothis in Italiam contra Romanos pugnantibus, historiarum autores tradunt. De Theoderico uerò rege Austrasiæ secundo, ita Gregorius Turonensis scriptum reliquit: In illis diebus mortuus est Theodericus rex, regnauit aūt annis uigintitribus: Theobertus filius eius regnum accepit. Et subdit: Theobertus filius Theoderici in taliam abijt,Longobardosque deuictos atque prostratos subiugauit, & tributarios fecit, terramque illorum ex magna parte uastauit, & reuersus est cum multis spolijs. Et postea, cum mortem illius describit, manifestè Austriæ nomen exprimit: Post hæc Theobertus rex ægrotans mortuus est, regnauitq; annis quatuordecim.Regnum autem ipsius in superioribus Francis & Austria, Theodoaldus filius eius accepit. Huius Procopius primo Gothicæ meminit hisce uerbis: Sed uictus demum Amalarichus (intelligit Gothicum in Aquitania regem) cum magna suorum iactura occubuit. Theodebertus uerò suis cum rebus omnibus sorore redempta, Galliæ partem,quantamcunque Visogothi sortiti fuerant, recepit. Qui uerò Visogothorum ex gente bello deuicta, reliqui ex clade fuêre, ex Gallijs cum uxoribus liberisq; suis iam sedibus exciti,ad Theodem in Hispanijs tyrannidem exercentem se contulêre. Et rursus: Extemplò itaque Francorum ad gentem oratores mittuntur, qui Gallias illis ac pecunias dederent,societatemq; facerent.Francorū autem duces Ildibertus,Theobertusq; & Chlotarius,tūc tēporis erāt,qui Gallijs simul & pecunia

Secundus dux Austrasiæ.

Gothorum in Hispanijs ortus.

à Gothis receptis, & his quidem pro cuiuſque imperij portione partitis, amicos ſe Gothis fore quàm maximè profitentur: clam autẽ his ſe auxilia non ex Francis miſſuros, ſed ſubditorum è nationibus alijs, arma uerò in Rom. perniciẽ Gothis ſociare nullo pacto ſe poſſe. quippe qui paulo antè Imperatori promiſerint, in hoc bello illi ſe opem laturos. Ex his omnibus liquet, Theobertũ ſecundũ Auſtraſiæ regem, imperij ſui ditionem ad Gothos uſq; Alemannosq; propagaſſe: ſubiectosq; Auſtriæ Franciçe iam tũ fuiſſe, & lacus Podmanici accolas omnes, & in Graijs alpibus Pœninisq; qui tum tenuêre gentes ex Gothorũ ac Lõgobardorũ Romanorumq; colluuie conflatas, quibus uidelicet Buccelinus & Lutharius nomine Auſtraſianorũ regũ iura dabant. Ad hunc Auſtriç regem pertinere uidentur, quæ Paulus Aemilius in Francica hiſtoria ſcribit: Chlotarius rex filiã Chlotſyndã Albuyno regi Longobardorũ collocauit. Aliquanto antè duç Vuachonis Lõgobardorũ regis filię nupſerũt duob. regib. Francis, maior Vuiſegarda Theoberto Mediomatricũ regi, minor Vualdrada Theodebaldo, eiuſdẽ Theoberti ex Deuteria amica ſuſcepta filia. hæc ille. Itaq; cũ Theobertus, de quo loquimur, à morte patris in Auſtria Rhenana illa rerũ potitus fuiſſet annis XIIII, extinctus eſt, filio relicto Theodeuualdo, qui iã tertius Auſtraſię rex numerat. de quo THEOVVALDO hęc intelligũtur Agathij Gręci hiſtorici uerba: Theodebertus uerò haud ita multo pòſt tẽpore morbo correptus interijt, Theodeuualdo filio, inter cętera bona pręfecturę etiã dignitate relicta. q paterno ſuſcepto iã regno, & Alemãnos bello proſtrauit, & gẽtes alias uiciniores ſubiugauit. Nã & audaciſsimus erat, et turbulẽtiſsimus, & pręter modũ cupidus, diſcrimẽ omne adiuit. Vnde in ipſo belli ardore, quod aduerſus Totilã Gothorũ ducẽ Romani ſuſceperãt, Theobertus animo agitabat, & curabat enixius, ut dũ Narſes in Italia & Romani ſimul exercitus labore & ſollicitudine tenerẽtur, ipſe q̃ maximis poſſet & fortiſsimis bellicoſiſsimisq; copijs in unum coactis, ad Thra-

Tertius rex Auſtraſię.

ad Thraciæ regionem duĉtaret: ibiq; omnibus deuastatis, Bizantium regiam urbem bellum transferret. Et hæc quidem tam de Theoberto patre, quàm Theouualdo filio, qui & ipse paternæ uxoris sororem Vualderadã, Vuachonis item Longobardorũ regis filiã, Albuyni regis primi in Italia Insubrica siue Ligustica in connubio habuerat. sub quo duo leguntur floruisse Austriæ duces, maioris domus officio perfuncti: Hugobrechtus uel Hugobaldus, Sigeberti ducis Austrasiæ frater germa-
10 nus: & Pipinus, Sigeberti superioris ex Carolomanno duce Belgicæ nepos, ex Itha Rotbaldi Treuerensis præsulis sorore, pater uidelicet Beggæ, quam Ansegisus Arnolphi Metensium episcopi filius duxerat uxorem, & ex ea Pipinum Crassum cognomento progenuerat, qui posterius sub Theoderico tertio eius nominis Austriæ rege, & maiorẽ domus & Austrasiæ ducem egerat. De rege uerò Theobaldo hæc nominatim Gregorius Turonensis adnotauit: Theodeuualdus autem rex in Austria ægrotans febre ualida, mortuus est, regnauitq; an-

Tertius dux Austriæ.

20 nis septem, regnum eius Chlotharius rex cum thesauris multis accepit. is erat auunculus, utpote filius Chlodouæi magni, & aui frater, qui Parisiẽse & Suessionense regna in diuisione obtinuerat. Hinc scribit Agathius, cùm Theodebertum à bisonte occisum ostendisset: Theobaldus itaq; filius regnum suscepit. Quem, etsi iuuenis admodum esset, & sub pædagogo adhuc nutriretur, lex tamen patria ad regnum paternũ uocabat. Eo igitur tempore quo Teias suo perfunctus est fato, & Gothicis reb. peregrina erant necessaria auxilia, apud Francos Theo-
30 baldus, & is quidem adolescentulus, Childebertusq; & Chlotarius reges Theobaldo cõiunctissimi iuxta leges Roman. cognatione auunculi erant. ad quos quidem, quia longius aberant, haudquaquam eũdum Gothi existimabant. hæc ille. Sic itaq; Theobaldo Austrasiæ rege sine succeßiõe prolis anno VII suæ gubernationis extincto, patrueles illius, Guntramus Burgundiæ & Aurelianensis, Cheribertus Parisien. & Chlotharius Suessionũ,

reges,

reges,pro regno Austrasiæ cum decertarent, prælio ini
to tempestate subitò oborta,in cõcordiam redeunt, po
tiore regni Austriæ agro Chlotario Suessionensi adiu-
dicato.qui Armoricã & Septentrionales regiones Cha-
riberto, Guntramo uerò Alsatiam & Transiuranũ tra-
ctum ex diuisione concesserat, circa annum Domini
DXL. Quocirca Austrasiæ regni gubernacula sorti-
tus CHLOTARIVS Suession.rex senex, Chluytuichi
primi Christiani ex Crotohilde Burgunda natus, inter
initia nihil antiquius habuit, quàm ut pace recuperata, 10
bellis sopitis,ac regia ex Suessionum urbe Mediomatri-
ces translata,Austrasianos per præfectos gubernaret.
Ansberto igitur, Hugobrechti ducis Austrasiæ filio,cũ
filiam Bluthildem uxorem dedisset, eundem Austriæ
& Brabantiæ ducem constituit. congressusque cum Sa
xonibus ad Vuiseram flu. & postea Ghrano filio, qui cũ
Childeberto patruele & Vuillethario Britannorum re-
ge coniurauerat in patrem,utrosque acie uicit,ac filium
quoque unà cum coniuge & familia igne absumpsit. à
quo Aquasgrani nomenclaturam accepisse, ubi Caro- 20
lus postea magnus palatium constituit,uerisimile est,&
ad fidem pronum.De quo hæc obiter Turonensis,anti-
quiss. Francorũ chronographus adnotauit: Lotharius
quoque rex de diuersis mulieribus septem filios habuit:
id est,de Iugunde Guntharium,Childericum,Cheriber
tum, Guntramum, Sigebertum & Chlotsyndã filiam:
de Tharigunde quoque sorore Iugundis, habuit Chilpe
ricum:de Gunsina habuit Chramum. propter amorẽ
enim Iugundis,eo quòd esset pulchra ac decora, & ipse
esset nimis luxuriosus, Tharigundem sororem eius in 30
uxorem accepit.Theodoaldus autẽ rex,filius Theober-
ti regis,in Austria ægrotans febre ualida,mortuus est:re
gnauitque annis septem. Regnum eius Chlotarius rex
cum thesauris multis accepit. Eo anno rebellantibus Sa
xonibus,Chlotarius rex commoto Frãcorum exercitu,
contra eos pugnam iniuit super Vuisaram flu. ubi eorũ
exercitum maximum interfecit:terraque eorum uasta-
ta,per-

Quartus rex Austrasiæ.

Quartus dux Austrasiæ.

ta,peruagans totam Toringiam, ac depopulans rediјt. Chramus autem filius Lotharij pulcher & decorus,nimis acerbus & callidus,cum ultra Ligerim à patre missus in loco eius fuisset, cœpit regionem illam ualde iniquè opprimere. Quod cum nunciatum fuisset patri, præcepit eum ad se uenire: sed Chramus iussionem patris noluit implere,durius agens.Vuillетharij filiam nomine Chaldam duxit uxorem: & adprehensis multis thesauris,Parisios ueniens, cũ Childeberto rege patrue-
10 le suo,sacramento constrictus,iurauit se esse patri inimicum.hæc ille. Sub hoc Chlotario rege,huius nominis primo,S. Medardus Suessionum episcopus obijt. & anno regni sui, Parisiensis quidem quinquagesimoprimo,Austrasiæ uerò VIII. uita decedens, filios reliquit: quibus quomodo regna distinxerit, ita Annonius antiquus Francorum historicus scribit:Chlotarius LI regni sui anno moritur,regnumque eius filij sui ita inter se diuiserunt.Charibertus sortitus est sedẽ Parisijs, Guntramus Aurelianis,Chilpericus Suessionis,Sigebertus Me-
20 tis. Hic SIGEBERTVS quintus iam Austrasiæ rex uiuo parente designatus,Brunehildẽ, Anagildi Gethorum in Hispania regis filiam sibi coniunxit: quæ postea crudelem in reges Francorum tyrannidem exercuit,cũ reges sui etiã sanguinis è medio sustulisset, partim ueneno:partim uerò,quòd fratres,proprios nepotes,inter se commisit.de quo Turonensis hæc nominatim adnotauit.Nam cuncti filij eius eum exinde expulerunt, & sic inter se hi quatuor diuiserunt,id est Charibertus, Guntramus, Chilpericus atque Sigebertus:accepitque Cha-
30 ribertus regnum Childeberti, sedemque constituit Parisijs: Guntramus regnum Chlodomyris, Aurelianisq; sedem constituit:Chilperichus uerò regnum Chlotarij patris sui accipiens,Suessionis ciuitate sedem statuit:Sigebertus autem regnum Theoderici accepit (intelligit autem Theodericum minorem natu, Chlodouæi magni filium,primum Austrasiani regni autorem.) Quod autem illud ipsum regnum in diuisione cum fratribus

Quintus rex Austrasiæ.

ſortitus fuerit, quòd ad Rheni uſque ripas extentum fuerit, ex eo etiam animaduertitur, quòd cum Hunnis bellum geſſerat, qui ex Pannonia ad Rhenum excurrerãt: & quòd Sueuos in agros Saxonum collocarit, denique quòd auxilio tranſrhenenſium cum Chilpericho fratre Sueſsionum rege uictor pugnauerit: qui occupato illo Hunnico bello, aliquot urbes in Mediomatricib. ademerat. Vnde Turonenſis ſcribit: Igitur poſt mortem Chlotarij regis Hunni cõmoti cum Cacano rege ſuo, Gallias uenire deſtinant. Contra quos Sigebertus exercitũ mouens, fortiter pugnaturus acceſsit. Hunnos proſtrauit, atque deuicit. Quorũ poſtea rex amicitias cum Sigeberto inijt. Et iterum: Quod audiens Sigebertus, conuocatis gentib. illis quę ultra Rhenũ ſunt, Pariſios uenit, & contra fratrẽ ſuũ ire diſponit, & quę ſequuntur. Et de hoc ipſo rege Auſtriæ intelligendus eſt locus P. Diaconi lib. 2, cap. 6. Hæc audientes Chlotarius & Sigebertus reges Francorũ, Sueuos aliasq; gentes in his locis, de quib. Saxones exierant, poſuere. Et iterum cap. 8. Francorũ regnum mortuo rege Chlotario filij eius regebãt, quadrifariã diuiſum: primusq; ex his Charipertus ſedem habebat apud Pariſios, ſecũdus uerò Gũtramus ciuitati pręſidebat Aurelienſi, tertius Chilperichus cathedrã habebat apud Senonas in loco Chlotarij patris ſui, quartus nihilominus Sigebertus apud urbẽ regnabat Metẽſem. Et iterum: Eo quoq; tempore Hunni, qui & Auares, cõperta Chlotarij regis morte, in Sigebertũ eius filiũ irruunt. Quibus ille in Toringia occurrens, eos iuxta Albim flu. potentiſsimè ſuperauit, pacemq; petentib. dedit. Plura lib. 3, cap. 3. cùm Saxonũ ex Italia reditũ deſcripſiſſet, quorũ agrum derelictum Sigebertus Sueuis cõceſſerat. Quos uictos ille tradit, à Sueuis proximè conſediſſe: hoc eſt, in Vueſtphalia, cùm in Haſsia tum Sueui colerent. Vnde & Vueſtuualia, hoc eſt occidẽtalis Italia nominata fuit: quòd per riſum ita Saxones ex Italia reuerſi, à uicinis populis uocarentur, occidentales Itali. Porrò Auſtraſiæ tum tractum uſq; ad alpes & Burgundiã extenſum

ſum fuiſſe,ex his P. Aemilij uerbis liquet: Guntramo regi Aurelianenſiũ regnũ parebat,quòd Burgundiæ citerioris fines contineret; ac Rhodanum etiam tranſcendens, Allobroges complecteretur: quibus prouinciã cõtributam, Guntramus contẽdebat. Sigebertus aũt Mediomatricũ rex,ſuperiorem Burgũdiam, Alpiumq; nõ cõtemnendã partem obtinebat. Vnde patet, Sigebertũ Auſtraſię fines promouiſſe,Edelſaſsiamq; & Sundgouiã Briſgouiamque poſſediſſe. quo tempore ſub Guntrami
10 Burgundici regis auſpicio, Erponem quendã Tranſiuranis iura dediſſe,ubi hodie eſt Vchtlandia ac Heluetia. Cui poſtea exauctorato, Alathęũ quempiam ſuffecerat. Atqui in agro Auſtraſiæ ſub imperio Sigeberti adminiſtrabant, Boſſo Auſtraſiæ dux in Vangionibus, Arnoldus Ansberti filius in Brabantia & Hasbania: cuius natus S. Arnolphus prognato Anſegiſo marchione Handuuerpiano, Pipini Craſsi maioris domus ſub Dagoberto primo genitore epiſcopũ Metenſem egit. fratresq; legitur habuiſſe S. Verioldum & Modericum epiſcopos: &
20 Tarſitiam uirginẽ Veſtalem, ob uitæ continentiã inter ſanctas relatam. Cuius deniq; filij fuiſſe leguntur, ex Doda quapiã, antequã ad epiſcopatũ uocatus fuiſſet, Angiſus ſiue Anſegiſus, quem pleriq; falsò ob uocum ſimilitudinem Anchiſem appellant, maiorem domus Franciæ ſub Chlotario ſecũdo: S. Lutolphus epiſcopus: S. Vualtiſius dux, pater Vualgriſali abbatis: & Martinus maior domus Franciæ ſub eodem Chlotario, eiusque filio Dagoberto. Eodem quoque tempore, regnante uidelicet in Auſtraſia Sigeberto, de quo ſcribimus, principes cele
30 brantur intra fines Auſtriæ illius duó Caroli, ac totidem Rheynbaldi. Quorum primus Tungrenſium ac Hasbanię dux, ex Hiltrude quapiam Carolum alterum genuit, circa annum quingenteſimum & quinquageſimum. Is uerò ex Dorothea, Otperti primi Habsburgenſis comitis ſiue Tranſiurani principis filia, Reynbaldũ reliquit, Tungrenſem & Hasbaniæ principem. Cuius filio cognomini à uetuſtioribus Chronographis cõiunx

Duces Auſtraſiæ & Brabantiæ.

Duces Tungreſes & Haſbaniæ.

tribuitur Mathildis, filia Arnoldi Brabantiæ ducis, soror S. Arnolphi Metensis episcopi, circa annos à nato Christo plus minus DCL. Ac de Bossone quidẽ Austrasiæ duce P. Aemilius hæc obiter scribit: Bosso egregius bello uir, ab Austrasianis, quorũ dux fuerat, secũdissima uolũtate in pristinã familtaritatẽ recipitur: subintellige, à Chlotario II, qui Chilperico Sigeberti F. debellato successerat. Is quippe cũ submissus à Sigeberto Austriæ rege, hero suo, Theodericũ Chilperici regis Suesionũ filiũ, nepotẽ suũ occidisset, à Chilperico, postea occiso Sigeberto, rerũ in Austria potito, abrogato ducatu, in insulã lacus Veneti, auspicato tum Reichenauu cœnobio deportatus, unà cũ Merouęo Chilperici filio, quẽ Lotharius patris uictor eò exulatũ miserat, rursus in libertatẽ adsertus fuerat. Cuius herus Sigebertus, de quo loqmur rex Austrasię, cum fratrẽ Chilpericũ exutũ regno Suessionũ, Tornacum, atq; inde Rothomagum pepulisset, à Fridegunde Chilperici coniuge insidijs impetitus, occisus est, anno regni sui in Austria XIIII: relicto filio impubere Childeberto nomine, quẽ ab insidijs Chlotarij auunculi seruatũ Gundoaldus maior domus in Austriã duxerat, educatũq; tandẽ Chlotario substituerat: testante Turonensi. Tunc Chilpericus egressus à Turnaco cũ uxore sua, à populo uestitũ Sigebertũ uestibus ornatis apud Lambrus uicum sepelierunt. Vnde postea Suessionis ciuitate, in basilica S. Medardi, iuxta patrẽ suũ Chlotarium sepelierunt. Mortuus est aũt anno 14 regni sui: illoq; mortuo, Brundehildis cum filijs suis Parisijs residebat, plena luctu, nesciẽs prę dolore quid ageret. Gundoaldus aũt dux adprehensum Childebertum filium eius paruulum, furtim per noctẽ abstulit, & cum eo in Austriam fugit: collectisque gentibus, super quas pater eius regnauerat, regem eum constituit. Cæterùm etsi Sigebertus filium reliquerit, ut diximus, Childebertum: eo tamen minorenni, & ex insidijs patrui liberato per Gundoaldum Austriæ in Vangionib. ducem, Childericus Suessionum rex Austrasiæ regnũ occupauerat.

Dux Austriæ Gundoaldus.

quo

quo non diu isthic rerum potito, & à Chlotario Parien si rege ex Austrasia profligato: postremò etiã à Lenterico maiore domus adultero occiso CHILDEBERTVS Sigeberti F. regnũ paternũ recepit: & sub tutela patrui Chlotarij Parisiensis regis constitutus, paulo pòst testamento Guntrami patrui alterius hæres nuncupatus, Burgundicum quoq; & Aurelianense regna Austrasiæ adiecit, sextus iã eius prouinciæ rex, eam per præfectos & duces ita administrauit, ut Gundoaldus, qui eũ seruauerat, ut P. Aemilius scribit, de fenestra Parisijs per funẽ demissum, maioris domui officio fungeretur. cui postea Arnoldus successerat, S. Arnolphi episcopi Metensis pater, Angisi auus, & Pipini Crassi proauus. Bertoaldus porrò pulso Landerico, qui occiso hero suo Childe richo rege, partem Austrasiæ occupauerat, Austriæ ducatum in Vangionibus authoritate Childeberti regis: & Arnolphus cum filio Angiso Brabantiam ac Hasbaniam: Leudegildus denique ducatum Transiuranum, administrarent. Quibus omnibus rex ipse Austrasiæ Childebertus, de quo loquimur, ad clauum (ut aiunt) præsidens, ad Mediomatricum Augustam, ex concubina primùm, deinde ex Audomera Hispana Theodericum progenuit: cum sorores suas locasset, Iugundem Hermigildo, Clotosyndam Reccaredo, Hispaniæ regibus: & tertiam Authario Longobardorum in Italia regi. Duo inuenio ab hoc bella gesta: unum, absente eo, per duces, in Italia, contra Longobardos: alterum, quod & sibi fatale extitit, contra Chlotarium, Chilperichi Suessionum regis parentis interfectoris, filium, adhuc sub tutela Fridegundis matris ac Lenderici maioris domus existentem. De quo hæc Turonensis, uetustissimus Francorum chronographi, intelligenda sunt: Childebertus itaque rex Austriæ, in Italiam abijt, ipsam´que deuastauit, & tributariam fecit. De cuius belli causis atque occasione P. Aemilius hæc insuper addit: Mauritius Augusti Tiberij successor, omnia

Sextus rex Austrasiæ.

nia agebat, moliebaturque, ut Longobardos Italia pelleret: ac exiguam pecuniam ad Childebertum misit, multo maiora præmia ac tanto conatu digna pollicitus, si id Italiæ saltem quod inter Alpes & Padum iacet, exactis Longobardis Imperio restitueret. Facile fuit iuuenẽ regem ad id fœdus ferendũ impellere. Is in Italiã descendit, nullã moram pugnãdi facturus. Autharis suos intra mœnia abditos continebat. legatos etiam cum muneribus ad Austrasianũ misit, ne fidem amicitiáq; Græcorũ quàm Longobardorũ sanctiorem duceret. se paratum 10 fœdus, quibuscunq; conditionib. Childeberto placeret, ferire. Et de bello intestino, quod inter Childericũ seniorẽ Suessionũ regẽ ac Childebertũ Austrasianũ gestũ fuerat, maximæ quoq; discordiæ inter Childericum & Childebertũ nepotẽ suũ exortę sunt. incitabãt enim eos ex utrisq; partib. Fridegundis & Brũdehildis. Eo quoq; tẽpore mortuus est bonę memorię dominus Gũtramus rex, frater Childerici regis in Chabilone ciuitate Burgũdię, & in basilica S. Marcelli martyris sepultus est. regnauit aũt annis 32. Et subdit: Audiẽs aũt Childebertus rex 20 Austrię, F. Sigeberti, nepos Childerichi, auunculũ suum mortuũ, & maleficia Fridegundis reginę, exercitũ collegit. Nam defuncto Guntramo patruele suo, regnũ Burgundiæ & ipse susceperat. Burgundiones aũt, Austrasij, superioresq; Franci, simul cõmoto grandi exercitu Cãpaniã ingressi, pago Suessioniaco, cũ Gũdoaldo & Vuyntrione patricijs, regnũ Childerici uastauerunt. P. Aemilius refert, Childebertũ à Gũtramo patruo ob hoc adoptatũ fuisse, quòd Gundoaldũ quempiã, qui se Lotharij regis hoc nomine primi filiũ mentiebatũ, Burgundi co- 30 narẽtur in prouincia regẽ constituere, Childeberti Austrasiani auxilijs nitentẽ: à quib. ut nepotẽ auocaret, hæredẽ nolẽs uolẽs scribere cogebatur: ut uerbis eius utar. Guntramus eo metu animos liberauit, Childebertúmque adoptans, spe certioris nouæ hæreditatis, in officio senex orbusque iuuenem florentem cupidumq; continuit. Et subdit, de bello exorto ob hanc adoptionem,

mortuo

mortuo Guntramo, inter Childebertum Austrasianū, de quo loquimur,& Fridegundem Chilperici ab adultero occisi uiduam,quę Chlotario filio studebat: Chlotarius uerò Chilperici filius, inter tot motus tutus fuit, Guntramo rege patruo tutelam gerente:eo, cum Childebertum hæredem instituisset,defuncto,mater Fridegundis puericiam filij regebat,mascula mulier, & periculis se pręlijsque immiscens. Ea primùm omnium urbes circuibat,quæ in Chilperici ditione partibusque fue
10 rant,easque ac proceres in filij uerba iureiurando adigebat.Nec deiecit animum,Childeberto secundum Guntrami obitum bellum inferente, necemque patris scelere Fridegundis interempti persequente: seq; ab eius scelerum ministris & ueneno & ferro tentatum,qui deprehensi in tormentis id confessi sint,dictitante. His minis terroribusque plenus,ferox etiam duorum patrum regnis,ab altero procreatus,ab altero adoptatus,Burgundionum Austrasianorumque coacto exercitu, in Suessionum, qui in Chlotarij fide erant, finibus castra po-
20 suit. Dux Chlotariani exercitus erat Lenterichus magister equitum. Sed uiriles animos gerens Fridegundis, ordines ipsa circuibat, circumferensque puerum filium regem,illum eorum fidei uirtutique commendabat: & quæ sequuntur. Quibus primò uictoriam Childeberti Austrasiani describit: deinde cladem quoque, qua à Fridegunde eiusque militiæ magistro Lenderico affectus fuerat,insolito quodam stratagemate deceptus. de quo his uerbis P. Aemilius scribit: Vulgus scriptorum tradit, ipsam Fridegundem copiarum ducem, iter sub
30 noctem ingressam,equorum collo crepitaculis suspensis,tinnientis ac pascentis temerè armenti speciem præbuisse.cumq; hosti appropinquaret, frondosis ramis ab antesignanis prælatis,quod syluæ instar ubi iumenta pasci uiderētur,procul uisentes falleret, manè hostem incautum oppresisse. Propius fidem est, Burgundiones Austrasianosque quòd Francorum dux femina esset,ac puer rex,nimia uiriū suarū fiducia,& cōtentione hostiū
per

per negligentiam apparatum belli ardoremq; pugnandi remisisse, atque ideo facilè oppressos. hęc ille, de euentu eius belli. De exitu Ritius ex Gaguyno addit: Childebertus itaque cognomento iunior hæredum, haud ita multo pòst haustu ueneni perijt, unà cum coniuge, superstitibus filijs, Theoberto natu maiore, qui Metensibus imperauit: ac Theoderico, Burgundionum rege. hæc ille de exitu Childeberti Austrasiæ regis. Quem mox filij, qui ephebos uix egressi fuerant, sed CHLOTARIO Childerichi à Lenterico maiore domus insidijs propriæ coniugis Fridegundis interfecti filio, consilijs matris Fridegundis oppugnante, successêre, adiuti à ducibus Francorum, qui in Austrasia atque apud Burgundiones autoritate & opibus præcellebant, Gundoaldo, Bertoaldo, Vuyntrione & Rheynbaldo. Quorũ THEOBERTVS in diuisione cum fratre Austrasiam sortitus, constituto Austriæ duce apud Vangiones Bertoaldo, & in finibus Brabantiæ Arnoldo S. Arnolphi parẽte, & Angisi Anduuerpien. marchegrauij filio, statim inter initia regni, incentrice propria auia Brunehilde, cum Theoderico Burgundionum rege, germano suo, bello decertare coactus, bis acie succumbit. postremò in Vbijs ad Coloniam Agrippinam immissis sicarijs, à fratre occiditur: cæteris quidem filijs Guntramo, Lothario & Merouęo infante interfectis, Sigebertus Coloniensium fide in Germaniã euasit, à quo Habsburgi principes postea sumus deriuaturi. De hoc septimo Austrasiæ rege, Gregorius Turonensis uetustiss. Francorũ chronographus ita nominatim refert: Eo tempore (erat autem annus à nato Christo sexcentesimus) Childebertus rex Austrasiæ, habebat duos filios, seniorem ex concubina nomine Theobertum, iuniorem uerò ex regina nomine Thedericũ, ipsumque cum auia sua Brundehilde, in Burgũdiam & regnum Guntrami regis magni direxit. Et iterum: Anno quarto postquam Childebertus regnum Guntrami susceperat, defunctus est, regnumque eius filij sui, Theobertus sortitus est Austriã

Septimus rex Austrasiæ.

10 20 30

sedem

ſedem habens Metenſem: Theodericus accepit regnũ in Burgundia, ſedem habens Aurelianis. Adde quæ P. Aemilius ſcribit: Conuẽnit autem, ut imperiũ Theoderici ad Oceanum uſq; Ligeri flu. terminaretur: Theoberto accederet quidquid Franciæ, Iſaræ, Sequanæq;, itẽ Oceanum uſque interiacet. Iſara Belgicus flu. in Sequanam influit: & quæ ſequuntur. ubi docet, Brundehilde auia incentrice bis pugnatũ inter fratres fuiſſe: ad Stampas primùm, ubi Bertoaldus dux occubuerat, fugientibus Auſtraſianis: deinde ad Tolbiacum in Vbijs, interfecto quidem Protaſio Burgundiæ præfecto, uictoriam tamen penes Burgundos ſtetiſſe, occiſo Theoberto ſecundum quoſdam Coloniæ, ſecundum alios uerò Cauillonum in cuſtodiam tracto, filijs eius occiſis, ut dictũ eſt: & quarto, qui caſum belli in Campania renouauerat, Colonienſium fide ſeruato, & in exilio aliquandiu in Oſtrofrancia latente. à quo quoniam Auſtriadum genus deriuamus, Capite proximo plura ex fide hiſtorica dicemus, ſtylo ad CHLOTARIVM conuerſo, octauũ Auſtriæ regem, quem dictum eſt ſub tutela fuiſſe Guntrami regis Burgundiæ patrui ſui: & illo defuncto pro regno Burgundiæ cum Childeberto, propugnante matre Fridegunde, ferè puerum bello decertaſſe, uictoremq; ueneno haud ita multo pòſt tẽtaſſe, matre artifice, poſtremò etiam necaſſe, filijs profligatis, Theoderico & Theoberto: qui poſtea tamen mortuo Chlotario, regna paterna iterum recuperarũt, cum Lotharius puer 4 menſium, ex Fridegunde natus, Chilpericum patrem amiſiſſet, à Lenderico maiore domus, adultero occiſum: ſuoq; auito regno Childeberto ueneno ſublato, & Childeberti filijs (ut diximus) profligatis, Auſtraſianum atque Burgundicum adieciſſet. Quibus iterum adultis Childeberti filijs priuatus anno gubernationis altero, aliquot annis paterno Sueſſoniaco contentus, poſtremò bello cadente Theoberto Auſtriaco, immiſsis ſicarijs à fratre uictore: ipſo quoq; Theoderico Burgundo haud ita multo pòſt auiæ Brundehildis inſidijs ex-

Octauus rex Auſtraſiæ.

tincto: & utriusque filijs partim occisis, partim profligatis, postremò gubernacula tam Austrasiani quàm Burgundici regnorum recepit, eaque ad annos usque trigintaquatuor plus minus uictor retinuit, cum regnasset post obitum patris apud Suesiones omnino annos quadragintaquatuor, ab anno scilicet salutis quingentesimo octuagesimosexto, usque ad annum sexcentesimum & trigesimum, prognatis ex Bertrude quadam, Dagoberto Austrasiano & Burgundiæ exterioris rege: ex Sichilde uerò Brunulphi comitis nata Ariberto, Suesionum & prouinciæ rege. à quorũ primo Austriæ regum ritè stemma deriuatur. Hinc Gregorius Turonensis, antiquissimus Francorum chronographus, scribit: His regibus mortuis, Burgundiones & Austrasij cum reliquis Francis pace facta, Chlotarium regem in totis tribus regnis in monarcham eleuauerũt. Rex uerò Chlotarius collecto exercitu in Burgundiam dirigit, Brundehildis quasi connubiũ accipere fingeret, ad se illam uenire rogauit, tanquam in pace. Illa uerò cultu regali ornata ad eum uenit in castro Tyroa. Qui cum eam intutus esset, dixit: Inimica Domini, cur tanta mala perpetrasti, & tantam genealogiam regalem interficere ausa fuisti? & coadunato exercitu Francorũ & Austrasianorum in unum, cunctis uociferantibus Brunehildẽ morte turpissima dignissimam esse, iubente Chlotario rege, in camelum leuata, & toto exercitu circumducta, ad ultimum, equorum indomitorum pedib. ligata, dissipatis membris obijt: sepulchrumq; eius ignis fuit, ossa ipsius combusta. hæc ille. Erat autem Brundehildis Anagildi Gothorum regis in Hispania nata, Sigeberti primi regis hoc nomine Austrasiani coniunx, quæ multos reges Francorum in pueritia ueneno sustulerat, & postremò proprios nepotes Theobertum Austrasianum & Theodericum Burgundum bello cruento commiserat, necatis pronepotibus Theoberti filijs, ipsoque nepote Theoderico Burgundo, quem prius in fratrem concitauerat, ueneno sublato: & cum Sigebertum

Theo-

Theoderici filium, non solùm in Austriano & Burgundico, uerumetiam Suesionico sublimare arte solita conaretur, immissis sicarijs qui Lotharium interficerent: Chlotarius funestra consilia armis præueniens, Theoderici Burgundici regis filios bello petierat. quibus acie uictis, Sigebertum & Corbum occîdit: Merouæum autem minimum natu monasterio Reychenauu in lacu Bodmanico conclusit: potitusque rerum in tribus regnis, uidelicet Suessioniaco, Burgundico

10 & Austriaco, talem in ijs administrationem inijt, qualem his uerbis P. Aemilius libro primo recenset: Chlotarius uniuersi regni potens, nihil antiquius duxit, quàm ut affectis rebus quies ab omni motu metuque daretur: aut exsatiato aut deposito in omnes odio, parentis uerius quàm regis animum induit, obliuionemque iniuriarum & præstitit & exegit. Austrasianis magistrum equitum rerumque administratorem dedit Radonem, uirum bello paceque bonum: Burgundionibus Varnarium, magni in eo-

Duces Austrasiæ & Transiurani sub Chlotario secundo.

20 rum, cum florerent, regnarent' que, aula nominis. Transiuranis uerò Herponem, sobolem eius Herponis quem Guntrami regis ducem ostendimus. Habitisque harum trium separatim gentium concilijs, quod è re dignitateque cuiusque esse uideretur, constituit. Hic est Chlotarius, qui filio suo Dagoberto ex Bertrude prognato, adolescenti etiamnum, tractum Arduennæ sub ducatus nomine: deinde uerò cum is Saxones uicisset, iam senio confectus, Austrasiæ etiam regnum commisit: uocatoque ab

Arduennæ ducatus exordiũ.

Habsburgensiũ principum orí go uera.

30 exilio Sigeberto, Theoderici quondam Austrasiæ regis, apud Coloniam Vbiorum; insidijs Theoderici Burgundiæ regis germani fratris; occisi, qui in Ostrofrancia aliquandiu apud Vuirceburgum latuerat, sub tutela Gundoaldi & Gotofridi propinquorum suorum; Herpone Transiurano duce factione Leudemundi Sedunensium episcopi ac Alathæi Bur-

 gundio-

gundionum nobilissimi occiso, ducatum eidem Transiuranum beneficio concesserat, unde Habsburgi principes ac Austriæ archiduces deriuamus. Idem quoque Lotharius Ansegiso (quem uulgus Chronographorum falso Anchisem appellat) Arnolphi Metensium episcopi, filij sui Dagoberti nutricij ac præceptoris nato, Brabantiæ ac Hasbaniæ ducatum gubernandum commisit: à quo Carolingi posteriores Francorum reges, qui imperium ex Germania in Italiam atque Pannonias Saxoniamque propagarunt, defluxêre, Pipino breui maiore domus apud postremum Childerichum authore, filio Caroli Martelli, nepote Pipini Crassi, & pronepote Ansegisi de quo loquimur, genitore aut Imperatore Caroli ex cognomento Magni: ut duas nobilissimas familias tum exortas, eisdem'que Chlotarij regis hoc nomine secundi auspicijs in orbem inuectas constet: Carolingorum uidelicet, unde Franciæ, Germaniæ & Boiariæ reges posteriores: & Habsburgensium, ex quibus Austriæ archiduces egressi sunt, Imperatoribus Romanis utraque in stirpe clari: Carolingi quidem nomine, Carolo magno, Ludouico Pio, Lothario monacho, Ludouico Lotharij filio, Carolo Crasso hoc nomine secundo in Imperio, Carolo Caluo hoc nomine tertio, Ludouico Balbo, Arnolpho, & Ludouico tertio hoc nomine Romanorum Cæsare: Habsburgensium uerò decem Rom. Cæsaribus insignes, Rudolpho Rhynfeldensi, Rudolpho Ergouiensi, Alberto Austriaco, Friderico Austriaco, Alberto Austriaco hoc nomine in Imperio quinto, Friderico quarto, Maximiliano, Carolo quinto hoc nomine in culmine Romanorum fascium, Ferdinando, & Maximiliano hoc nomine & in genere & in Imperio secundo, omnibus de Habsburgi principum & Austriæ archiducum stemmate defluentibus. Sed redeo ad DAGOBERTVM, siue Degenprechtum, à maiestate heroum sic nuncupatum uernacula Germanorum lingua, qui iam nonus in Austria Rhenensi regna-

Carolingorum regum ac impp. origo uera.

Carolingi quot Imperatores.

Habspurgenses quot Imperatores habuerint.

Nonus rex Austrasiæ.

gnabat. De cuius initijs Turonensis hæc refert: Erat autem Chlotario regi tunc filius nomine Dagobertus, puer efficax atq; strenuus, ad omnia solers, & uersutissimus: quem rex adultum unà cum Pipino duce in Austriam regnaturum direxit. Austrasij uerò & Franci superiores congregati in unum, Dagobertum super se regem statuunt. Copiosius rem hanc tractat ex uetustis annalibus Francorum P. Aemilius, libro primo Francorum historiæ, sic nominatim scribens: Chlota-
10 rius mortua Bertrude uxore, Sichildem nouercam superinduxit Dagoberto: Austrasiamque, nec totam, regnum dedit. Partem enim Arduennę syluæ à Remorum finibus, & quot terrarum ad Vosagum montem pertinet, retinuit. Filius Austrasianos trans Rhenum duxit: utque indolem suam patri gentique probaret, cum Berthario Saxonum duce, prouincias Francorum urente, pugnauit. Graue in capite uulnus accepit. Capillum cruore infectum Austrasiani ad patrem detulêre. qua ueluti regis insignis dehonesta-
20 ti fœditate conspecta, pater ira percitus, suorum habito delectu in hostem ruit: dato, ut fertur, præcepto, ut procerioris staturæ hostes ense quo quisque pugnaret, æquarentur. eo etiam in pugna exacerbatus, quòd nondum quinquaginta natus annos, sed iam ueluti extrema canicie, uetulum iumentum uocitari se ab hoste audiuisset. Berthariuss in acie cecidit, magna suorum strage. Chlotarius uictor domum regressus, auctusque ex Sichilde uxore filio Ariberto, ut quàm maximo posset pignore, neces-
30 situdineque totam domum inter se deinciret, sororem Sichildis Cometrudem Dagoberto nuptum dat: & quicquid reliqui Austrasiani regni erat, illi reddit: eò usque deinde filio deditus, ut omnia illi permitteret, indulgeretque. Arnulphus, sanctus uir, literis imbuerat Dagobertum, Rhodoaldumque amicum illi tradidit. Is tenui loco fortunaque ortus, ubi ad amplissimos honores beneficio Dagoberti peruenit, spiritus sustulit,

intolerabilisque Austrasianis erat: iramque ea ex re in se Dagoberto motam, ad Chlotarium fugiens, in praesentia euitauit, eiusque commendatione rediturum se in pristinum gratiae authoritatisque locum apud Austrasianos sperabat. haec illè. Hinc Rhodoaldo Treuiris in exilio occiso, Dagobertus iam rerum potitus in ducatu Austrasiae, ad Vangiones Erchonoaldum propinquum suum substituit, qui coenobium sanctae Genitricis in Berona fundauit. de quo Turonensis haec obiter commemorat: Eo tempore defuncto Gundoaldo inclyto, Dagobertus rex Erchonoaldum, uirum illustrem in maiorum domatu constituit. Erat autem filius Pipini senioris, qui ex duce Hasbaniae, apud Theodericum regem illum, qui fratrem Theobertum Austrasianum occiderat, maioris domus officio perfunctus fuerat: non Ansegisi ducis filius, qui posterius sub Theoderico tertio floruerat anno septingentesimo. Qui denique Erchonoaldus dux Austrasianus & maior domus apud Dagobertum regem, fratres alios habuerat ex Plectrude, siue potius (si gentiliter pronunciare uelimus) Playchtrude, à blanco colore qui Blaych Germanis est: Grymoaldum Campaniae principem, & postea maiorem domus apud Childebertum secundum: & Carolum cognomento Martellum, Austriae ducem, & maiorem domus sub Theoderico tertio, & Childericho item tertio, quem ex monacho Daniele nomine Francorum regem creauerat. Sed ut reuertar ad Dagobertum Austrasiae regem nonum, referunt de eo authores, quòd religiosus cum primis rex extiterit. ac cum sancti Dionysij prope Parisios illud opulentum monasterium posuisset, Surburgense quoque, Vueissenburgenseque in Austrasia coenobia, episcopatumq; Bormatiensem in Vangionibus primus auspicatus est, Argentoracensi sede quae corruerat reuocata, cui sanctũ Arbogastem antistitem dederat: qui filium illius Sigebertum in uenatione aliquando, in insula

Duces Austrasiae sub Dagoberto.

ſula Rheni Nouietenſi, miraculo ſanctorum Valerij & Materni, Petri apoſtoli diſcipulorum, clara, ab apro occiſum, precibus ad Chriſtum fuſis uitæ reſtituerat. à quo euentu inſulæ nomen manſit, ut ab regis interfectore Ebershaymmunſter diceretur: ubi poſtea Atticus, eiúſque filius Adalbertus abbatiam, aſſentiente Theoderico tertio Auſtriæ rege, conſtituere. Hinc Turonenſis Dagoberti religionem commemorans ſcribit: Succedente tempore mortuus eſt Chlotarius rex ſenex, regna
10 uitque annis quadragintaduo. Regnumque eius Dagobertus rex, filius eius, in monarchia totis cum tribus regnis ſagaciter accepit. Fuitque ipſe Dagobertus rex fortiſsimus, enutritor Francorum ſeueriſsimus, in iudicijs eccleſiaſticis largiſsimus, literis eruditus, timens Deum, ſacerdotum magnus munerator, pauperibus eleemoſynam tribuens, benignum ſe omnibus & pietate plenum demonſtrabat. Nam gubernabatur à ſancto Arnolpho Metenſi epiſcopo, qui antea maior domus fuerat, filius quoque maioris domus Anſegiſi. Et
20 ſubdit, obitum oſtendẽs: Anno ſedecimo regni ſui Dagobertus profluuio uentris moritur, ſepultusque eſt in eccleſia ſancti Dionyſij, quam ipſe primus condignè ex auro & gemmis, multiſque precioſiſsimis ſpeciebus ornauerat. Huius Dagoberti, eiusque filiorum Sigeberti ac Chloduichi mentionem etiam Rhegino Prumienſis facit in libro Chronicorum ſuorum, cum de anno ſcribit ſexto & ſecundo: Dagobertus rex Metis ueniens, in conſilio principum ac procerum filium ſuum Sigebertum in regno Auſtriæ ſublimat, eúmque
30 que Chuniberto epiſcopo Colonienſis eccleſiæ, & Pipino duci commendat. Sequenti anno ei filius natus eſt, cui regnum Neuſtriacum atque Burgundiæ dandum poſt ſuum diſceſſum nominauit. In eandem ſententiam & Turonenſis ſcribit, multo antiquior chronographus: Eo tempore defuncto Gundoaldo maiore domus inclyto, Dagobertus rex Erchonoaldum uirum illuſtrẽ in maiorũ domatu conſtituit. Habebat aũt prædictus

Aemilius Cometrudem uocat sororē Sichildis secundæ Dagoberti cōiugis.

dictus rex ex regina sua Bathilda, de genere Saxonum, filios duos, Sigebertum & Chlodouæum. Sigebertum autem seniorem filiū in Austriam unà cum Pipino duce direxit, Chlodouæum autem seniorem secum retinuit. Idem ferè de obitu Dagoberti regis refert Annonius, alter Francorum scriptor uetustus: Post hęc Dagobertus febre ualida correptus, ęgrotans mortuus est, Spinogilo uilla in pago Parisiacēsis urbis, in basilica beati Dionysij martyris sepultus. planxeruntq; eum Franci diebus multis. regnauit autem annis 44. Franci uerò 10 constituerunt supra se regem Chlodouęum, filium eius. accepit autem uxorem de genere Saxonū, nomine Bathildam, pulchram, omniq; ingenio strenuam. Post hæc autem Sigebertus rex Austrię Pipino defuncto, Grymoaldum filium eius in maiorum domatu constituit. hæc ille. Ex quibus apparet, decimum Austrasiæ regem extitisse SIGEBERTVM hoc nomine secundum, cuius P. Aemilius quoq; meminit in suis Francicæ historię Commentarijs lib. 1. Necesse fuit Dagoberto suam Austrasianis regiam addere, uti cum Transrhenanæ pro- 20 uinciæ Austrasianis attribuerentur, tanquam pro domesticis opibus gloriaq;, maiori animo constantiusq; in Slauos bellarent. deditq; illis regem Sigebertum maiorem filium, & eum in Austriam cum fidis amicis misit. Sub hoc igitur maiorē domus cum egisset Pipini Crassi filius Grymoaldus, generi suo studens, simulatq; herus suus fato concessisset (id quod annum circiter contigit 656, cum uix annos decem Austrasiam gubernasset) pulso legitimo rege, heri filio Dagoberto, filium suum Childebertum sufficere conabatur. Hinc illud est Tu 30 ronensis: Decedente uerò tempore, defuncto Sigeberto rege, Grymoaldus filium eius paruulum nomine Dagobertū totondit: Dodonéq; Pictauiensis urbis episcopum in Cociam peregrinādum direxit, filium uerò suū in regno constituit. Porrò Sigebertus rex duo bella gessit: alterum cōtra Slauos Vuyndos, qui Transrhenanas prouincias rapinis uexabant: eosq; Saxonum auxilio

Decimus rex Austrasiæ.

uicit,

uicit,quibus propterea in annũ 500 boum tributum remiserat.quod cum pendere altero anno itidem nollẽt, Radulpho regi ipsorũ bellum fecit, eumq; unà cum Turingis obsequiũ detrectantibus fortißimè uicit. Idem Sigebertus rex Austrasiæ,Iudæos omnes qui Christũ noluerant profiteri, Francia expulit. diciturq; tantà luxuria fuisse,quòd scortorũ agmina post se traheret,& formosarum collegia instituerit. Quod cum S.Amandus reprehenderet,in exiliũ actus fuit. Sunt uerò alij ex An-
10 nalibus,qui hunc regem à iusticia cõmendant: & quòd uicinarũ gentium amicitiam quærens, suis longam pacem recuperasset, fœdere icto, cum Ildicailde Britonũ rege: à limite præterea Austrasiæ altero Auares Slauos ac Toringos cùm muneribus, tum armis prohibuerit. Moritur decimo regni sui anno, in suburbano Parisiensi,ad S.Vincentium conditus. Cuius filius Dagobertus hoc nomine secundus,raptus à maiore domus Grymoaldo Pipini filio, detonsusq;,in monasteriũ compulsus est. Ac licet idem filiũ suum Hildebertũ ex Theode-
20 synda filia Ratbodis Frisonum principis, in regno Austrasiæ Grymoaldus sublimare conaretur: tamen Austrasianis resistentibus,nec possesionem regni filius cõsequi potuit:& pater comprehensus,Chlodouæo Parisiensi regi, Sigeberti Austrasiani fratri germano traditur.Vnde scribit Sigebertus Francorũ historicus, de anno 657:Grymoaldus maior domus, domino suo Dagoberto,Sigeberti filio, attonso per Dodonem Pictauien. episcopũ,in Scotiam directo,Hildebertum filium suum fecit Austrasiorum regem. Franci autem dolẽtes super
30 infidelitate Grymoaldi, captum eum præsentant Parisijs,iudicio Chlodouæi. quem Chlodouæus uinculatũ, amara in carcere fecit morte consumi:filiumque suum iuniorem Childericum regem fecit Austrasiorum. Hic est CHILDERICVS, undecimus iam Austrasiæ rex,à quo Ioannes Stabius, Maximiliani quondam Imp. Historiographus,Habsburgensium gentem frustra deducere conatur: cum constet hunc Childericum mox

Vndecimus rex Austrasiæ.

factione Austrasianorum principum interfectum, fratres ordine suos Chlotarium & Theodericum in regno Austriæ habuisse successores. Scribit enim Turonensis: Hæc uidentes Franci, ira magna commoti, Ingebertus uidelicet & Amelbertus, & reliqui maiores natu Francorum, seditionem contra ipsum Childericum concitabant. Bodilo super eum cum reliquis insurrexit, insidiansque regem interfecit, unà cum regina eius prægnante. Vuolfoaldus quoque per fugam uix euasit, in Austriam reuersus. Franci autem Lendesium filium Erchonoaldi in maioris domatu eligunt. Et rursus: Eo quoque tempore decedente Vuolfoaldo de Austria, Martinus, & Pipinus iunior filius Ansegiseli, quondam decedentibus regibus dominabantur in Austria. Vnde apparet, quo tempore Dagobertus secundus attonsus à Grymoaldo, in monasterium trusus fuerat, Childerico Chlodouæi Parisiensis filio Sigeberti hoc nomine Austrasiani secundi, in Austria regnante, duces Vangionum fuisse qui Austriæ quoque principes uocabantur, Vuolfholdum, Lendesium, Erchonoaldi filium, Martinum, & Pipinum Martini fratrem, Ansegisi filios. Quorum occisis Ebroymi cuiusdam factione Vuolfholdo & Lendesio, ipsoque Ebroymo ob scelera cœnobio Luxouien. concluso, & postremò ab Ermenfrido interfecto, maioris domus officium ad Pipinum Crassum relatum fuit, qui Pipini senioris Austriæ ducis sub Dagoberto primo ex Begga filia nepos fuerat. Vnde in antiquo Annalium codice hæc nominatim uerba leguntur: Anno DCC, Pipinus filius Angisi dux Francorum, post mortem Vuolfholdi ducis, partem Austriæ regebat, obtinuitque regnum Francorum per annos XXVII, sub regibus Hloduicho, Hiltiberto & Dagoberto. moritur anno secundo Anastasij Imp. qui est ab incarnatione Domini 714. Hic author etsi in numero annorum impegerit (nam multo antiquior Anastasius Imp. ante plures quàm centum annos, authoribus tam Agathia quàm Turonensi) Chlodouæo

Duces Austriæ.

douæo magno,& qui primus sacro fonte perlutus fuit, bracteam legitur tunicam cum titulo Proconsulatus misisse: tamen in rerum gestarum serie fidem non excessit, quòd Pipinum Austriam gubernasse sub regibus, Hlodouico uidelicet Parisiense rege, qui filium Childericum Austrasianis regem dederat) Hildeberto Grymoaldi filio exauctorato. Quo tempore & Dagobertus hoc nomine secundus, Sigeberti item secundi filius, & Dagoberti primi nepos, uixerat: quem dictum
10 est attonsum à Grymoaldo maiore domus cœnobio conclusum fuisse. Sic igitur cum paruo tempore Childerichus Chlodouæi Parisiensis filius, rerum in Austrasia potitus fuisset, interfectus uidelicet à quodam Bodilone, factione Amelberti & Ingeberti, successorem habuit fratrem Chlotarium, hoc nomine in familia tertium: & cum nec is multis annis superuixisset, seniorem fratrem THEODERICVM nomine, tredecimum iam Austrasiæ regem. Vnde P. Aemilius libro primo Francicæ historiæ, ita nominatim loquitur:

Duodecimus rex Austrasiæ.

Tredecimus rex Austrasiæ.

20 Mortuo Sigeberto rege Austrasiæ, anno regni sui undecimo, Grymoaldus Ildebertum regem salutat: eiusque causam, non adoptionis modò iure, sed armis etiam tuetur, Dagobertumque attonsum ad amicos in Scotiam ablegat. Erchenbaldus prælio Ildebertum occidit, Grymoaldum captum Luteciam ad supplicium misit. Childericus, trium Chlodouæi Francorum regis filiorum ætate medius, Austrasianis rex datur. Chlodouæus pater sextodecimo regni sui anno decessit. Chlotarius stirpis maximus, quatuor deinceps regnat annos,
30 nulla re nisi (quod præcipuum est) festa pace nobilis. Ebroynus, mortuo Erchenbaldo, ualida factione subnixus, quòd si Chlotarij defuncti fratrem Childericum Austrasiæ iam regem, Franciæ quoque regem appellaret, arbitrium rerum ad Vuolfoaldum Austrasianorum equitum magistrum peruenturum: eo præterito, Theodericum fratrem eius natu minorem, regem Franciæ salutat, ab illo magister equitum dictus. Causa infe-

ſa inferior, armis etiam uictus, ipſe in Burgundiam ad Luxouienſe cœnobium tondendus ablegatur. Theodericus depoſitis regijs inſignibus, ad Dionyſij Pariſiorum ponere comam cogitur. Eadem ſcribit Annonius, antiquus Francorum chronographus: In his diebus Chlotarius puer obijt, regnauitque annis quatuor. Theodericus rex Francorum frater eius eleuatus eſt: Childericum alium fratrem in Auſtriam, una cum Vuolfhaldo duce, regnum ſuſcipere dirigunt. Eo quoque tempore Franci aduerſus Ebroymum ſe præparant: ſuper Theodericum conſurgentes, eum de regno eijciunt, crinesque capitis amborum ui abſtrahentes abſcindunt. Ebroymum Luxouio monaſterio in Burgundia dirigunt, & in Auſtriam pro Childerico mittentes. Adde quæ de morte Childerici, & quot annos rerum in Auſtria potitus fuerit, Aemilius ſcribit: Childericus ingenti mortalium aſſenſu regnum iniuit, magnaque expectatione ſpem de ſe conceptam fefellit, ſuperbè ſæueque imperitans: cum in ſe odium popularium accendiſſet, clariſsimis uiris Vigoberto & Amelberto authoribus mota ſeditione. Bodillus, quem è Franciæ nobilitate palo alligatum uirgis cæciderat, eum inter uenandum adortus occidit, duodecimum regnantem iam annum. Ac ne uindex exoriri poſſet, reginam Blithildem uterum gerentem continuò interemit. Vuolfoaldus magiſter equitum fuga in Auſtraſiam ſe proripuit. hæc de exitu Childerici, duodecimi regis Auſtraſiæ. Cui etſi Theodericus frater ſucceſſerit, tamen deſinente paulatim Auſtraſiani regni maieſtate, nominetenus magis ex Pariſijs regnum illud longè uetuſtiſsimum per duces Francorum reges de Merouingis reliqui adminiſtrauêre. Quorum primus Lendeſius, Erchonoaldi maioris quondam domus Francorum ſub Dagoberto filius, publico Auſtraſianorum conſenſu electus, ac Vuolfhaldo ſuffectus, paulo pòſt inteſtinis bellis ſæuientibus, cum tota regum Francorum authoritas concidiſſet, ab Ebroymo tyranno

Auſtraſiæ duces poſtremi.

tyranno, qui maioris domus apicem sub Childerico rege ferè postremo Austrasianorum inuaserat, occiditur. Vnde Aemilius scribit: Sed neque uiribus neque dignitate æquare Lendesium facile erat, qui regem in potestate, gazamque haberet. Et subdit, cum Ebroymum ex cœnobio euasisse, gubernaculaque rursus consecutum fuisse narrat: Cum delectißimis igitur equitum, & uelocißimis peditum sub noctem iter ingressus, Isaram flu. cęsis custodib. uado transmisit, hostesq; inopinantes op-
10 pressit. Gaza capta, rex ęgrè effugit. mox ultrò citroque cōmeantib. legatis, se Ebroymo cōmisit, magistro equitum ab se dicto, & periculorū socio. Is receptū reuerentißimè habuit. Qua simulata clemētia adductus Lendesius, fide accepta, ad eū in colloquiū descēdit: quasi duo magistri equitū ęmuli incruentius, q̄ duo de regno cōtēdentes, sanctè colloqui paciscíq; possent. Medio in colloquio, trucidaſ. Ita sublato aduersario, Ebroymus unus reb. regiq;, quādo ad id uentū erat, pręerat, sęuiebatq; in eos quos sibi in calamitate insultasse sentiebat. hæc ille.
20 Ille est Lendesius, cuius filius Attico postea, partē austrinam Austrasiani regni, à fœcunditate Edelsasiā nominatam, quę modò Alsatia dicitur, beneficio Francorum Austriæq; regum, ac pręcipuè Theoderici, de quo loquimur, accepit: pater S. Otiliæ, & Adelberti ducis, qui Nouietense cœnobium iterum desolatum reuocauerat: pater Mazonis Burgundiæ regis, Eberhardi ducis Alemanię, fundatoris cœnobij Murbacēsis in Alsatia: & Luytfridi Sundgouiæ comitis, qui ab Habsburgensibus adoptatus, gentem, ne concideret, seruauit. Lendesio uerò insidijs Ebroymi ita è medio sublato, etsi Martinus
30 frater Pipini in ducatu Austriæ successerit, eisdem tamen insidijs ab Ebroymo interficitur, quod sanctè pepegerat ad reliquias sanctorum uiolato iuramento. Cui Ermenfridus est subrogatus, Ebroymi tyranni interfector. Et huic rursus Vuaratto, à filio Ebroymi Giselmaro ducatu Austrasiano pulsus: rursus´que restitutus, generum Bertarichum in ducatu successorem

Duces Edelsasiæ.

 reliquit,

reliquit, ob tyrannidem: & quòd ſanctum Rutbertum Borbetomagenſem epiſcopum, Boiorum apoſtolum, nullis cauſis exilio mulctaſſet, à Pipino Craſſo Angiſi Brabantiæ & Hasbaniæ ducis filio, dominio exutum. Qua de re P. Aemilius hæc obiter adnotauit, cum Martini Auſtriæ ducis necem recenſet: *Sic diuos eludens hoſtem improuidum excepit, interemitque, cæde hoſtium ſitim domeſtici cruoris accendens, donec ab Ermenfrido è Francica nobilitate per inſidias interimitur. Vuarratto uir clariſsimus, equitum magiſter dictus, pacem cum Auſtraſianis iunxit, non diuturnam, à filio Giſelmaro: mox principatu deiectus, imperandi libidine iura naturæ numinisque permiſcente. Quando extincto ſcelerum authore Ebroyno, exemplum tamen manebat: cum Giſelmarus intra paucos dies leuibus prælijs expertus, ac uniuerſa iam mole belli Auſtraſiam euertere cogitans deceſsiſſet: Vuarrattone reſtituto, fida pax renata eſt: ſed & hæc perbreuis. Mortuo Vuarattone, Bertharichus eius gener, magiſter equitum dicitur: & in Auſtraſia amiſſo Martino rerum arbitrium ad Pipinum delatum eſt.* hactenus ille. Vnde manifeſtum euadit, Francorum regum ignauia, Auſtriæque ducum ac maiorum domus ambitione, atque inteſtinis exinde bellis exortis, nobiliſsimum quondam atque longè uetuſtiſsimum Auſtraſiæ regnum, non ſolùm in anguſtias redactum, ſed paulatim imminutum, & cupidine malorum ſubdiuiſum, in ruinas concidiſſe, cum nulli amplius Auſtraſiæ reges, ſed nec duces ferè ſupereſſent: & ſancti Arnolphi proſapia, actis ex religione ſyncera bellique ſtudijs radicibus, cœpiſſet & in Auſtraſiæ regno, & Francorum monarchia, authoribus duobus Pipinis, Caroloque Martello, rerum potiri. De quorum Pipino primo, ſenioris ex Begga filia nepote, hoc eſt Anſegiſi ducis Hasbaniæ filio, Annonius, perantiquus Francorum chronographus, hæc adnotauit: *Succedente quippe* tempo-

Auſtraſiæ regni ruina.

Pipinus ſenior cognomento Craſſus, dux Auſtriæ.

temporum curriculo prædictus Vuaratto defunctus est: fuitque ei matrona nobilis ac ingeniosa, nomine Anseflidis. Franci uerò in diuersa tendentes uacillabāt. Interea Bertharium quendam, statura pusillum, sapientia ignobilem, consilio inutilem, in maiorum domatu oberrantes statuunt. Francis inter se diuisis, Pipinus ab Austrasijs consurgens, commoto hoste quàm plurimo, contra Theodericum regem & Bertharium aciem dirigit. Conuenientibus igitur ad prælium in loco nuncu-
10 pato Tetricio, & illis inter se dimicantibus, Theodericus rex unà cum Berthario maiore domus terga uerterunt: Pipinus quoque uictor extitit. Sequenti itaq; tempore ipse Bertharius ab adulatoribus occisus est, instigante Anseflede. Post hæc Pipinus Theoderico regi cœpit esse principali regimine maioris domus: thesaurisque acceptis, Nordbertum quendam de suis cum rege dereliquit, ipse in Austriam remeauit. Erat autem Pipino principi uxor nobilissima & sapientissima, nomine Plectrudis, quæ genuit ei duos filios, nomen maioris
20 Drogus, iunioris aut Gyrmoldus: obijtque Theodericus rex, cum regnasset annis nouendecim. Chlodouęus filius eius puer, regalem sedem accepit, ex regina nomine Bathilda progenitus: mortuusque est, & regnauit annis duobus. CHILDEBERTVS frater eius, uir inclytus, in regnum statutus est. Mortuus est & Nordbertus, & Grymoldus principis filius iunior in aula regis Childeberti maior domus effectus est: qui ex concubina genuit Theodoaldum. Sub eodem ferè tempore Drogus filius Pipini mortuus est. Habuitq; Pipinus
30 prętatus princeps filium ex alia uxore, nomine Carolū, uirum elegantem, egregium atque utilem. Tunc quoq; bonæ memoriæ gloriosus dominus Childebertus, rex iustus, migrauit ad Dominum: regnauitque annis septendecim, sepultus Cauciaco monasterio, in basilica sancti Stephani protomartyris: regnauitque pro eo Dagobertus puer filius. hęc ille. Is DAGOBERTVS, hoc nomine in genere tertius, cùm uix quinque annis

Decimusquartus rex Austrasie.

Decimusquintus rex Austrasie.

annis regnasset, successorem reliquit Chilpericũ, quartum hoc nomine, ex clerico nomine Daniele à Reginfrido & Theoaldo ducibus Austrasianis sublimatum, de quo posterius dicemus. Etsi autem & Dagobertus filium progenuisset Theodericũ cognomento Calam, à monasterio appellatum, in quo educatus fuerat: is tamen, intermedijs Chilperico, de quo dictum est, clerico, & Chlotario quarto, ad gubernacula peruenit, & Childpericum postremum reliquit Merouingorum generis Austrasiæ regem, à Pipino tertio, Caroli Martelli filio, 10 & Magni parente, cœnobio S. Emeranni apud Ratisponam, iussu Stephani pontificis Rom. concluso. Cuius auus Pipinus, de quo loquimur, maior domus sub Theoderico tertio, Chlodouæi Parisiensis regis filio, eiusq; in regno Austrasiæ successore Childeberto, dux Brabantiæ cõstitutus, cum Ratbodem Phrisiæ principem gentilem acie uicisset, Traiectensem primus cathedram in Holandia posuisse legitur, primo antistite Vuillebrodo constituto, circa annum salutis DCCLI: cum ex duabus uxoribus, Plectrude, Grymoaldi Boiorum ducis apud 20 Fruxinũ nata, fundatrice cœnobij Nidermunster in Batauia Boiariæ, tulisset Grymoaldum maiorem domus sub postremo Childeberto, & Drogonem Campaniæ ducem: ex Adelhaide uerò Dodonis episcopi sorore, Carolum quem cognominant Martellum, Austrasiæ Burgundięq; ducem, uictorem Saracenorum, Frisiorũ, Saxonum, Sueuorum & Boiorum: & ut quidam Annales adnotarũt, filiam Leoni Constantinopolitano Imp. nuptam. Cuius filius CAROLVS cognomento Martellus, ut diximus, liberatus è custodia nouercę Plectrudis, qua Coloniæ aliquandiu pressus fuerat, eluso Theoderici regis Parisiensis imperio, atq; profligato Reginfrido, Austrasiam suæ ditioni subiecit, regio tantum titulo præterito, rerum eo in regno Transrhenanisq; omnibus potiri cœpit. de quo Annonius breuiter hæc adnotauit: Succedente uerò tempore, iterum rex Chilpericus cum Reginfrido, milite collecto, Arduennã syluam ingres-

Decimussextus rex Austrasiæ.

30

ingreſſus uſque Rhenum flu. & Coloniam ciuitatem peruenerunt, uaſtantes terram: theſauroque multo à Plectrude Pipini accepto, reuerſus eſt: & à Carolo in eos irruente, in loco qui dicitur Amblaua, maximum perpeſsi ſunt diſpendium. Eodem quoque tempore prædictus uir Carolus, exercitu commoto contra Chilpericum & Reginfridum conſurrexit: contra quem illi hoſte collecto, bellum præparantes accelerant. Sed Carolus pacem fieri poſtulat. illis autem contradicen-
10 tibus ad prælium egreſsi ſunt in loco nuncupato Vinciaco, Dominica die illuceſcente, ſeptimo Kalendas Aprilis, in Quadrageſima: & illis fortiter bellātibus, Chilpericus cum Reginfrido terga uertit: Carolus uictor extitit, ac regionibus illis uaſtatis, cum multa præda in Auſtriam reuerſus, Coloniam ciuitatem uenit, ibique cũ Plectrude matrona nouerca diſceptauit, theſauróſque patris ſui ſagaciter recepit, regemq́ue ſtatuit Chlotarium nomine. Idem de Caroli uirtute, quòd non ſolùm Auſtraſiam, ſed finitimas quoque regiones, Bur-
20 gundiam præcipuè, Saracenis inde profligatis, & Friſiam, Ratbode rege debellato ſuæ ſubiecerit ditioni, peruetuſtus Annalium author refert his uerbis: Anno ſeptingenteſimo decimoſexto, Carolus uictor regrediens Coloniam uenit: receptiſq́ue à Plectrude theſauris patris ſui, regem conſtituit Chlotarium, nomine, non poteſtate. Hilpericus & Reginfridus auxilio Eudonis ducis Aquitanorum inſtaurata acie, à Carolo rurſus ſuperantur. Anno ſeptigentenſimo decimonono, Carolus ad Eudonem mittit: & Chilpericum, qui ad eum con-
30 fugerat, recipit. Quo tempore Chlotarius rex mortuus eſt. Mortuo quoque Chilperico, Carolus Theodericum in ſede regni conſtituit, & Reginfridum perſequens, Andegauis ciuitatem capit. poſtea Saxones uaſtando uictor regreditur. Anno ſeptingenteſimo uigeſimoſecundo, Carolus Alemannos & Boiarios armis ſubegit: tranſitoq́ue Ligere Eudonem fugat, uaſtata & incenſa regione illius, à quo Saraceni in auxilium uocati, cum

rege suo Abdiramo Garoimam Burdigalemque perueniunt, cunctis locis uastatis, & ecclesijs igne crematis, basilicam quoque sancti Hilarij Pictauis incendũt. Anno septingentesimo uigesimosexto, Carolus Sarracenis cum manu ualida occurrens, & auxilio Dei fretus, regem illorum cum infinita multitudine prostrauit, deuictisque hostibus cum triumpho regreditur: & Burgundiam petens, Lugdunum & ciuitates reliquas suæ ditioni subegit. Eudo dux morit̃, & Carolus Aquitaniæ prouinciam absque bello recipit. Anno 729, Carolus nauali euectione regnum Frisonum ingreditur, interfectisq; quàmplurimis, Popponem ducem eorũ interemit, subuersisque lucis & phanis uictor cum præda magna reuertitur. Anno sequenti, Saraceni collecto exercitu Auinionem urbem capiunt, & circumquaq; regiones deuastant. Carolus adsumptis armis urbem Auinionẽ obsidione uallat, instructisq; machinis capiens magnã Sarracenorum stragem fecit. Exin Gothorum fines penetrans, Narbonam obsidet, rege Sarracenorum intus incluso. At Sarraceni anno salutis 733 de Hispania audientes urbem obsessam, armati superueniunt. contra quos Carolus dimicans, regem cum populo usq; ad internecionem deleuit. Quo facto, regionem Gothicam cum Francis ingrediens, urbes famosissimas, Nemausum, Agaten, & reliqua capit, destructis muris earum usque ad fundamẽta. Et anno postea septingentesimo trigesimo septimo, regionem Prouinciã ingressus, Maurontiũ ducem qui dudum Sarracenos per dolum inuitauerat, fugere compulit: Prouinciamque totam, & cuncta maritima loca suæ ditioni subegit. Ita anno 740 pax & quies regno Francorum per Carolum redditur ad tempus, Gothis superatis, Saxonibus & Frisonibus subactis, expulsisque Sarracenis, & Prouincialibus receptis. Ad annum sequẽtem Carolus, anno regni sui XXVII, moritur Carisiaci, & apud sanctũ Dionysiũ sepelitur. Cuius filij Carolomãnus & Pipinus sub obtentu maioris domatus, Frãciæ regnũ suscipiũt, & inter se diuidunt.

Ex qui-

Ex quibus patet, etsi reges adhuc extiterint de gente Merouinga, qui Parisijs regiam tenebant nominetenus, Theodericus Cala à monasterio in quo nutritus fuerat cognominatus, Chlodouæus, & Childericus postremus, quem authoritate Stephani pontificis Rom. Pipinus filius Caroli Martelli cœnobio S. Hemeranni ad Ratisbonam incluserat: Austrasiæ tamen ac Burgundię regna subacta, iam à Carolo quem diximus Annalibus à Marte Martellum uocari, à rerum uidelicet gestarum
10 magnitudine Carolingorum genti uendicata, paucos ex ea reges accepêre: uidelicet Carolomannum primũ, Carolomannum secundum, Caroli magni fratrem, cuius liberos Magnus in comitatus misit: unde fortè Arduennæ ac Lotharici, & Lymburgenses Brabantiniquè duces prodierunt, de quibus superiori à nobis Capite dictum est. Porrò Carolus, de quo loquimur, cognomento Martellus, ex comite Namurcensi, dux Brabantiæ, & ex duce maior domus apud Chlotarium quartũ, & Theodericum itidem hoc nomine quartum ex co-
20 gnométo Calam, postremò profligatis ex Gallia & Burgundia Saracenis, compresſis Gothis in Hispania, Aquitania subiugata, submotis Frisonibus, Sueuis ac Boiarijs, rex Austrasiæ non quidem nominetenus, sed re & potestate constitutus, ex Schuuandehilde Odilionis Boiorum ducis filia procreauit Pipinum, ex Neustriaco ac Burgundico rege primum sui generis Francorum regẽ in Gallijs: Carolomannũ, ex rege Austrasiæ ac Germaniæ monachum Benedictinum in Soracte monte: Griphonem, comitem exterioris Burgundiæ, & XII comi-
30 tatuum in Neustriaco regno possessorem: Aegidium, archiepiscopum Rothomagensem: Grosgundum Metensem episcopum: Landradam, Hiltrudim, & beatam Adelagiam. Succesſitq; illi in Austrasiæ regno CAROLOMANNVS filius XVII. Qua de re Otto Frisingensis lib. 5. Chron. cap. 20. Pipinus & Carolomãnus primo in Aquitania contra Hunaldum eius prouinciæ ducem, procinctum monet: captoq; castello quod Lucas

Rex Austrasiæ decimusseptimus.

dicitur, in loco qui uetus Pictauis uocatur, regnum diuidunt: Carolomanno Austriam Alemaniam & Thuringiam, Pipino uerò Burgundiam & Neustriam prouinciam sortito. Meminit huius Austrasiæ regis & P. Aemilius libro secundo historiæ Francicæ: His tanta cum gloria rebus gestis, Martellus obijt, anno salutis septingentesimo primo & quadragesimo. Sex & uiginti annis rebus Francicis præfuit. Quatuor reliquit filios, Carolomannum, Pipinum cognomine Breuem, Aegidium Rothomagensium episcopum, & Griphonem. Carolomannus Pipinusque continuò in Aquitaniam exercitum duxêre, ne quid noui Hunoldus recenti ipsorum principatu agere moliriúe posset. In Pictonibus paternas opes inter se diuisere. Carolomanno Austrasia Transrhenanęq; gentes obuenêre. hęc ille de Carolomanno, Pipini regis Francorum fratre, qui renuncians mundi illecebris, nullis prognatis filijs, monasticen professus fuit: suffecto illi à Pipino rege, CAROLOMANNO altero filio proprio, decimooctauo & ultimo Austrasiæ rege, ut ex his uerbis P. Aemilij elucescit: Ea res effecit, ut maturius res diuiderentur: Carolo maiori Nouiodunum, Carolomanno Suessiones regiæ euenêre. Carolo Aquitania contribuebatur, Transrhenanæ nationes Carolomanno parebant. Et subdit de huius filijs, posthac à Carolo magno in comitatus missis: Carolus mortuo, cum iam tertium regnaret annum, fratre, proceres regni eius ad se ultrò uenientes, regemque se unum omnis Galliæ salutantes, benignissimè excepit: amplissimisque uerbis collaudatos, muneribus etiam prosecutus, in Vangionibus rursum conuentum habuit. exin Saxoniam ingressus, Eresburgum nobile oppidum expugnauit: duodecimque obsidibus acceptis, in Franciam reuersus, Hildegardem, principem Sueuæ nobilitatis uirginem, uxorem accepit: pacatisque omnibus, cogitationem rerum Italicarum suscepit. Berchta Carolomanni, cum duobus paruis ex eo liberis, comite

Rex Austrasiæ decimusoctauus, & ultimus.

Audo-

Audomaro, summæ tota Gallia dignationis gratiæque uiro, ad Tassilonem Bauarum, & cum in eo plus animorum quàm uirium cerneret, ad Desiderium regem Longobardorum se contulit. Et rursum, cum uictoriam Caroli magni de Longobardis, ipsorumque rege recensuisset: Ipse cum delecto equitatu Veronam proficiscitur, quò refugerat Adelgisus Desiderij filius, cum Carolomanni liberis, & eorum matre Berchta. Mulier se adolescentulosque aduenienti Carolo dedidit. Leui castigatione uerborum recepti, in Franciam missi, in honoreque habiti sunt. hæc ille, de postremis principibus nobilissimi ac longè uetustissimi Francorum in Austria Rhenensi regni, extincto Chloduicho magno, constituti. Nam quæ consecuta sunt tempora, abolito paulatim Austriæ nomine, & à Carolo magno subiugatis Pannonijs ac Norico attributo, quò uidelicet tum limes Francicæ ditionis extentus fuerat, nullos deinceps Austrasiæ reges ad Rhenum, sed uarios comites, Lotharicosque reges Mosam uersus, & qui ex his descenderunt duces Hasbaniæ, Brabantiæ, Arduennæ, Lymburgi, Lotharingios, Mosellanos, Transiuranos & Alsatiæ landgrauios exhibuêre. de quibus proximo capite ad fidem rerum dicetur.

CAPVT QVARTVM: DE DVCATV Transiurano, in quo Habsburgi comitatus: & posterius uersus interiora, Galliæ Salmensis, Salinarum, montis Belgardi, Pfyretarum, Vchtlandinus, Neuuburgensis, Sundgouiæ, Burgundiæque exterioris: uersus Rheni ripam uerò & Herciniam, Turegiensis siue Turocen. Kiburgen. Rhynfeldensis, Laufenburgensis, & Brisgouiæ siue Czaringensis, ad famam uenerunt: quibus omnibus Habsburgi principes rerum potentes fuêre.

DE ducatu Austriæ intra limites ueteris regni constituto, quod diximus gentilicio sermone ab orientali limite Francici Imperij Austrasiã & Austriã Annalibus & antiquioribus Chro-

nographis nominari, & in quo prima initia Habsburgen. principū indagauimus, superiori cap. prolixè ad fidē rerum locuti sumus. Quoniā uerò Transiurani ducatus sub imperio Burgundici regni existētis, uetustiores pariter Francorū historici, & ex his prȩcipuè Annonius & Rhegino Prumiensis, nomē subinde recēsent: principes in his Varnariū, duos Herpones, Aletheū, Fleucatū, Vuilibaldum ac Theotimum cōmemorantes: de hoc ut quædam etiam inseramus ex probatis autoribus, instituti ratio postulare uidetur: & eo quidē magis, quòd 10 primos Habsburgēses principes, beneficio Francorum regum non contemnendum in hoc agrum accepisse, autore Sigeberto exule, Theoberti secundi Austrasiæ hoc nomine regis, à fratre Theoderico Burgundo occisi, filio, proximo Capite dictum fuerat. Vt quemadmodum primordia hi ab Austrasiæ regibus repetant, ita ditionis atque Imperij exordia, in hoc de quo loquimur Transiurano ducatu, multi ex non indoctis etiam uiris quæsiuerunt, ea occasione inducti, quòd Lotharius secundus hoc nomine Carolingorum, Caroli magni pro 20 nepos, cui Lotharicum & Burgundiæ regna in diuisione cum fratribus Ludouico Imp. & Carolo obuenerāt, legatur passim in annalib. Hugoprechto abbati (subintellige Hugeshouen. in Vuilertal) ducatum maiorū suorū inter Iuram & montem Iouis restituisse, quòd eius sororem Thietbergā rex in matrimonio haberet: & quòd denique Auenspurgi primȩ arcis in Romarico monte, qui Iurassum montem à Vosago diuidit, rudera cernantur: & in diplomatibus antiquis cœnobiorum, prȩcipuè uerò Paterniaci in Burgundia, S. Trutberti in Hercinia, 30 & Hugeshouen in Alsatia, agri commemorentur sub Habensburgen. obsequio: quos cōstat in ducatu Transiurano cōprehensos fuisse, Turicensem uidelicet, Vchtlandinum, Sundgouiæ & Nordgouiæ. Non est autem ambiguum, ducatum istum à Iura monte, ut qui illum ab Austrasia separabat, nomen primitùs accepisse. Quem delineans Ptolemæus libro Geographiæ secundo, ca-

Iura mons.

do, capite nono, tabula Europæ tertia, in Galliæ Belgicæ descriptione: Latus autem (inquit) quod ad solis ortum spectat, à Rheno flu. terminatur iuxta magnam Germaniam, cuius caput gradus habet in longitu. XXIX. XX. in polari uerò eleuatione, XLVI. Ac etiam terminus qui à fronte est ad Alpes, qui uocatur mons Adulas, Iurassus mons gradus habet long. XXIX. XXX. eleuationem, quam latus orientale uersus Germaniam magnam. Et rursus cũ Argentuariam & Augustam Rau-
10 racum enumerasset: Sub his autem & Leucis habitant Lingones: & post montem qui ipsis subiacet, appellaturque Iurassus, sunt Heluetij. Eodem situ & Strabo hunc montem depingit libro quarto Geographiæ: Post Heluetios Sequani & Mediomatrices Rhenum accolunt, in quibus Tribochi, natione Germani, relicto natali solo, Rhenoque traiecto, sedes posuerunt. In Sequanis uerò mons est Iurassus, Heluetios Sequanosque discernens. Huc pertinent, quæ de Iura monte Cæsar refert, primo Gallicæ historiæ: In hoc eis fa-
20 cilius persuasit, quòd undique loci natura tuti Heluetij continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo: altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos & Heluetios: tertia, lacu Lemano & flu. Rhodano, qui Prouinciam nostram ab Heluetijs diuidit. Et iterum: Interea ea legione quam secum habebat, militibusque qui ex Prouincia conuenerant, à lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetijs diuidit, millia passuũ decem, murũ in altitudinem pedum
30 XVI, fossamq; perducit. Ab hoc igitur monte ducatus Transiuranus, siue Iuræ montis denominatus, ab ortu Rheno flumine qua Rauracos allabitur, & lacu Veneto (qui & Brigantinus, nũc Bodmanicus dicitur:) ab occasu uerò claudebatur his montiũ iugis quæ Burgũdiam, quam Altam uocant, à Sabaudia & comitatu Neuuburgensi, sequestrant, ubi sunt ualles ac montes in Burgundiam inclinantes, Gallici idiomatis incolas habẽtes,

Ducatus Transiurani tractus

La Spi-

La Spinal, Daual, Liage, S. Belgardi mons, & Fyreport. Supereſt in his ueteris nominis umbra in montanis illis editiſsimis, in ipſis Sabaudiæ & Burgundiæ confinibus, quem incolæ Francica lingua etiamnũ appellant Bons Pas, Iurayge. Septentrionalis uerò limes huius principatus, Romarico monte, Voſagi iugo, & Sequanis terminabatur: ubi eſt hodie Romerſperg, Sundgouia, Tolder tall, Munſtertall, Thurtall, & Lanſerambt, uſq; Baſileã: à meridie denique, ubi Iouis montem attingebat, qui hodie à S. Bernhardo nomenclaturã retinet, iuga ac ualles 10 agrosque continebat, Germanis cultas, Schuuartzenperg, Vchtlandiam, Bugſgouiam, Argouiam, Schyſgouiam, & Thurgouiam: ubi Auguſti, qui Othones ſecuti ſunt, aduocatiam Thuricenſem diſtinxêre, iuniori Sueuiæ principi conferri ſolitam. ubi ualles hodie ſunt Ementall, Burgentall, Murgentall, Langentall, Frichtall, Hapfertall, Stanstall, cum Vocetio mõte, Tacito etiam cognito: qui ad Arulam flu. prope Habsburgum nouã arcem, Betzberg uulgò dicitur, ſalubribus aquis famigeratiſsimus. In hoc præterea meridionali limite Tranſiu 20 rani ducatus, ante ſecula aliquot comitatus ab Auguſtis diſtincti fuêre, Vualiſchneuuburgenſis, Burgdorf, Pfyretis, Montis Belgardi, Tyerſteyn, Lenczberg, Rapolczuuil, Vuandelburg, Kiburg, Nidauu, Laufenburg, Rhyn felden, ~~Kuſſenberg~~, & alij: ubi ante patrum memoriam Heluetic͏ę originis gentes incolę, Habsburgenſib. quondam principibus ſubiectæ, ſe in libertatem uendicarũt, Cõfœderatorum pagi interiorales appellati, Schuuicz, Vri, Vnderuualden, Eynſidlen, Zug, Lucerna, Solodurum, Berna & Friburgum Vchtlandiæ. De quo duca- 30 tu, qui & Patriciatus uocabatur, & ſub Burgũdiæ regis imperio non minus quàm comitatus Prouinciæ ſubiectus fuerat, Annonius ſic refert libro 4, cap. 6. Igitur rex Francorum Chlotarius trigeſimo regni ſui anno, poſtquam regnare cœperat, patre defuncto, monarchiam regni adeptus, Varnarium, cuius inſtantia regnum Burgundiæ fuit adeptus, maiorem domus in ipſo conſtituit regno,

regno,dato ei sacramento,ne cuncto quo uiueret tempore successorem acciperet: Austrasijs uerò Radonem quendam,probabilis uitę uirum,eodem honoris gradu donatum,pręfecit. Vltraiuranis quoq; Erponem, genere Francũ,patriciũ instituit: qui dum quę pacis sunt diligeret,malorum deprimẽs nugacitatem,ab ipsis Pagensibus, instinctu Alathei patricij, & Leudemundi Sedunen.episcopi perimitur. Et rursus cap.39. E'quibus Flaucatus in Burgundiam transiens, cõmissa sibi munia impigrè curabat. Cuius restitit conatibus Vuilebaldus, Vltraiuranus patricius: qui generis nobilitate & opum affluẽtia sese extollens, despectui ducẽs illi subijci,aut eius parêre præceptis,&c. Extat porrò huius nomen prouincię & apud P. Aemilium, Francorũ historicum insignẽ,lib.1,cum Chlotarij II, gubernacula cõmemorat: Transiurani,ferox genus hominũ,Burgundionib. antè rerum potientibus attributi, & tunc sui propè iuris effecti,Herponẽ interemêre,uitia licentia temporum nata emendare conantẽ.Et Alatheus Burgundionũ nobilissimus,populariũ suorũ sensus non secutus, magnis apud Transiuranos opib.quòd autor extitisset Herponis occidendi,pœnas metuẽs,audendũ aliquid maioris rei est ratus. Huc pertinent quę de hoc principatu Rhegino Prumiensis scripsit,de anno Domini 859. Lotharius Hugoberto abbati ducatũ inter Iuram & montẽ Iouis cõmisit. Et Otto Frisingensis libro Chronic.6, cap.2. Non multis pòst diebus Carolus,qui Prouinciam in diuisione regni acceperat,moritur. Vnde inter Lotharium fratrem patruumq; suum controuersia oritur. Lotharius Hugoberto abbati,fratri reginæ, ducatum inter Iuram & montem Iouis concessit. Ac licet ducatus Iurę mõtis,siue Transiurani nomen sensim abolitum esset,cum uidelicet prouincia, detracta Burgundia, quæ à Iouis monte ad lacum Geneuensem excurrit,& in regni apicem noui euecta, in comitatu Burgundiæ quam Altam uocant, Vchtlandiam & aduocatiam Turicensem subdiuisa ab Augustis fuisset: tamen in seculorum

Ducatus Trãsiurani dissectio & immutatio.

ſupputatione, cùm Francici imperij ruinã enarrat Tritemius abbas, mentionem illius facit, cùm Sigeberti exulis hiſtoriã perſcribit, quem diximus, parente Theoberto Auſtraſiæ rege à Theoderico Burgundo occiſo profligatum, Colonienſium fide in Oſtrofrancia exulatum abiuiſſe. unde rectè nimirum unà cum Tritemio Habsburgen. principũ exordia, Auſtriadumq; deriuamus. Non eſt autẽ obſcurum, poſt funeſtã illam partitionẽ, quæ inter filios Ludouici Pij, Caroli magni nepotes facta ad Fontanas fuerat, Auſtraſiæ ac Tranſiurani ducatus non maieſtate ſolùm decreſcente, uerùm etiã nominibus paulatim obliteratis, nouam diſtinctionem Prouinciarum illarum, nouas etiã nomenclaturas exortas fuiſſe, parte Burgundiæ ſcilicet interioris Patriciatus prouinciæ adiecta, nouũ Prouinciæ regnũ conſtitutum fuiſſe. Qui autẽ Iuranus ducatus fuerat, Burgundiam alterã dictum eſſe, quæ poſterius Caroli magni ſtirpe deſinẽte, ab Auguſtis rurſus ſubdiuiſa erat, ut diximus, in Sabaudiam, comitatum Burgundiæ, Vchtlandiam, & aduocatiã Turicenſem. Quo in tractu noui comitatus paulatim emerſere, Neuuburgenſis, Montis Belgardi, Pfyretenſis, Ty[illegible]ſtaynenſis, Nidouienſis, Vrouburgenſis, Lenczbergenſis, Vuandelbergẽſis, Raperſuuilenſis, Kyburgenſis, Rhynfeldenſis, Habsburgenſis, nouus in Ergouia, Lauffenburgenſis, Vueyſſenburgenſis, Dokenburgenſis, & Brigantinus. Quas omnes ditiones conſtat ſub Habsburgenſium obſequio extitiſſe: manereque in hanc uſque ætatem ſub Auſtriadum fide, Habsburgenſium ſobole, non paucas. Vt appareat, corpus ducatus Tranſiurani, ut olim beneficio regum Francorum hi habuerint, ita poſterius partes nominibus diſtinctas à Germaniæ Auguſtis rurſus in poſſeſsionem accepiſſe. Idem uſuuenit Auſtraſiæ regno, ut ſub finem Capitis primi dictum eſt. Quod etſi à Lothario primo imperatore, qui illud in partem in diuiſione cum fratribus acceperat, Lotharicum nuncupatum fuerit,

uulgò

uulgò Lotreich: tamen cum & filij eum rursus tractum subdiuisissent in duas Lotharingicas prouincias, & pagum Alsatię abierat. Quarum utraq; posterius dissecta: interior quidem secus Mosam amnem, in Lotharingiæ ducatum, Arduennæ Brabantinumq́; principatus tanquam in partes distinguitur: exterior uerò ad Mosellæ utramq; ripam, in ducatus Lymburgensem, Mosellanũ & Luczenburgensem secta fuerat. Ita nihil est in orbe tam firmum, tam etiam potẽs, quin temporis progres-
10 su imminuatur atq; dissipetur. Et sic intelligitur P. Aemilius, libro tertio rerum Francicarũ scribens, cum funestam illam, de qua præfati eramus, fratrum diuisio nem commemorasset: A' cæteris motibus secundum Ludouici Pij Augusti obitũ, quies Galliam fouit ad quar tumdecimũ annum. Sub quod tempus Lotharius Augustus religione motus, seq; monachum professus, trib. filijs, Ludouico quam antea dederat Italiam, Augustiq́; nomen, Carolo Prouinciam cum altera Burgundiarũ, Lothario alteram attribuit: cum ea quæ Austrasia fue-
20 rat antea, tunc Lotharingia pro Lothario dici ab rege suo cœpit. Carolus Prouinciæ rex non diu superstes patri, munerique paterno fuit. eo mortuo, Ludouicus Lothariusq́; fratres, sine certamine illius opes diuisere. Ludouico Prouincia, quòd ea continens Italię sit, ac Transiurensis Burgundia euenit: reliqua Lothario, cui paulo longior uita dedecus attulit. Duobus episcopis regni sui authoribus, Guntario Agrippinensium, & Tetgaudo Treuirorum, cum uxore sua Thyetberga diuortium fe cit, quòd eam diceret ętate prouectam ac seram ad pro
30 lem suscipiendam, adulterij etiam arcessebat: idq́; corru ptis iudicibus, ac testib. coemptis facilè probauit: Vualdradamq́; florentissima ætate specieque egregia duxit. Admonitus à Pontifice maximo, perstabat in amentia. Episcopi, quòd connubium diremissent, è gradu dignitatis deiecti sunt, Lothario communione piorum inter dictum. Ad iram Pontificis deprecandam Romã profe ctus, in reditu decessit. Regna eius Caluus coniungere

m 2 sibi,

ſibi,ad Francorũ regnũ,& priſtinos terminos propagare conatus,ne duos ſimul Ludouicos,fratrẽ regẽ, alteriusq; fratris Augusti filiũ hoſtes haberet , propiorẽ Ludouicũ in partẽ fœdere icto recipit , diuiſa Lotharingia, alteraq; Burgundia,ut quis cuiq; locus opportunior erat. Et ſubdit:Nuper mortuo Lothario iuniore Auſtraſiæ rege,fœdus ictũ inter Frãcos Germanosq;,ut Burgundia Lotharingiaq; peręquè diuiderẽtur: nec fas eſſe,Ludouici regis, qui Caluum ętate anteceſsiſſet,filios patrueli hæreditate parteúe excludi.hęc ille.Poſt q̃ tẽpora faſcibus Imperij ad Saxones delatis,cũ cõtẽtio fuiſſet orta de ditionib. Lotharingię ac Burgũdię inter Imperatores, qui ex Saxonia ad rerũ ſummã adſciti fuerãt,Henricũ I,eiusq; filiũ Othonẽ I, & Francorũ reges ex Roberti magiſtri equitũ poſteritate,Hugonẽ magnũ,& Hugonẽ Capetũ filiũ,Carolo Simplice capto,qui à Carolingis deſcẽderat,eiusq; filio Ludouico in Anglia exulãte,bellũ atrox inteſtinũ his finibus flagrabat,uictoria nũc ad hunc nunc ad illũ inclinãte:utraq; rurſus prouincia ſubdiuidiẽ,nouosq; ſubinde principes accipit.Quæ cauſa fuit,ut tot uno ferè tẽpore & Lotharingię duces archiducesq;,& Burgũdię cũ reges fuerint,tum duces comitesq;.Quare ſcribit P.Aemilius lib.3, rerũ Frãcicarũ:In Lotharingię poſſeſsione Carolus permanſit(is erat Caroli Simplicis ex Ludouico exule nepos)ſed anguſtiorib.finib.deſcripta,q̃ antè fuiſſet. nõ cõtẽnenda enim pars hinc Agrippinen.illinc ſacrę Leodien.Eccleſię attributa eſt.Noui etiã poſtea magni nominis ducatus comitatusq; inſtituti ſunt,ex illius cuiuis regno ęquãdę regiõis corpore uelut mẽbra dirẽpti:Niuellę,Louaniũ,Bruxellę, Anduuerpia, nominatim Gerbergæ reginæ doti dicta erãt.Isq; marchionatus ſacri Imperij à Germanis appellari cœptus:q aliquãto pòſt Gotofrido Barbato Gerbergę cõſanguineo obuenit.hęc ille. Qui rurſus,cũ Giſelberti Lotharingię illius maioris principis,qui ob Gerbirgẽ Henrici I. filiã à patre Germano Cæſare in poſſeſsionẽ miſſus fuerat interitũ recẽſuiſſet,ut qui deficiẽs à fide ſororij Othonis I,cum Henrico Cæſare Germano, & Eberhardo Habsburgen.conſpiraſſet,in ipſo bello ſuffocatus Rheno flu.

flu.fuerat, subiũgit: Francus rex in Lotharingiã aduersus Othonis opes duxit, omniaq; ea parte metu cõpleuit: percurritq; ad Bresacũ usq;, Alsatię oppidũ. Henricus in leui pugna, uulnere graui accepto, cum in potestatẽ Othomanorũ peruenisset, necesse habuit cũ fratre miti indulgẽtissimoq; gratiã recõciliare. Giselbertus cũ Rheni trãsitu Othonẽ arcere conat̃, ipse rapiditate altitudineq; amnis submergit̃. Eberhardus ferro occubuit. Cęteri dilapsi, alij aliò: Frãcus rex (erat Robertus I.) affinitate cũ Othone iũ-
10 cta, Lotharingię spẽ amisit. Gerberga soror Othonis, quã Giselbertus in matrimonio habuerat, Frãco regi nupsit. Lotharigiæ ducatus Othoni comiti dat̃. Eo insequẽti anno mortuo, Chũrado Othonis Cęsaris genero tribuit̃. Aliquãto pòst in Chunradi defuncti locum suffectus Bruno, Othonis Cęsaris frater, insolẽter archidux Lotharingiæ appellat̃. Et rursus de Burgundię principib. cũ de Anno scribit 955, & morte Ludouici, Caroli Simplicis F. Reliqt liberos (subintellige Ludouicus) Lothariũ, Carolũq;. Hugo quoq; procreauit liberos, Hugonẽ cognomẽto Cape-
20 tũ, & Othonẽ, generũ successorẽq; Gilberti Burgũdionũ ducis: & Hẽricũ, Othone fratre mortuo futurũ & ipsum Burgundionũ ducẽ. Et iterũ de Chunrado II locutus: Chũradus Augustus per maiores suos Germanorũ Francorumq; nobilissimis familijs iunctus, nouã necessitudinẽ iniuit, filia Odoni comiti Cãpano in matrimoniũ data. Rudolphus Giselæ defunctę auũculus, Burgũdiæ rex salutatus, charitate erga Frãcos nemini cessit. Comitatus eius regionis illi parebat, ducatus Roberto duci, Roberti regis filio. Lotharingia Gothelonem, Gotofridi Arduen-
30 sis defuncti fratrẽ, ducẽ suũ habebat. Et quæ sequuntur.

CAPVT QVINTVM: DE PRIMO AVtore inclyti Habsburgensium principum generis: & quo potissimùm, primùm omnium agro hi gubernacula tenuerint.

HAS igitur omnes ditiones, quando constat Habsburgensium sobolem felicem, sub uno quidem primùm nomine Transiurani ducatus, posterius uerò dissecto corpore in mẽbra, uel ob sobolis multitudinem, uel accessione aliorũ cùm

exulum tum uasallorũ, sub diuersis appellationibus, in uerba accepisse: Austrasianorũ insuper originis extitisse, non solùm tot testimonia uetustissimorũ Chronographorũ, tam euidentes nominũ insigniorumq; similitudines confirment: ab exulib. deniq; regum Austrasianorum defluxisse comites illos, atq; ita in angustias redactos, inclytos quondam & potentes in Austria illa Rhenenses reges ac principes, à fide non abhorreat: à quibus aũt regibus, cum tot in Austrasia rerũ potiti fuerint, & quo euentu, quaúe fortunæ iniuria, ad res humiliores 10 delapsi sint, & cur ex Austrasiæ tractu in Iuram montẽ eiusq; conualles demigrarint, ibiq; demùm amisso titulo, ac nomine perdito principatus auiti, comitatib. angustis conclusi fuerint, rem arbitror & inquisitione & memoria dignissimam esse. Etsi autem pleriq; à Theoberto quodam Austrasiæ rege exordia repetant, alij à Childericho, itidẽ Austrasię rege, nonnulli uerò à Theoderico Burgũdo: non pauci deniq; à ficto quodam Prouinciæ rege Ottoberto, gentis initia deriuare contendant: non tamen à quo Theoberto siue Childericho, si- 20 ue deniq; Theoderico, cum non pauci eorũ nominũ in Austrasianorũ regum stemmate, ut dictum est, extiterint, & quo casu uel quãdo ita declinarint, satis mihi explicare uidentur, fidem sibi pro cuiusq; arbitrio ac persuasionis illecebris in lectoris animo uendicãtes. Et cum multa de exilio narrent, quod quasi suę historiæ fundamentũ statuunt: nihil tamen de illo distinguũt, cum præsertim intestinis bellis ac maiorum domus factionibus, deflorescente sensim Francorũ regum potentia, tot penè quotidie, neq; incelebris loci in loca uicina exulatũ 30 uel ierint sua sponte, uel à potentioribus pulsi fuerint, atq; missi. Quales fuêre ut exemplis rei fidem faciam,

Exules regum Austrasiæ.

CHIDEBERTVS Sigeberti primi Austrasiæ hoc nomine regis, & à fratre Childericho Suessionum rege occisi filius, quem à matre Brundehilde per fenestram demissum, Gundoaldus maior domus acceptum in Austriam detulit, ut Turonensis & Annonius scribunt de

anno

ãnno 577: SIGEBERTVS, Theoberti Austrasię item regis hoc nomine secundi, à germano suo Theoderico Burgundo interfecti, natus, quem diximus Coloniensium fide seruatum, in Ostrofrancia apud cognatos suos Gundoaldum & Gotofridum multis annis exulasse, ut prædicti autores & Tritemius referũt de anno 610: MEROVICHVS, Theoderici Burgundiæ regis F. nepos Childeberti prædicti, quẽ Chlotarius II, unà cũ fratrib. bello captum, in Neustriã miserat, & postremò in insu-
10 la lacus Bodmanici, ubi est nunc Reichenauu monasteriũ, concluserat, ut pręter Annoniũ P. Aemilius adnotauit: EXVLES pleriq; ex principib. Francorũ, ob Ebroymi tyrannidẽ, de quib. Aemilius sic nominatim scribit: Primus omniũ Leodegarius Heduorũ episcopus in tetrũ carcerẽ adductus, quòd Ebroymum tyrãnidis ausus esset coarguere, lingua abscissa, oculisq; erutis, ad postremùm ceruice cæsa luit. Leuissima exilij pœna erat, quo pleriq; metum cruciatus necisq; præuertebãt. Plures in dies ultrò in Austrasiã exulatũ ibant. hæc ille. Quo tem-
20 pore nimirũ, Lendesij maioris domus ab Ebroymo interfecti filius, ex Bersuuynda S. Leodegarij episcopi sorore prognatus, Atticus, Alsatię pagum, cum diu exulasset, à Theoderico rege tertio consecutus fuerat, relicto filio Adalberto, fundatore Ebersheymmunster cœnobij in insula Rheni prope Seletstadium: cuius filij postea, Mazo rex Burgundiæ Masmunster in Sundgouia cœnobium, Eberhardus dux Alemaniæ Murbacensem abbatiam in Alsatia posuere: Luitfrydus uerò minor fratrum, Habsburgensium gentem penè collapsam re-
30 stituerat: GRIPHO frater Pipini, Breuis cognomenti, Francorum regis, & Carolomanni, ex rege Austrasiæ monachi Benedictini, qui iniquam causatus diuisionẽ fratrib. se opposuerat, exilio primùm Arduennæ multatus: postremò, cũ fugeret, in Neustriã missus, XII comitatus accepit, puta in tractu Burgũdici regni Transiuraniq; ducatus ubi primũ omniũ rerum potitos Habsburgẽses, dictũ est. De cuius filijs, qui'nã ex his progressi fuerint,

fuerint, ab authoribus scriptum nihil reperio. Non est autem dubium, Neustriam tum Burgundiam prouinciam ac ducatũ Transiuranũ comprehendisse, uernacula Germanorũ lingua ab auspicio noui regni sic appellatam uulgò Neuurich. Nam post Caroli magni tempora alia Neustria ex diuisione fratrũ constituta fuerat in Armorico littore, Angliæ & Britanniæ obiecta in Galliæ agro, ubi postea fuit Nordmannia. Otto Frisin. scribit lib. Chronic. 5, cap. 20. in diuisione Carolomãno obuenisse Austrasiam, cum uicinis Transrhenanis prouincijs: Pipino uerò Burgundiam, cum Neustria. Et Turonensis, cladem Theoderici Burgundi commemorans: Sigebertus quoque & Corbus iussu Lotharij interfecti sunt, Merouæus secretius iussu Lotharij in Neustriã deducitur. Porrò P. Aemilius tradit, hunc Merouęum in insula Lacus Rheni, hoc est Bodmanici exiliũ tulisse: ut dubium nullum sit, suos comitatus Griphonem in finib. ducatus Transiurensis accepisse: atq; adeò suspicionem relinquere in animo lectoris posset, si fortè Habsburgenses ab hoc Griphone defluxerint. De CAROLOMANNI quoq; secũdi, qui Caroli magni frater fuerat, nominatim P. Aemilius refert: Carolus Bernhardo auunculo Papię obsidionem mandat: ipse cum delecto equitatu Veronam proficiscitur, quò refugerat Adelgisus Desiderij filius, cum Carolomanni liberis, & eorum matre Berchta. Mulier se adolescentulosq; aduenienti Carolo dedidit. Leui castigatione uerborũ recepti, ac in Franciam missi, in honoreq; habiti fuêre. Tales deniq; exules fuêre, à quibus deriuare stemmata, si ita libet, possemus illustriũ uirorum, qui cum Pipino Gibboso, & ultimo notho filio, in Carolum magnum conspirarũt, de quibus P. Aemilius scribit in secundo: Austrasianæ iuuentutis aliquot proceres, quòd inde orto rege, summũ gratiæ dignitatisq; locum apud eum se obtinere æquũ censebant, postquam uirtutem aliorum sibi præferri uiderunt, authore duceq; Arderico, in illius uitam coniurationem faciunt. Dumque plures in dies in societatem

Duplex Neustria.

tem

tem ſceleris incautius adſciſcunt, delati comprehenſiq; qui ſceleris manifeſti fuêre, capite luerunt: quos leuis ſuſpicio arguebat, exilio ſolum uerterunt. Poſſem hic quoque de Childerici regis poſtremi Merouingorum, quē in monaſterio concluſum Pipinus maior domus, authoritate Zachariæ ac Stephani maximorum Romanorum pontificum exauctorauerat, regnis Francorum cunctis occupatis, ſi quam reliquiſſet ſobolem, ſermonem extendere: ſed in fidedignis ac exploratiſsimis perſiſtentes, ex quo'nam exule ſiue exulibus, hic commemoratis, Habsburgenſium genus rectè deriuetur: deinceps ad fidem rerum oſtendemus, ſumpto teſtimoniorum exordio ab Auſtraſianis regibus ac principibus, à quibus primùm omnium defluxiſſe Auſtriades, ſiue maiores illorum Habsburgenſes comites, confirmandum erit. Secundum hoc, quòd in Iura monte primam illi ditionem habuerint: poſtremò authorem gentis demonſtrantes, ita exactè narrationem noſtram & cum uero coniunctam concludemus, ut dubium in animo auditoris nullum omnino relinquatur, nulliusque (ut ille inquit) iurare in uerba magiſtri optimus quiſque coactus, uera initia tam claræ atque antiquæ gentis, luce etiam clarius perſpiciat. Ac primùm omnium, ſiue à barritu, hoc eſt fremitu pugnantium, quo Germanos in prælio uſos Tacitus refert: ſiue à Brecht, hoc eſt maieſtate & potentia, Franci, propria ſoliti erant ſuis nomina indere: à maieſtate quidem Teutonum Thietbrechtus, à maieſtate uictoriæ Sigebrechtus, à maieſtate laudis Ramprechtus, à maieſtate conſilij Ratprechtus, à ueniæ maieſtate Chulprechtus, à maieſtate præterea maiorũ ſuorum Aethoprechtus, à prouinciæ potentia & terræ Landoprechtus & Hertobrechtus, ab nobilitatis maieſtate Adelbrechtus: quæ nomina corrupta pronunciationis Germanicæ difficultate Chronographi ex Romanorum in Gallijs poſteritate protulêre, ſcilicet Theobertus, Sigebertus, Reynbertus, Rotbertus,

PROPOSITIO.

Nomina gentilicia Francorum.

Childebertus,Ottobertus,Lambertus,Cherebertus,Albertus,&c.Quæ omnia nō solùm in gēte inclyta Habsburgensi reperias,sed perquàm familiaria ac quasi gētilicia fuisse cognosces, si genealogiā heroicā illā principū Habsburgensiū à primis initijs discusseris. Sic à Guntramo nimirū Francorū rege (cuius nominis etymon à felici insomnio Paulus Diaconus lib.3.hist.Longobardicę cap.17, deducere uidetur)duos Guntramos eodem in stēmate appellationem sortitos uerisimile est.quēadmodū à Varnario,Chlotario,Eginone,siue Egio, Hugone,Garibaldo,Buccelino,Luituicho,Cantio,Leudigillo (quorum inter Francorū duces Chronographi,ac prçcipuè Annonius,mentionem faciunt)uitio uidelicet du riusculę Germanicę pronunciationis à semilatinis sacer dotibus de Rom.posteritate ita in literas missorum nomina gentilicia, clarissimo post hominum memoriam generi mansērūt: Bernheri, Luitheri, Eghij, Haugonis, Gerbili,Beczelini,Luitfridi,Kunczonis,ac per diminutionē Kunczelini,Lutoldi siue Leutellij, hoc est popelli. De Buccelino quidē,quòd Beczelini fuerat in uernaculo,diminutiua ratione à Beczone(quib.quidē nominib. claruêre Habsburgen.comites in Ergouia,Beczo, eiusq; natus Beczelinus,in Sulczbergensi cœnobio, medio itinere è Friburgo Brisgouiæ Basileā,cōditi)scribit Paulus Diaconus lib.2, cap.2.His temporibus Narses etiā Buccelino duci bellū intulit:quem Theobertus Francorū rex cum Italiam introijsset,reuertens ad Galliā,cum Amyngo duce altero,ad subijciendū Italiam reliquerat. Qui Buccelinus cum penè totam Italiam direptionibus uastaret, & Theoberto regi suo de præda Italiæ munera copiosa conferret, cum in Campania manere disponeret, tandem in loco cui Tanneta nomen est, graui bello à Narsete superatus,extinctus est.Amyngus uerò, qui ei auxilium præbuerat, Narsetis gladio perimit. Tertius quoq; Francorū dux Leutharius, Buccelini germanus,dum multa præda onustus ad patriam cuperet reuerti,inter Veronā & Tridentū, iuxta lacū Benacum,

propria

propria morte defunctus est. Eandem historiam ex Annonio, peruetusto Francorum chronographo, P. Aemilius recenset: Inter hos motus (inquit) Theobertus rex in Italiam procinctum suscipit, recenti gloria nitens, quòd Danos, maritimam Franciæ oram, classe appulsa, publico latrocinio, ueluti iusto bello, infestam facientes, cæde fugaq; affecerat. Tunc Italiam terrore nominis sui impleuit, in magnarum rerum expectationem erectis omnium animis. Morbo correptus, domum rediit, relictis Austrasianis ducibus Lothario, Amingo, & Buccelino. In Agathio, Græco autore, menda est, ubi uidelicet pro Bucelino Bultinus legitur, & pro Lothario Lentari, uel à Græco homine quę erant Germanica uitio prolata, uel non rectè à librario descripta: Lentaris itaq; Bultinusq; ubi se primùm aduersus Romanos ductare exercitus, impetus cœpit, inflati ac spei pleni, nec sua sorte contenti, Narsetem Rom. præfectum, nec primam quidem incursionem laturum existimabant, &c. Alterum argumentum est, longè fulgentiss. stirpem Habsburgen. non aliundè quàm à Francorum posteritate in finibus Burgundiæ, Austrasiaque ueteri defluxisse. Insignia cùm Habsburgens. tum sobolis illius Austriadum demonstrant. Burgundiæ quippe primorum regum, quorum S. Sigismundus martyrij laude claruit, gentilitia decora, cœlestina corona fuerat in aureo clypeo: Quam postea Leoni suo Chlodomirũ Francorũ regẽ, Chlodouęi magni filiorum natu maximũ, qui Burgundiam Francis primus subiecerat, Gotomaro & Gotogiselo regibus debellatis, imposuisse uerisimile est. Qualia Habsburgenses heroes usque usurpasse, obscurum non est. Hoc uerò Leonis decorum regum Burgundiæ fuisse, non solùm scrinia ac Annales Paterniaci ac Poliniaci cœnobiorum in Burgundia testantur, uerumetiã ex ominosa uisione Marcomyris Francorũ regis, Chlodouęi magni aui, qui primus Belgicos suę potestatis fecerat, elucescit, quam hisce uerbis ex annalib. perantiquis Francorum Tritemius Abbas describit: Numen triceps

Insignia Habsburgensiũ, qualis Burgundiæ regum.

n 2 Marco-

Marcomir adſtare conſpexit, & uniuſcuiuſque capitis ſingulare audiuit prognoſticum: diſcretumque uidit diadema, unicuique ſupereminere impoſitum. Primum caput fuit buffonis, ſecundum uerò leonis, & tertium aquilæ, in forma quaſi expanſis alis deſuper ſtantis, & dextra leonem, ſiniſtra uerò buffonem fouentis. Dixitque aquila: Tua Marcomir progenies & caput meum ſubijciet ſibi: leonem conculcabit ſimul, & occidet buffonem. Non me, quòd appareo fœdus, rex, aſpernendum ducas. Eſt ſpecies rebus conueniens, & forma futuris. Me primùm extinguet generatio tua procul, poſthæc leonem ſeruabit enſe captum. Cuius ore, quod amplius reſtat, audire curato. Leoninum poſtea caput Marcomyro dixit: Hoſpes in mea, fortiſsime rex, cum gente tua uenture, citò buffonem uinces labore cum tempore multo. Tunc mea tuis cedent iura paſsim ultrò bellis ac aſtu: poſtea me dextrum coronabit aquila monſtrum, habens à ſiniſtris buffonem ſemine uictum. Quòd uerò poſtea futurum erit, noſtra tibi coniunctio monſtrat. His leoninum phantaſma prolatis, tria in imum citò capita ſunt conuerſa: ſtabatq; monſtrum triceps in hominis imaginem transformatum, nec ſimplicis à conditione, ſed coronato aureo diademate, in ſiniſtra ſceptrum tenens, in dextera gladium. Porrò hæc uiſio Francici regni progreſſum atq; incrementũ præſagiebat: quòd uidelicet Romano imperio deſtructo, quod per aquilam ſignificatur, aut ſaltem ex Occidente profligato, etiam leonem ſibi ſit ſubiecturũ, buffone ſemine proprio uictum: Burgundiam uidelicet cũ proxima Tranſiurana regione, in qua multi ſunt lacus, qui per buffonem inſinuantur, uidelicet Geneuenſis, Neuburgenſis, ~~Iuerdunenſis~~, lac. Burgoij, lac. de Mei, Thunenſis, Landerſeenſis, Lucernanus, Zugẽſis, Vrienſis, Brienczeenſis, Vrſeenſis, Tigurinus, Imẽſeenſis, Gryfenſeenſis, Vualhenſeẽſis, Oberſeenſis, Vſſeenſis, & omnium maximus latiſsimusque Bodmanicus, quondam Brigantinus & Murgantiæ appellatus: cuius partem

Septen-

Septentrionalem insula ac peninsula à reliqua diuisam, Ptolemæus Venetum à colore aquæ, quem nunc Vndersee uocant: Meridionalem uerò, ubi flumen in se Rhenum recipit, Acronium nominare uidetur. Et rectè nimirum in phantasmate illo per leoninum caput Burgundiam ostendere uidetur, in quam hospes Francus, ac deinde etiam uictor uenit: Chlodomyrus uidelicet, natu maximus filiorum Chlodouæi magni, quem diximus uetustis insignibus Burgundionum,
10 cœlestinæ uidelicet coronæ in aureo clypeo, leonem adiecisse. Quæ gentis decora postea, desinente Burgundiæ regum stirpe, ad Habsburgenses deuoluta constat: rubeum uidelicet leonem, cœlestina corona in aureo clypeo redimitum. Cuius generis postremi Burgundiæ reges ac principes nimirũ fuêre, HVGOPRECHTVS, Hugonis magni, cõditoris Hugeshouen cœnobij, comitis Habsburgensis ac Alsatiæ, filius, qui Transiuranam ditionem, maiorum uidelicet suorum, à Lothario secũdo rege sororio suo receperat anno 858. ex abbate dux
20 & landgrauius inauguratus: HVGO, filius Hugoprechti, dux Transiuranus, & Alsatiæ landgrauius: CHVNRADVS cognomento à Stratlingen, Anglicis trophęis insignis, Burgundiæ & Transiuranus princeps: eiusque filius RVDOLPHVS, primus sui generis Burgundiæ nouæ rex, adiecta Transiuranæ maiorum suorum ditioni parte Burgundiæ ueteris Arelatum usque excurrentis, ubi hodie Sabaudia ac Burgundia alta cum parte prouinciæ sitæ cernuntur. Is siquidem, authore Rheginone, circa annum Domini octingentesimum
30 octuagesimumoctauum, recepta maiorum suorum ditione inter Iuram mõtem & alpes Peninas, in pręsentia multorum episcoporum & principum apud S. Mauricium coronam sibi imposuerat, ueteri Burgundiæ regum prærogatiua reuocata. Cuius filij, Richardus Burgundiæ palatinum ad Arelatum egerat: RVDOLPHVS uerò patri cognominis, regnum Burgundię adeptus, in Italiam usq; Ligusticam imperium propagauit,

Mediolano obſeſſo, atque ex Berchta Burcardi Sueuiæ ducis nata ſanctum Rudolphũ Burgundiæ regem procreauit. Cum ex Richardo Palatino fratre CHVNRADVS Burgundiæ rex proceſsiſſet, & Richardus ſecundus Burgundiæ comes: ex RVDOLPHO uerò ſancto, RVDOLPHVS quem uocant Ignauum, hoc nomine in ſtirpe uetuſtiſs. quintus. qui moriturus, Chunrado Rom. Cæſari in Germania iura regni ſui miſsis inſignibus reſignauerat. Qui penè omnes in Paterniaco ad lacum Neuburgen. hodie Burgundiæ comitatus monaſterio, conditi ac depicti cernuntur, ſubiecto leonis ſymbolo coronati, hoc eſt Habsburgenſium decoro. Atque hinc factum arbitror, quòd cùm à Berchta (quo nomine tres celebrantur Burgundiæ regum, illorum de quibus loquimur, coniuges Sueuæ) tot Berchtholdi gentis Habsburgenſis alumni floruerint, ab amore Berchtæ ſic nominati, ut Luipholdus, Luitholdus, Gerholdus non diſsimili euentu dicti fuêre: tum uerò præcipuè ijdẽ ut proximi hæredes, ſanguinis arcto uinculo coniuncti ab Auguſtis, quibus dictum eſt Burgundię regnum legatum fuiſſe, Burgundiæ & palatini & præfecti Arelatenſes in prouincia conſtituti fuerint: Berchtoldus uidelicet Barbatus Briſgouiæ & Charinthiæ princeps, quem Czaringenſem uulgò Chronographi uocant: Berchtoldus filius illius, Bernæ & Friburgi Vchtlandiæ conditor: nepoſque eodem nomine, cuius inſcriptio in Burgdorf extat: Chunradus, Bernherus, & Rhudolphus Laufenburgenſis, circa annum 1316, omnes de inclyta ſtirpe Habsburgenſium, de quibus poſtea ſeorſim dicemus. Atque hæc argumenta ſunt, quibus adductus candidus Lector, dubitare non debet, pręclaram Auſtriadum proſapiam quę ex Habſpurgenſ. emerſit, ab Auſtraſiæ regibus atque Tranſiuranis principibus defluxiſſe: euentumq; præſagijs illis omnibus ſuffragatum fuiſſe, quæ monſtrum triceps Marcomyro regi prædixerat, quòd capita ſcilicet tam Bufonis quàm Leoninum, in unum Aquilæ coronatæ conuerſa, homi-

nis

nis effigie subiecta, quæ à dextris gladium, à sinistris uerò sceptrum præferebat: explorato & noto uaticinio, quòd tot Imperatores porrò, ex hoc genere principum Francorum deinceps futuri, laudem, cum generis ad utriusque maris littora à Gadibus usque ad Sarmatas propagatione, consecuturi essent, Reges scilicet ac Imperatores Romanos, quos Historica ueritas adnotauit: RVDOLPHVS primus cognomento Rheynfeldensis, ex Sueuiæ duce contra Henricum quartum electus: RVDOLPHVS secundus, ex comite Ergouiæ in Cæsarem renunciatus anno 1271: ALBERTVS filius, ex Austriæ archiduce in Rom. Cæsarem electus circa annum 1300. FRIDERICVS filius Alberti, Bonnæ coronatus anno 1314. ALBERTVS hoc nomine in stirpe Austriadum quintus, anno 1438. FRIDERICVS hoc nomine in Imperio quartus, Ernesti archiducis filius, Romæ in Imperatorem à Nicolao quinto consecratus, anno 1451. MAXIMILIANVS Friderici filius Francofordæ electus, ac Aquisgrani inunctus, anno 1486. CAROLVS hoc nomine in Imperio quintus, Maximiliani ex filio nepos, Aquisgrani consecratus, anno 1519, & Florentię à Clemente septimo Rom. pontifice in Imperatorem redimitus sacro diademate, anno 1529. FERDINANDVS frater Caroli germanus, Aquisgrani inunctus in Cęsarem, anno 1531. MAXIMILIANVS hoc nomine tam in Imperio quàm stirpe secundus, Ferdinandi ex Anna Hungariæ regina filius, Francofordæ electus ac consecratus, dum hæc scribimus, anno 1562, mense Nouembri. Adeò quòd decem ordine ex hoc Francorum genere, Romanos feliciter fasces ferre dignoscantur: ut euentus nimirum appareat monstri illius tricipitis, uaticinijque quod Aquilæ caput in medio leonini, ac buffonis conclusit, Marcomyro gentis authori his nominatim uerbis usum: Tunc mea tuis cedent iura passim ultrò bellis ac astu: aquila monstrum habens à sinistris buffonem semine uictum, & à dextris leonem, &c.

Quot Imperatores Romani in gente Habspurgensi fuerint.

Cæterùm

Autor Habsburgens. comitum.

Cæterùm quo potiſsimùm authore caput gens illa erexerit, refert Tritemius abbas coniecturam non ſanè uanam ex antiquiſsimis Francorum annalibus, ita nominatim ſcribens de prælio cruento Theoberti hoc nomine ſecundi Auſtraſiæ regis, & Theoderici itidem ſecundi Burgundiæ regis, fratrum Germanorum: Theobertus autem rex miſerabili morte peremptus, tres filios, & unam (ut legitur) ſpecioſiſsimam filiam reliquit; Sigisbertum uidelicet, Guntramum, & Lotharium. nomen filiæ nuſquam reperi. Rex uerò Theodericus Coloniam ingreſſus, pręſcriptos duos filios iuniores fratris, Lotharium, Guntramum, & ſororem eorundem, ad ciuitatem Metenſem captiuos miſit. Quibus crudeliter auia Brundehildis occurrens, nimio ſuccenſa furore, in odium genitoris occiſi, ſuper eos irruit, & nepotes adhuc paruulos manu propria interfecit. Sigebertus autẽ natu maior Theoberti filius, quorundam ciuium auxilio ſubmiſſus per murum, ſecretiſsimè tranſmiſſo Rheno in habitu ſcholaris aufugit: ueniensq; in Franciam orientalem, apud cognatos ſuos Gundoaldum & Gotofridum duces Francorum circa Mœnũ in Vuirczburg principantium, aliquot annis latuit incognitus. Qui tandem poſt obitum regis Theoderici, principũ interuentũ ducatũ in Alemania ſuperiori, quæ nunc dicitur Heluetia, donatione Lotharij regis accepit. Sed neq; nomen regium, neq; diadema portare, more parentum ſuorũ, permiſſus eſt: & manſit ſub ditione regum Francorũ; genuitq; filios, unum nomine patris ſui Theobertum, alterum Sigebertum. Porrò hæc uera eſſe, & non ex uano hauſta, (ut non ſine ſtomacho contra Iacobum Manlium, Ioannes Stabius Maximiliani Cæſaris hiſtoricus, anteceſſor meus, in ſuis Concluſionibus de Genealogia Auſtriæ principum ſcribit) multa ſunt quæ coarguant. Primò, cruenta pugna iſta fratrum: deinde, quòd Sigiſbertum Turonẽſis quoq; refert, filium occiſi Theoberti Auſtraſię regis profugum, renouatis uiribus pugnam in Campania cum Theoderico patruo alteram iniuiſſe, fuga-

fugatumque Coloniam abiuisse. postremò etiam, quòd sororem eius (similiter ut Tritemius) captam à Theoderico patruo Victore, ob pulchritudinem matrimonio iunctam fuisse, Turonensis commemoret. Verba subscribam: Anno autem quarto, postquam Childebertus regnũ Guntrami acceperat, defunctus est, regnúmque eius filij sui, Theobertus Austriam sortitus est, sedẽ habens Metensem: Theodericus accepit regnũ in Burgundia, sedem habens Aurelianis. Eo tempore Childebertus rex Austrię habebat duos filios, seniorẽ ex cõcubina nomine Theobertum, iuniorem uerò ex regina nomine Theodericum, ipsumq; cum auia sua Brundehilde in Burgundiam, in regnum Guntrami magni regis direxit. Brundehildis uerò quotidie peiora consilia ipsi Theoderico ministrabat, dicens: Quare negligis, & non requiris thesaurum patris tui, ac regnum eius de manu Theoberti uindicas, cum scias eum nõ esse tuum fratrem, quia in adulterio de concubina patris natus est? Hæc audiens Theodericus, fero, ut erat, corde, magnum exercitum contrahit contra Theobertum germanum dirigens, ad Tolbiacum castrum. ubi fortiter pugnantibus, Theobertus læsum cernens exercitum suum, in fugam conuersus, Coloniam ciuitatem ingreditur. Et subdit: Theodericus cùm peruenisset Tolbiacum cum exercitu, Arduennam transiens, Theobertus frater eius cum Saxonibus, Thoringis ac cæteris gentibus quas poterat undique ultra Rhenum adunare, contra Theodericum Tolbiacum perrexit: ibique denuò cõmissum est prælium. Fertur autem à Francorum cæterisque gentibus, antiquitùs tam forte nec aliquando prælium fuisse cœptum. Ibi quoque tanta strages ab utroque exercitu facta est, ubi phalanges initio certaminis inuicem præliabantur, ut cadauera occisorum undique non haberent ubi iacerent, sed stabant mortui inter cæteros stricti quasi uiuentes. Captus est Theobertus in ipso prælio, & uinctus Chabilonem destinatur. filius eius Merouæus paruulus,

Locus Turonensis de primo autore.

iussu Theoderici adprehensus, ad quandam petram percutitur: qui cerebro contuso, & capite fracto emisit spiritum. Sigisbertus uerò filiorum maximus, quorundam consilijs reparatis uiribus, in territorio Campaniæ Catalaunensis agri super fluuium Coxona ueniens, cum Theoderico simul & Chilperico certans superatus aufugit. hæc ille. Is est nimirum SIGEBERTVS, quem diximus submissum per mœnia Coloniæ, exulatum in Ostrofranciam abiuisse: reductùmque à Chlotario, postea Theoderici tyranni uictore, Francorum monarcha, in ducatu Transiurano agros accepisse. Cuius sororem non aliter Turonensis quàm Tritemius refert, forma pulcherrimã, uxorẽ à Theoderico patruo captã fuisse. Deinde cum multis spolijs (inquit) & cum filijs, & cum pulchra filia Theoberti regis, fratris sui, reuersus est in urbem Metensem: illucque Brundehildis regina aduenerat, adprehensosq; pueros Theoberti interfecit: minorem etiam in albis adhuc constitutum, ad petram percussum eliso cerebro occîdit. Theodericus itaque uidens filiam Theoberti, neptem suam, pulchram, uoluit eam connubio sibi copulare: & quæ sequuntur. quibus commemorat, pugnis petitam Brundehildem auiam fuisse, cum tale matrimonium uideretur prohibere: ipsamque dolore percitam, clàm uenenum nepoti regi dedisse, quo in dysenteriam solutus haud ita multo pôst obierit. Hęc igitur omnia cum ita sint, quid mirum (ut Tritemius tradit) Sigebertum postea à Chlotario reuocatum fuisse, illo qui Theoderici filios superatos pugna Sigebertum & Corbum necauerat, tertio Merouæo monasterio Rheichenauu in insula lacus Veneti concluso, ditione'que Transiurana donatum? Quippe stirpe utriusque, Theoberti inquam Austriæ regis, & Theoderici Burgundi, penè delata Brundehildis auiæ insidijs: etsi duo adhuc supererant, Sigebertus Theoberti filius in Germania exulans, & Merouæus Theoderici natus, in insula lacus Bodmanici conclusus, ut dixi-

Autor generis Habspurgensium.

10 20 30

ut diximus, à Chlotario, tamen Francorum cõsensu regnum utrunq; tam Burgundiæ quàm Austrasiæ Chlotario uictori delatũ fuerat, qui antea Parisiense ac Suessonicum hæreditate paterna possederat, scribente Turonense: His regibus mortuis, Burgundiones & Austrasij cum reliquis Francis pace facta, Chlotarium regem, in totis tribus regnis in monarcham eleuauerunt. Is Chlotarius monarcha Francorũ, pace relata, etsi primo Erponi cuidam Herponis exauctorati ducatum Iu-
10 ræ montis cõmisisset, tamen illo paulo pòst ab Aletheo Burgundo & Leudemundo Sedunensium episcopo occiso, nullis superstitibus filijs, uerisimile est Sigebertum exulem ex Germania reuocatũ fuisse, & procerum interpellatione ditione paterna donatum, quam uidelicet Theobertus antequam regnum Austrasiæ consecutus fuisset (ob quod & à fratre postea interfectus est) à patre Childeberto adhuc uiuo commissum acceperat, ut P. Aemilius lib. primo rerum Francicarum scribit: Quod satis constat, Hispanis oratoribus, regias omnes circum-
20 euntibus, quatuor reges in Theoderici perniciem conspirant: Chlotarius, uetus hostis: Theobertus, memor ignominiæ periculiq;: Longobardus Agilulphus, (cuius filio admodum adolescenti filiam, & ipsam immaturã, in spem nuptiarũ Austrasianus desponderat) & Hispanus, filiæ uindex (intelligit Bertrichum, cuius natam Hermenbergam Theodericus repudiauerat) tum fracta Theoderici ferocia. Fratri igitur, ut pacem redimeret, tradidit quatuor nobilissimos comitatus, Turonensem, Campanum, Alsatiensem & Suuitensem. hæc ille.
30 Erat uerò Suuitensis pagus pars quæpiam Transiurensis ducatus, qui postea à Germanis Cæsaribus uindicatus, aduocatia Turegiensis nuncupata fuerat, hodie in pagos interiores Heluetiorum subdiuisus: hoc est Suuitensem, Zug, Vnderuualden, Eynsidlen, Vri, Friburgũ Vchtlandiæ, & Bernam: quem terræ tractum multis seculis possedisse Habsburgenses, eorumq; sobolem Austriæ archiduces, penè usq; ad annum millesimum qua-

Heluetia pars ducatus Transiurani.

dragesimum, exploratum est. Cæterùm de Herpone principe Transiurano iuniore, eiusque morte, & quòd nullos liberos reliquerit, succedereque commodè Sigebertus potuerit, de quo loquimur, exul, hæc nominatim animaduertit P. Aemilius, libro rerum Francicarum primo: Chlotarius uniuersi regni potens, nihil antiquius duxit, quàm ut adfectis rebus quies ab omni motu metuque daretur, aut exsatiato aut deposito in omnes odio, parentis potius quàm regis animum induit, obliuionemque iniuriarum & præstitit, & exegit. Austrasianis magistrum equitum rerumque administratorem dedit, Rhadonem, uirum bello pacéque bonum: Burgundionibus Varnarium, magni in eorum, dum florerent, regnarentque, aula nominis: Transiuranis uerò Herponem, sobolem eius Herponis quem Guntrami regis ducem ostendimus. Et subdit: Transiurani ferox genus hominum, Burgundionibus antè rerum potentibus attributi, & tunc sui propè iuris effecti, Herponem interemere: & quæ sequuntur. Vbi nulla prorsus deinceps Transiuranorum principum mentio fit, nisi Theodmi cuiusdam: quam dubio procul uocem deprauatam existimo ab ipso authore Italo, cum fortè in Annalibus peruetustis abbreuiatam legisset pro Theoberto, essetque arcanorum familiæ inclytæ Habspurgensis inscius. Sic itaq; his auspicijs SIGEBERTVS exul, Theoberti Austrasiæ regis occisi filius, Transiuranam adeptus ditionem, ex nescio qua coniuge duos filios progenuit: Theobertum Prouinciæ comitem, unde Salinarum & Burgundiæ principes defluxêre: & SIGOPERTVM, siue Sigoprechtum, primum Habsburgensem & Altburgensem comitem, in finibus Iuræ ac Vosagi montium, patrem Ottoberti siue Ottoprechti comitis secundi Habsburgensis ac Altburgensis, ob coniugem Luitbergã, Gunczonis Sueuorum ducis filiam, primũ landgrauium Neomagensem. sic enim tum Brisgouiensis principatus appellabatur. Hanc enim beatus Gallus, lacus

De successione principũ Habsburgen. in ditione Transiurana.

Sigopertus comes Habspurgensis primus.

10

20

30

lacus Bodmanici apoſtolus, dæmonio liberauerat, quã falſò Manlius Euphemiam uocat. Neq; abhorret à fide, Gunczonem illum cui Hercinia ſylua eorũ finium ſubiecta fuerat, gentiliciũ nomen à proſpero & extemporaneo cõſilio, Chaynradi habuiſſe: de quo porrò in Annalibus legitur, quòd Ibergingi regiam ad lacum tenuerit, quam hodie Iberlyngũ uulgus uocitat. Meretur quoq; fidem, quod Manlius ex Annalib. uetuſtis adducit, duas tum arces in editis ſcopulis finiũ, de quib. dictum eſt, Iu-
10 ræ & Voſagi montium proximis extructas fuiſſe, qua per anfractus mõtium, anguſta & nemoroſa uia in Lotharingiam hodiernam ducit, haud procul famigeratiſsimis thermis Blumers: ubi poſt ſanctum Deodatum Roma miſſum, ſanctus Romaricus incolis Euangelium Chriſti adnunciauerat. Is erat nobili loco inter Francos ortus, propinquus Sigeberti primi Habsburgenſis, de quo ſcribimus, cum Theoderici regis Burgundię, qui Sigeberti auum Theobertum Auſtraſiæ occiderat, tyrannidem reprehendiſſet, præcipuè uerò
20 quòd Hermenbergam Bertarici Gottorum regis in Hiſpania filiam nullis cauſis dimiſiſſet, unà cum ſanctis Deſiderio & Columbano epiſcopis in exilium pulſus, habitationis ſuæ locũ ea in ſolitudine Iuræ ac Voſagi montiũ elegerat, renouato iſthic ſancti Deodati cœnobio accolas in fide Catholica ſtrenuè inſtruebat. Vnde & loco nomen manſit Romaricus mons, uulgò Romerſperg. Neque diſplicet ea mihi coniectura quam Iacobus Manlius habet, Ottoprechtum comitem, ſimulatque uxoris dote agrum ul-
30 tra Rhenum in Hercinia ſylua ſubieciſſet, duas in ijs montium anfractibus, qua uia anguſta ducit in Galliam, arces propinquas in editis ſcopulis extruxiſſe: quarum alteram à loci uetuſtate, & in memoriam ſancti Romarici propinqui ſui, Altberg: alteram uerò ab Habendo, id eſt poſſeſso monte, deprauato Latino Habsburg nuncuparit. Illud uerò reprehenſione dignum eo in uiro exiſtimo, quòd Otto-

bertum illum prouinciæ regem faciat: id quod planè Chronologiæ repugnat. Sed uerba Manlij subijciam: Oddobertus filius Lotharij primi regis Franciæ, fuit rex Prouinciæ, uidelicet anno Domini 585. Et fuit per Guntramum regem Burgundiæ, fratrem suum, cupidine dominandi occisus: qui post fratris obitum, etiam rex Prouinciæ factus fuit. Otbertus filius Odoberti regis Prouinciæ, uiguit anno Domini 605. Comes de Habsburg, landgrauius Brisgauiæ & Alsatiæ, uiguit tempore Phocæ Imperatoris: qui propter Dei amorem, suæq; animæ salutem, cuidam sancto uiro, uidelicet Trutberto, filio regis Hiberniæ, uallem quæ tunc temporis Numaga circa Nigram syluam dicebatur, donauit: & ibidem ædificauit ecclesiam, quam certis reditibus & gultis dotauit: fecitq; ibidem ædificare castrum Streychburg nomine dictus Otbertus. & tres filios habuit, scilicet Amprinchtum, Ethobertum, & Rutherum. hæc ille. Quæ non solùm Chronologiæ ex diametro repugnãt, sed planè barbara sunt, nullis fulcimentis, ne dicam historiæ, sed nec diplomatum Annaliumq; fide subnixa. Iam primùm omnium, ut ex Annonio & Gregorio Turonensi, uetustissimis Francorũ historicis apparet: quo tempore Guntramus Lotharij primi filius, Chlodouæi magni nepos, (cuius ficticium illum Oddobertum Prouinciæ regem, fratrem excogitauit Manlius, cum suo Sundheymo) rerum cœpit in Burgundia potiri, Prouinciæ non quidem rex, sed patricius extitit, à Iustino Cæsare missus, AMATVS nomine: cui postea Mumulus quispiam Romanus successit, cuius etiam in P. Diacono mentio extat libro 3, cap. 2. Igitur deuastantibus Longobardis Gallias, Amatus prouinciæ patricius, qui Guntramo regi Francorum parebat, contra eos exercitum direxit: commissoq; bello terga uertit, ibiq; extinctus est: tantamq; tunc Longobardi de Burgundionibus cædem fecerunt, ut non possit colligi numerus occisorum: ditatiq; inæstimabili præda, ad Italiam reuertuntur. Quibus discedentibus, Ennius, qui & Mumulus, accersitus à rege, patriciatus hono-

Locus Manlij reprehensus.

Prouinciæ patricij.

10

20

30

honorem meruit. Meminit eiusdem historiæ P. Aemilius Francorum historicus lib. 1. Vacuam possessionem Venetiæ, Aemiliæ, Liguriȩ Narcissus nactus, Prouinciæ quoq; Amatum ciuem Romanum dedit. alterum ciuē Romanum nomine Francilionem, Subalpinis prȩfecit; ut transitu alpium Francos prohiberet. Et iterum: In hac animorū fluctuatione anteuenêre Longobardi, ultroq; transgressi Alpes, Prouinciā populati sunt: occurrentemq; cum exercitu Amatū, prȩlio conserto interemêre, cȩdemq; ingentē eius exercitus edidêre. Gunthramus Mumulum, uirum clarissimū, in locū Amati suffecit. Dulcedine Gallicȩ prædȩ Longobardi semel illecti, inuictosq; se rati, iterū, sed non eâdem fortuna transcensu Alpium tentato, cum in Ebrodunensiū agrum peruenissent, circumuenti à Mumulo locis opportunis adorto, non minorem quàm priore expeditione intulerant; cladem accepêre. hæc ille. Vnde patet, nullū sub Guntramo, anno supputato 586, regem prouinciæ extitisse: neq; aliquem hoc nomine, Oddoberti uidelicet, fratrē Guntrami uel Turonensis uel Annonius cōmemorant. quorū ille de Guntrami fratrib. sic scribit: Et sic inter se hi quatuor, id est Charibertus, Guntramus, Chilpericus atq; Sigebertus, diuisionē legitimā fecerunt: accepitq; Charibertus regnū Childeberti, sedemq; constituit Parisijs: Guntramus regnū Chlodomyris accepit, Aurelianisq; sedem instituit: Chilpericus uerò regnum Chlotarij patris sui accipiens, Suessionis ciuitate sedèm statuit: Sigebertus autem regnum Theoderici accepit, sedémque Metis ciuitate cōstituit. Non dissimile Annonius scribit: Mortuo Theobaldo, regnum eius Chlotarius accepit. Itemque mortuo Childeberto, thesaurum & regnum eius Chlotarius assumpsit. Chlotarius anno quinquagesimoprimo regni sui moritur, regnumque eius filij sui diuiserunt inter se. Sortitus est autem sedem Charibertus Parisios, Guntramus Aurelianis, Chilpericus Suessionis, Sigebertus Metis. Ex quibus liquet, uanam esse opinionem Iacobi

Manlij

Manlij ac Ladislai Sundheymij, de Oddoberto prouinciæ rege, à quo Habsburgensiū genus defluxerit, quem illi Chlotarij filium, nepotem Chlodouæi magni, fratremq; Guntrami Burgundiæ regis faciunt, propterea quòd illo tempore nulli Prouinciȩ reges extiterint: nec ullus hoc nomine Oddoberti Chlotarij primi filius, Gundramiq; frater germanus, in antiquis annalib. Francorum legatur: & quod ad fidem magis pronum est, plus quàm seculo prouinciam Francorum reges per comites adminiſtrarint. Quorum recenset P. Aemilius, sub Chlotario secundo monarcha Francorum Leudegillum, quem Mumulo patricio Rom. Guntramus rex Burgundiæ suffecerat: Varnarium sub eodem, quem pro Bernhero uitio protulit: sub Dagoberto primo Godinum Varnarij filium: sub Theoderico postremo Mauricium, quem Carolus Martellus, quòd Auinionem Sarracenis tradidisset, exauctorauerat, substituto Hiltebrando quopiam Martini ducis Austrasiæ filio, cuius opera in profligandis Sarracenis ex Prouincia usus fuerat. Atq; huic successisse Griphonem minorem natu, filium Caroli Martelli, cui frater Pipinus Francorū monarcha XII comitatus in Neustria commiserat. dicebatur autem eo tempore ditio Burgundici regni, cui Prouincia semper fuerat attributa, uernaculo sermone Neuurich, id est nouum regnum: quam uocem sacerdotes Francorum ex posteritate Rom. in Neustriam detorserunt, ut Ostenrich in Austriam atque Austrasiam. Hinc Turonensis scribit de filijs Theoderici tyranni, bello superatis à Chlotario secundo: Sigebertus quoque & Corbus iussu Lotharij interfecti sunt: Merouæus secretius iussu Lotharij in Neustriam perducitur. Porrò hūc Merouæum conclusum insula lacus per quem Rhenus fluit, hoc est Bodmanici, P. Aemilius refert. Sic Rhegino Brumiensis de Dagoberto primo scribens, & anno 612: Dagobertus rex Metis ueniens, in consilio principum & procerum filium suum Sigebertū in regno Austriæ sublimat: eumq; Chuniberto episcopo Coloniensis ecclesiæ

Comites Prouinciæ. *Neustria regnum.*

10 20 30

clesiæ commendat. Sequenti anno ei filius natus est, cui regnum Neustriacum atque Burgundiæ post suum decessum nominauit. Huc pertinet, quod Otto Frisingensis refert libro Chronicorum quinto, capite uigesimo, cùm Pipini & Carolomanni diuisionem describit: In loco qui Vetus Pictauis uocatur, regnum diuidunt, Carolomanno Alemaniam & Thuringiam, Pipino uerò Burgundiam & Neustriam sortito. Hæc eo prolixius adducere uolui, ut diuersis temporibus diuersa
10 regna extitisse, Neustriæ uocabulo, candidus Lector intelligat: primo quidem sub Merouingis, & ante Ludouici primi tempora, quod ex Burgundia, Prouincia, & tractu Transiurano conflatum fuerat: postea uerò, cum tot fierent Francicorum regnorum sectiones inter tres filios Ludouici Pij, & rursus inter filios Ludouici secundi & Caroli secundi, Prouincia resecta à Burgundia proprium regem accepit, & Neustriæ uocula tractui maritimo Britanniam contra (qui olim Armoricus, posterius uerò Nordmannica nominabatur,) ac-
20 commodata fuit. Cœperuntque iam tum Prouinciæ reges celebrari, puta Carolus minimus natu filiorum Ludouici Pij: Ludouicus secundus, primi filius: & Carolus Caluus cognomento. Hinc P. Aemilius libro tertio rerum Francicarum scriptum reliquit: Carolo Prouinciam, cum altera Burgundiarum: Lothario alteram attribuit, cum ea quæ Austrasia fuerat antea: tunc Lotharingia pro Lothariana dici ab rege suo cœpit. Carolus prouinciæ rex non diu superstes patri, munerique paterno fuit. Eo mortuo, Ludouicus Lothariusque fra-
30 tres sine certamine illius opes diuisere: Ludouico Prouincia, quòd ea continens Italię sit, ac Transiurensis Burgundia euenit. Porrò decrescente sobole, ac plerisque sine filijs extinctis, Carolo secundo & Lothario secundo, Prouincia rursus ad gubernacula comitum redijt, qui paßim Viennenses à metropoli & sede nuncupabantur. quales fuerunt Geuelinus de Gdana, à Carolo Caluo constitutus ex Ostrofrancia: Gerhardus

Duplex Neustria.

Comites Viennenses.

eius filius cognomento à Rozzilon, quem Caluus ob suspicionem affectati regni profligauit, & haud procul sancti Quintini urbe prælio superauit: Theodericus Gerhardi filius, restitutus à Carolo Crasso, author cœnobij Pultriaci in Burgundia: Falco, ex Andegauense comite Burgundiæ præfectus. Ac licet Boso

Boso rex Prouinciæ.

postea Caroli Calui sororius, regnum Prouinciæ dignitati suæ restituisset: tamen filius eius Ludouicus, cùm mortuo Arnolpho imperatore Italiæ aspirat, à Berengario primo Italiæ rege prælio superatus, luminibus priuatur, nullis relictis liberis. Quo tempore, rerum iam potentes in Burgundia Habsburgenses, authore Hugobrechto abbate Hugeshouensi, cui Lotharius secundus ob sororem Thietbergam quam matrimonio iunctam habebat, ducatum Transiuranum, maiorum suorum ditionem restituerat, paulatim limites in Prouinciam promouere cœpissent: Rudolpho in primis, Chunradi Stratlingensis filio, Hugonis abbatis nepote, & Hugoprechti ex abbate ducis Transiurani pronepote, coronam sibi apud sanctum Mauricium imponente, anno Salutis octingentesimo & octuagesimooctauo. Quo seculo tamen in partes dissecta Neustriaco regno, & pessumeunte Transiurano ducatu, tres principatus noui exorti fuerant: regnum Burgundiæ nouum in Transiurana ditione, & parte Burgundiæ exteriore, Rudolpho, de quo diximus, authore generis Habsburgensis: regnum Arelatense, in agro Prouinciæ orientali: & comitatus Burgundiæ, ubi Iura mons Vosagum contingit, ubi Visontio & Tullum urbes sunt, hodie Bizantium archiepiscopale, & Dola, etiamnum Burgundiæ nomine quam Altam uocant celebratus. Atque his quidem omnibus prouincijs, Habsburgensis generis heroes rerum potiti fuêre: In Burgundiæ quidem regno Rudolphus secundus, Richardi Burgundię comitis filius, qui Rudolphi primi frater extiterat, Chũradi Stratlingensis filiorum alter: In Arelatensi uerò

Prouincia rursus Burgundiæ iungitur.

regno

regno Hugo, Hugonis abbatis nepos, uel filiorum alter, ut opinor, Chunradi Stratlingensis frater germanus. In comitatu deniq; Burgundiæ, qui postea Palatinatus dici cœptus est, Richardus secundus, filius Richardi primi, & Rudolphi Burgundię regis secundi frater germanus. Et sic intelligitur quod P. Aemilius scribit libro tertio rerum Francicarũ: Nulla inde controuersia fuit, quin Simplicem, ueluti à Francico nomine deficiẽtem, Hebertus ad se accerseret, in speciem spemq́; rei Francicæ componendæ: comprehensumq́; in custodia haberet. Ita dum anceps fertur in potestatem Viromandui, Peronam profectus, præsidio custodibusq́; circumfusis, adductus est, Anno salutis noningentesimo uicesimoquarto, ut regni iure cedere se in procerũ concilio profiteretur, illudq́; dono dare Rudolpho Burgundiæ regi, Richardi filio, post Ludouicum Bossonis filium in Italia captum, luminibusq́; orbatum, magnis opibus uiro, suoq́; per baptisma filio. Ferocem Burgundionem faciebat Germanorum affinitas, quòd in matrimonio habebat Bertam, Burcardi Sueuorum ducis filiam, Francorum amantissimi: cũ cæteri Germani alieniores à Francis haberentur. Imperij etiam ueluti uagi ac in medio positi spem affectans, in Italiam cum transcendisset, Berengario uicto, rerum illarum magna ex parte trienniũ potitur. Mortuo in custodia Simplice, anno eius seculi sexto & uicesimo, cum Italos iam eius pœniteret, in Galliam rediit. Continuò Hugo Arelatensium rex in Italiã, ueluti uacuam possessionẽ, spe Imperij se contulit. quòd Prouinciæ regibus Italiam, Augustumq́; nomen, ut docuimus, deberi diceret. Atq; is Hugo (non ille Capetus, qui Carolo postremo Carolingorum uicto, & Landuni capto, regnum Franciæ suũ in stemma transtulerat) penè ultimus Prouinciæ fuit qui se regem appellaret, siue à metropoli Arelatensem. Qui enim secuti sunt, reges se potius Italię nominauêre: Lotharius filius Hugonis supradicti, de inclyto genere Habsburgensium, & Adelhaidis Rudolphi Burgundiæ regis, de eadem pro-

ſapia. cuius filia Mechtildis Richardo cuidam Nordmanniæ principi nupta, & Burgundiæ duci inaugurato, cùm à Carolo Simplice Franciæ rege, tum ab Ottone ſecundo Imperatore, Rudolphum ſecundum Burgundiæ regem peperit: quam Carolus Simplex de ſacro fonte leuauit, & cuius matrem uiduam Otho primus Imperator coniugio ſibi iunxerat. Cuius coniunctionis ergò Burgundi reges de gente Habsburgenſi, Rudolphi quatuor, & duo Chunradi, magnam Prouinciæ partem, Burgundiæ adiacentem, hoc eſt hodiernam Sabaudiam & tractum Arelatenſem impetrarunt. Quamobrem Rudolpho quem cognominant Ignauum, ſancti Rudolphi filio, ſine legitimis filijs extincto circa annum milleſimum trigeſimumquartum: Chunradus imperator, hoc nomine ſecūdus, teſtamento etiam iubente, illam prouinciæ partem cum potiori Burgundiæ agro, poteſtati Germanorum Cæſarū ſubiecit: illamq́; & ſucceſſores illius, aduerſus Francorum reges de Hugone Capeto deſcendētes tutati uſq; fuêre: conſtitutis unà in Burgundia palatino, præfecto Arelatenſi in Prouincia, & Sabaudiæ inter hos comite, qui à Permoldo Saxone Ottonis tertij propinquo defluxêre. Quæ munia, hoc eſt præfecturam Arelatenſem, & Burgundiæ palatinatum, apud Viſontionem & Tullum, authoritate & beneficio Romanorum Cæſarum Habesburgenſes comites ex Briſgouia potiſsimùm obiuere: maiorum ſcilicet ſuorum auita ditione recepta: Berchtoldus Barbatus cognomento, Henrico quarto imperante: eiusque filius Berchtoldus ſecundus: Bernherus: atque nepotes, Berchtoldus tertius, Chunradus: & pronepotes, Berchtoldus quartus, & Otho. Quorum ſecundus Bernam & Friburgum in Vchtlandia, tum exterioris Burgundiæ parte: tertius quoque Búrgdorfium ibidem conſtruxit, debellatis & ad obſequium redactis Burgundis: poſtremi ueneno ſublati à Burgundis fuêre. Reperitur adhuc Rudolphus quiſpiam, gentis Habsburgenſis de Laufenburgo pa-

Regnum Prouinciæ, regibus Burgundiæ ſubijcitur.

Præfecti prouinciæ Rom. Imperij.

10

20

30

gopa-

gó palatinum Burgundiæ egiſſe, & Arelatenſem uicarium, circa annum milleſimũ treceteſimum & decimumquartum, à quo primùm omnium pagi interiores Heluetiorum, Schuuicz, Zug, Vri, Vnderuualden, Eynſidlen, defecerunt. Sic deſtituto præſidijs, de quo diximus, Rudolpho, cum & genus Habsburgen. in tractu illo Transiurano in Ioãne ultimo defeciſſet, ac poſtremò circa annum Domini 1383 Leopoldus archidux Auſtriæ ex alia ſtirpe Habsburgenſiũ cum toto exercitu deletus
10 ab Heluetijs eorũq; confœderatis fuiſſet, Franciæ reges oblata occaſione, cum nemo reſiſteret, totam Prouinciam iuris ſui fecerũt, quam per filiũ maiorem illi natu adminiſtrare conſueuêre, & Delphinũ uocant, & Prouinciam Delphinatũ: Burgundiæ regno in duas peculiares ditiones diſtincto, Sabaudiæ uidelicet ducatu, & Burgundiæ comitatu, quam Altam appellant.

CAPVT SEXTVM: DE SVCCESſione inclyti generis Habsburgenſium prima. 5

CONSTITVTO generis authore, Sigeberto uidelicet exule, Theodeberti regis Auſtraſiæ à germano Theoderico Burgundo occiſi filio: inquirenda porrò ſoboles tam inclyta
20 eſt, qua prole, ac quibus illa ſucceſſoribus propagata ſit. Manlius quidem, ut dictum eſt, Oddobertũ Prouinciæ regem, Sigeberti exulis filium, fingit. Quod falſum eſſe, ex fide hiſtorica Capite ſuperiori oſtẽdimus: cum Prouinciæ reges poſt Ludouicum primum, Caroli magni filium, orbi primùm cognitos conſtet. Ioannes uerò Stabius anteceſſor meus, Maximiliani quondam Cæſaris hi
30 ſtoriographus, Ottobertum & ipſe quidem ſecundum in hac gente commemorat, ſed alio parente ortum: nempe Childerico Auſtraſiæ rege, Clodouæi regis hoc nomine ſecundi in prouincia Pariſienſi principantis, quem ab Bodilone comite occiſum refert. Verba eius ſubſcribam: Iſtius Childerici concludo filium fuiſſe Ottobertum, qui in tantis rerum turbinibus & confuſionibus, quibus regnum Francorum tunc laborabat

 (ut ex

(ut ex allegatis Annonij & Sigeberti chronographi ſcriptis facile perſpicitur) regna paterna ſuſcipere non potuit. Poteſtas enim omnis non apud reges, ſed apud maiores domus tunc erat: qui non quæ regum, ſed quæ ſua fuêre, quæſiuerunt. Hinc Ebroinus Francorũ Neuſtriæ & Burgundiæ regna inuadens, Pipinus uerò Anſegiſi filius, exemplo auunculi Grymoaldi, regibus contemptis in Auſtria ſibi regnum uendicans dominabatur. Neq; illo contentus, ut Sigebertus chronographus ſcribit, Neuſtriam & Burgundiam, imò totam Francorum monarchiam ſub nomine maioris domus ſibi ſubiecit, teſtante Sigeberto de anno Domini 691, cum ſcribit: Theodericus rex, unà cum Berthario Pipino congreſſus uincitur. Bertharius à ſuis perimitur, Theodericus à Pipino capitur: Pipinus ſibi Neuſtriam ſubiugat, & ſub Theoderico ſolus toti regno principatur. Quod etiam Gaguinus in Compendio ſuo notat. ſic enim de his regibus ſcribit: Per idem fermè tempus Theodericus cum annos XIX regnaſſet, morte interceptus perijt, relictis ex Chlothilde uxore liberis duobus, Chlodoueo & Childeberto. Sed Chlodouæus anno regni ſui tertio mortuus eſt, Childeberto ei ſuccedente: de cuius rebus geſtis, ac ſi nihil præclarum edidiſſet, quidquam ſcriptum nõ extat. Si ergo in hiſtoria neglecta multa ſunt, ad tempora reſpiciendũ eſt, quæ per omnia concordant. Quia Childericus rex tempore Pipini, filij Anſegiſi, interfectus eſt. filius eius Ottobertus deſcendit uſq; in tempora Caroli Martelli: Amprinctus filius Ottoperti in tempora Pipini, Caroli Martelli filij: Ethopertus filius Amprincti in tempora Caroli magni imperatoris, filij Pipini: Rampertus filius Ethoperti, contemporaneus filij Ludouici Pij, ſub anno 814. Ottobertus autem, de quo diximus, interea dum pater ſuus rex Hildericus à Bodylone in uenatione interfectus eſt in Auſtria ſuperiori, uidens mirabilem regni Francorum mutationem, ut patrem totius monarchiæ Francorum regem, impiè trucidatum: patruum Theodericum cum maiore do-

re domus Ebroimo, prius attonsum, in monasteriũ trusum, iterum extractum, & regno sub Leudesio præpositũ, Ebroymi apostatę monachi furorem & insidias pertulisse: quid faceret Ottopertus princeps natura mitissimus, nisi ad supremi numinis auxilium confugiens, ad eius se cultũ prępararet? In Alemaniã itaq; trans Rhenũ abiens, post patris miserabilẽ casum se continuit in landgrauiatu Brisgouię, ubi sancto Dei uiro Trutperto monasteriũ ędificauit: ubi certis comitatib. contentus, pacificè & quietè uixit curam regni abijciẽs, ne ut pater à factionibus maiorũ domus trucidaretur. Accessit etiã Ottoperto alia infelicitas, odium scilicet contra patrẽ Hilderichũ à Francis conceptũ: timenti, ne si unquã in regnũ ueniret, cędẽ paternã ulcisceret. hactenus Stabius. Quem miror suę conclusionis oblitũ, postea cum arcus triũphales conficeret hero suo MAXIMILIANO Cæsari, portã honoris nuncupatã, Otpertũ istũ de quo scribimus, in hoc genere secundũ prorsus omisisse, & pro illo Theobertũ posuisse. Quẽ nec ego ab hac inclyta gente seiũgo, adductus autoritate P. Aemilij lib. 2. rerũ Frãcicarũ nominatim scribẽtis, cũ res gestas Childerici tertij Francorũ regis ex Caroli Martelli Austrasiæ principis, Caroli magni Imp. aui enarrat: Pipino cũ Griphone fratre bellandũ fuit, qui ex Arduenna elapsus, trans Rhenum se contulit, Saxonũq; armis se à fratre tegebat. Victus in maternã patriã Bauariã profectus, Tassilonem ducẽ domo pellit, ducatũ ipse sibi inuadẽs. Tunc quoq; uictus, restitutoq; Tassilone in Franciam ductus, ducatu Dentelicensi, cui inter Sequanam Isaramque duodecim Neustriæ comitatus contribuebantur, à fratre donatus, non diu conquieuit: ad Vuifarium in Aquitaniam profectus, gentem inter arma semper uersantem, in Pipinum concitat, maiore labore quàm periculo fratris, ac propè incruento milite Franco, nec ingente cæde suorum, qui se fuga texêre, uictus: cum ei neq; in Gallia neq; in Germania quidquã prosperè cederet, Italiam petens, in alpibus à Theoberto Transiuranorum nobilissi-

nobilißimo interimitur. hæc ille de Theoberto, etsi in quibusdam exemplaribus mẽdosè Theodeno legatur. Hunc ego Theobertum uel patrem uel fratrem Ottoberti facio, cuius scrinia & Annales cœnobij S. Trutberti in Hercinia sylua, tribus à Friburgo Brisgouiæ miliaribus, mentionẽ faciunt, sarcophagumq; demonstrant unà cum tumulis Babonis filij, Rotheri nepotis, Amprinchti pronepotis, Aethoberti ab nepotis: & qui consecuti sunt, Ramperti, Gelbonis, Guntrami, & Luitfridi, qui primùm abbatiæ honorem templo ab Ottoberto primo super tumulum S. Trutberti Germaniæ apostoli ac martyris, constructo adiecit, ut uerba fundationis eiusdem cœnobij manifestè demonstrant, quę sic habẽt: (prooemio diplomatis omisso, quod postea in Luitfrido primo adducemus, textumq; ad finem usq; inseremus:) VNDE diuino compunctus amore animę meę, & progenitoris atq; successorum suorũ, quidquid per chartam traditionis donatum fuit ab antecessoribus meis, Otperto uidelicet qui inductor fuit preciosißimi martyris, & Rhamperto, cęterisq; fidelibus eandem uallem cum omnibus illi adiacentibus, à monte Samba, ubi oritur Numaga, cum montib. collibus, pratis, pascuis, syluis, uallibus, cultis & incultis, ab ortu supradicti flu. usque ad flu. Meczinbach: & quæ sequuntur in eodem diplomate. Addit historia eiusdem cœnobij, hunc principem Ottobertum, imperante apud Gręcos Phoca Cęsare, & Theoderico, puta tertio rerum in Francia potẽte, circiter annum Salutis nostræ DCCXX, floruisse. Quo tempore beatus Rutbertus Bormaciensis præsul pulsus fuerat, à Berthario Austrasiæ duce, quem diximus unà cum Theoderico tertio rege suo, à Pipino maiore domus, ob tyrannidem uictum & profligatũ fuisse (numerum annorum Sigebertus chronographus adnotauit 691.) Suscesserat autem Berthario Reginfridus Andegauensis in ducatu Austrasiæ, quem ob similem tyrannidem Carolus Martellus Pipini filius profligauerat, Theoderico rege restituto (numerum annorum

Successio comitum Habspurgi in S. Trutberto sepultorum.

10

20

30

Anna-

Annales animaduertunt DCCXXII.)Itaque cum exilium S.Rudbertus æquo animo ferret, ne interea ocio torperet,& ut reliquas Germaniç gentes ad Christi oui le congregaret,adscito in partẽ laboris fratre suo Trutberto, iter difficile ac plenum omnis generis periculorum suscepit. Et cum Boiarios ipse sibi deligeret, quos Christo uendicaret, Germano Hercinij nemoris incolas atq; accolas commisit.ad quos cum intrepidus, munitus sacrosanctę crucis mysterio accederet, in ditione
10 Ottoberti comitis Habesburgensis atq; Altpergẽsis, tertio ferè à Friburgo Brisgouiæ miliario,in ipsis Herciniæ saltibus exploratus ex itinere,à latronibus,quibus salutẽ adnunciabat, occiditur, eo ipso loco ubi nunc sancti illius celebris & perantiqua abbatia superest. Qua re cognita Ottp[illegible]tus,siue secundum Teutonicam pronunciationem Ottprechtus,eorum finiũ dominus,qui non multo antè soceri sui agrum, irriguũ Numaga Brisso & Trasma comparauerat, cum & de pio proposito uiri edoctus fuisset,& miraculis interfecti innocentiam intel
20 lexisset,de sontibus primùm condignum supplicium sumpsit:& altiora deinde animo meditatus,martyrem honorificè sepeliuit, sepulchroq́ue sacellum suprapone re cœpit, quod filius Babo superstes ad extremã postea manum deduxit. Est autem uerisimile, matris, aut potius uxoris propriæ eum agrum hæreditatem fuisse: quam falsò Manlius Latina uoce Euphemiam uocat, Sueuiæ principis filiam:cum constet,Luitpergam nuncupatam fuisse, Gunczonis Sueuiæ ducis filiam:quam beatus Gallus, paulo antè sancti Columbani eorum fi
30 nium apostoli discipulus,dæmonio liberauerat. Gunczonem autem Chunradum fuisse, obscurum non est, quem Germani uernaculo sermone Kunczonem appellant.Atq; ea causa transmigrationis fuerat ex Iuræ ac Vosagi montium conuallibus,ubi parens uel auus duas in propinquis & oppositis scopulis arces condiderat, quarum diximus unam ab Habendo, & ex donatione Lotharij regis Francorum Habenspurg: & alteram in

memoriam sancti Romarici propinqui sui, quem unà cum sancto Columbano tyrannus Theodericus Burgundus in exilium pepulerat, cum ad saniora eum consilia monuissent, quòd Hermenberga Gottam sine causa dimissa, bellum in fratrem Theobertum Austrasiæ regem pararet, Altberg nominasse. Sic extructa noua arce ultra Rhenum, in uxoris seu matris hæreditate, eam Streychburg appellauit: à qua non ita procul propinqui sui Alsatiæ & Sundgouiæ comites, ex genere sanctæ Otiliæ, Egino, Gerbelus, Bodalus, Etto & Bero, condiderant Egenesheym, Gerbelsheym, Bodelsheym, Ettenheym, & Bernsteyn. Quæ cunctæ postea ditiones deuolutæ ad Habsburgenses, comitatuum titulis insignes fuêre. Manet adhuc Ottoberti siue Ottoprechti ditionis uestigium, seu nominis memoria, in ualle notissima Alsatiæ Ottprechstall, quà iter in Lotharingiam est, haud procul ruinis antiquarum arcium de quibus locuti sumus Habensburg & Altpurg, ubi hodie sancti Deodati est cœnobium, & aquæ salubres quæ Plumbers dicuntur. Non possum hoc loco Lectorem celare, Ioannem Stabium antecessorem meum, Maximiliani Cæsaris felicis quondam recordationis Historicum, in Ottoberto illo, in Iacobum Manlium Friburgensem, Medicum eiusdem Cæsaris antiquarium, acerrimè inuectum fuisse, quòd Othobertum illum descendisse ab Othoperto Prouinciæ rege adseruerit: illo uidelicet, qui Chlotarij regis Francorum debebat filius extitisse, à Guntramo rege Prouinciæ interfecti. Quod nos suprà ex fide historia reprehendimus: & iam adeò, caput concludentes, eadem Chronologiæ ueritate tam Stabium quàm Ladislaum Sundhaymium Maximiliani Imperatoris à sacris, sugillamus: quòd ille quidem, Theoberti Austrasiæ regis occisi filium fuisse adfirmare ausus fuerit Othopertum illum Theoderici Burgundiæ regis fratrem: hic uerò Chilperici regis

regis Austrasiæ à Bodilone comite interfecti, quem cõtra dignitatem ordinis aliquando nutricium flagris ceciderat, natum eundem Otbertum extitisse, hero suo persuadere conatus fuerit, non minore sanè quàm Manlius aut Sundheymius errore. Qui uel inde animaduertitur (ut de Chronologia nihil dicamus) quòd Oddoperto regi Prouinciæ Manlius assignet annos 586, & Ottoperto comiti filio regis annos 605. Sundheymius porrò Othoberto comiti tribuat annos 605, & Ramperto (qui quartus ab Othoberto ad clauum sederat) annos 814. necessum enim foret totis duobus seculis, & ultrà, quatuor illos uixisse: quod fidem omnem excedit. Stabius denique, cum ex Sigeberto chronographo probare contendit, attonso à Grymoaldo maiore domus Dagoberto secundo, Childericum à patre Chlodouæo rege Parisiensi & Suesionensi Austrasijs regem datum circa annum 657, eo occiso à Badilone comite, Ottobertum filium eiusdem cesisse regno, & aliquot secus Rhenum agros accepisse (ut eius uerbis utar) quòd post miserabilem patris casum plus Vltrarhenanis in Alemania confideret, quibus tanta regni scisio & maiorũ domus factiones minus placuere. Et cum Ottobertum prædictum, quem Childerici regis filium fingit, ad tempora Caroli Martelli, Caroli magni aui, deducat, quem constat gubernacula maioris domus accepisse sub Theoderico rege circa annum DCCXX: & rebus humanis excesisse anno, ut Annales omnes adnotarunt, DCCXL: quis non uidet, Othopertum de quo agimus, occiso patre circa annũ uidelicet 559 (biennio enim tantùm Austrasijs imperasse, Aemilius author est) sexaginta duorum spacio annorum gubernacula in Hercinia sylua, locisque ad utramque Rheni ripam proximis, usurpasse? Quod nec Chronologiæ, nec ueritati consonum uidetur.

CAPVT SEPTIMVM: DE OTHOPRECHTI comitis Habsburgensis, Altpergensis & in Streychburg, progenie & propagatione.

OTTPRECHTVS igitur, posteaquam agrum nõ exiguũ à Rheno in Herciniam syluã extentum, uxoris siue matris hæreditatem comparasset, unicũ filium progenuit Babonem, siue Bebonem: cuius etsi tumulus in S. Trutberti templo nõ extet, fit tamen eius mentio in Annalibus prædicti cœnobij: & testantur memoriam illius non ignobiles eius uiciniæ pagi, à nomine illius scilicet nuncupati, Bebenheym, Bebenuuiler, ubi nimirum regiam is tenuerat. in quorũ altero fortasis conditus iacet, ut fuit eius seculi simplicitas, citra titulum. non enim tum basilica illa S. Trutberti fuerat, quàm Luytfridus posterius elapso penè seculo construxisse reperitur, sacello ueteri demolito, quod (ut diximus) Otbertus à fundamentis supra tumulum beati Trutberti martyris construere cœperat: ad extremam uerò manum hic, de quo scribimus, Babo perduxerat. Qui cum uitæ curriculum absoluisset, ex proximi comitis filia (nomen in Annalibus non exprimitur) duos filios suscepit, Rotherium & Ambertum: quos scrinia cœnobij sancti Trutberti Rotprechtum etiam & Amprinctum nominant. Ex his Rotherius siue Rotprechtus (quod nomen à maiestate consiliorum Radebertum Francorum annales dicere uidentur) ex Hermentrude comitissa à Gems procreauit Gelbonem & Hettoprechtum. moritur uigesimosexto Iunij, anno à nato Christo 766. conditus in aui tumulo ad sanctum Trutbertum. Cuius frater Ampertus, siue Amprinchtus, paulo antè in bello ciuili quod Pipinus Caroli magni pater aduersus Landfridum Sueuiæ ducem & Bertharium comitem gesserat, interfectus est, nulla relicta prole. HETTOPRECHTVS igitur Rotherij filius maior natu, cum frater ante diem hominem exuisset, gubernacula tam Brisgouiæ quàm partis Alsatiæ consecutus, ex quadam Burgundiæ comitissa

Rotherius comes ab Habsburg.

10 20 30

tissa Gelbonem secundum progenuit. Nonnulli Rampertum & Amprinchtum adijciunt: &, quod uidetur Chronologiæ repugnare, duas filias, Hiltrudem Luitfrido cuidam Sundgouiensi comiti, fratri Eberhardi ducis, Murbacensis monasterij authoris, & Mazonis regis: & Dorotheam, Carolo Salinensi comiti, nuptas: in qua nimirum opinione Gebulherus est. Quod plerisque non admodum probatur, cum secula & annorum numeri reclament. Vixisse enim Hettoprechtum il-
10 lum sub Pipino Breui, Caroli magni parente, circa annum Salutis septingentesimum septuagesimum, constat: cum Eberhardus Alemaniȩ dux, frater Luitfridi comitis Sundgouiensis, & Mazonis regis Burgundiæ, Murbacensem abbatiam fundasse legatur multo antè, sub Theoderico rege Francorum hoc nomine (ut opinor) tertio. Et si non adeò multi anni intercidant: ut non omnino recedere ab eadem coniectura & ipse uellem, si ex probatis annalibus uel diplomatibus super eâ re testimonia haberem. Pinxi tamen obiter in arbore
20 & illius generis initia atque progressum. RAMPRECHTVS igitur, à maiestate laudis sic gentilicia lingua nuncupatus, quem alij Reynpertum & Reynprechtum uocant, siue Hettoprechti filius extiterit, siue Luitfridi comitis Sundgouiensis de genere sanctæ Otiliæ, à comite Habsburgense adoptatus, ut Gebulherus adserere uidetur, in possessionem equidem missus est omnium eorum quæ cùm Habensburgenses per Herciniam syluam in Brisgouia & Iura monte: tum uerò Atticonis ducis posteri in Al-
30 satia, obsequio imbuta habuerant prædia. Quorum uetustiora fuerant, & quæ passim in titulis usurpabant, Altpurg, Habenspurg, Strichburg, Numaga, Scharfenstayn, Ortenberg, Franckenberg, Huringen, Grauenpan, & quæ ab Ottobrechto uallis nomen retinet Ottprechstall. De cuius rebus gestis ac matrimonio nihil reperi. Titulus solùm maiorum suorum tumulo, in sancti Trutprechti basilica adscriptus

Ramprechtus comes quintus.

cernitur,ſine numero annorum & mortis die. Hunc GVNTRAMVS filius ſecutus eſt,uetus Francicum nomen maiorum ſuorum Auſtraſię & Burgundię regum ſortitus. Qui propagatis limitibus in Ergouiam, Lauffenburgum aliaq; circum loca in ditionem accepit, fratribus proximos agros in diuiſione ſortitis: Gerbilone quidē Huringen,Ortenberg & Franckenberg, ubi Gerbelsheym condidit: Eginone uerò agrum adiacentem ad Rheni ripam,ubi Eginesheym regiam conſtruxit,& à ſuo nomine appellauit, quem comites uidelicet Eginesheymenſes ſecuti ſunt: & poſtremo Hugone, cui ſorte obuenerant Otbretztall, Vuilertal,Grauenpan,& Keſtenholtz.unde defluxêre Hugoprechtus abbas, Lotharij ſecundi ſororius,à quo Iuræ montis ducatum maiorum ſuorum ditionem receperat: Hugo, ex abbate in Hugeshouē,paterni ducatus in Iura mōte hęres: Chunradus Burgundiæ comes: & Rudolphus,primus ſuę ſtirpis Burgundiæ rex,quem aliquot poſtea Burgundię reges,Rudolphi Chunradique conſecuti fuêre, de quibus ſeorſim ſuo loco dicetur. Quorum etſi nec Manlius nec Stabius meminerint, eorum tamen nomina adnotata in annalibus cœnobiorum obſeruauimus. Mentionem eorum facit & Gebulherus: aliunde eos tamē deducit, à quodam Bodalo uidelicet, Attici quondam Edelſaſsiæ principis,diuę Otiliæ patris,nepote,Bleonis comitis fratre,filio uerò Hugonis: quem hiſtoriæ docent Attici ſupradicti filiū extitiſſe,unà cum Battacone comite Lympurgenſi, & Alberico comite in Lebertall, & Hettone abbate diuitis Augiæ in lacu Veneto, ubi hodie eſt Reichenauu.à quorum Battacone Gebulherus Beronē deriuat,conditorem arcis Bernſtayn,& cœnobij Beronenſis,in tractu Hagenouiēſi. Sed hæc alterius ocij ſunt. Porrò Guntramus comes ex Burgūdica comitiſſa quadam progenuit LVITGARDVM, ſeptimum comitē Habsburgenſem,quem alij rectius Luithardum appellant,plerique etiam uitio pronunciationis Leucardum. Qui ex Erentrude comitiſſa Franciæ genuit Ottonem epiſco-

Comes ſextus.

Comes ſeptimus.

10

20

30

episcopum Argentoracensem, Hugonem comitem Numagensem in Brisgouia, Luitfridum comitem Altpurgensem & Abenspurgensem, & Heduuigem comiti Egeneshaymensi propinquo suo collocatū. At Luitbardus prædictus multa donaria Gengenbacen. cœnobio, quod petentibus ex Argentoraco Herciniam sylvam occurrit, contulit, ut alter illius ceu conditor existimetur. Hunc LVITFRIDVS sequitur, hoc nomine siue primus siue secundus extiterit, parum refert: dummodo eum constet Habensburgensem principem fuisse, & Hugonis fratrem, patrem uerò Luitfridi, Hunifridi ac Hugonis, ut testatur diploma de posita abbatia sancti Truitberti, Arnolpho imperante, in hæc uerba: QVID SALVBRIVS atque utilius potest quisque cogitare, quàm suo creatori se suaque subiugare, de caducis & transitorijs, æternam uitam, dum uacet, mercari, Domino monente atq; testante: Quid « proficit homini si mundum uniuersum lucretur, ani- « mæ uerò suæ detrimentum patiatur? Et illud Sapien- « tis: Redemptio animæ sunt propriè diuitiæ. Ideo ego « Luitfridus comes de Abenspurg, in nomine sanctæ « Trinitatis, quod nobis suggerit honestas sacerdotum, « clarissima dignitas regum, omnisque industria fide- « lium, decreui deuota mente quoddam monaste- « rium in honore Dei constructū, & Apostolorum Pe- « tri ac Pauli, & sancti Trutberti martyris, qui ibi corona « tus est, & ipso sanctissimo corpore requiescit, cætero- « rumque sanctorum, quòd à præterfluente fluuiolo Nu « maga, nunc monasterium S. Trutberti uocatur, instau- « rare ac augmentare, cum ædificijs, omnique ornatu ad « diuinum cultum pertinentibus: quod ego à fratre « meo Hugone in partem hæreditatis possedi. Vnde di- « uino compunctus amore, animæ meę & progenitoris, « atq; successorum suorum, quidquid per chartam tra- « ditionis donatum fuit ab antecessoribus meis, Otber- « to uidelicet, qui inductor fuit preciosissimi martyris, & « Ramberto, cæterisque fidelibus, eandem uallem, cum « omni-

Comes octauus.

Literæ antiquæ de comitatu Habenspurgensi.

» omnibus illi adiacentibus, à monte Samba ubi oritur
» Numaga, cum montibus, collibus, pratis, paſcuis, ſyluis,
» uallibus, cultis & incultis, ab ortu ſupradicti fluminis
» uſq; ad flu. Meczinbach, ex utraq; parte montium in in-
» tegrum atq; per totum, conſentientibus filijs meis Huni
» frido, Luitfrido & Hugone, trado atq; transfundo Vual
» derico abbati ac fratribus ibi Deo ſeruituris, ut habeãt,
» teneant atq; poſsideant perpetualiter, ſine omni contra
» dictione. Inſuper ego cum conſilio filiorum meorum,
» atque rogatu, ut propenſius & deuotius memoria mei 10
» meorumq; filiorum augeatur, in præfato monaſterio,
» exceptis his quæ prænominauimus, ex alia mea hæredi
» tate donaui ad ipſum locum, hoc eſt in Mortinouia, in
» Bichinheym, & in Vuetlinbach, & in Gaminshart
» in Alſatia, & in Burckheym, & in Lymenhuſen, quid-
» quid habere in his locis uiſus ſum, ad altare, ubi deſidero
meum eſſe ſepulchrum: dedi ſpecialiter in Columbra,
unam Huebam, ut eam habeat cuſtos altaris, & procu-
rator, ad memoriam mei libentius peragendam. Hæc
ego donaui de mea parte, quæ me contingit, propriæ 20
hæreditatis. *Sed* & præfati filij mei, pro Dei amore &
ſanctorum eius, quorũ memoria & honor ibidem adſi-
» duè celebratur, ex ſua quiſq; parte, quæ ſe contingit, pro
» priæ hæreditatis, ad ipſum locum dederunt: Hunifri-
» dus uidelicet, qui maior eſt in illis natu, in Nordgoue, u-
» nam curtim quæ dicitur Kunignishouen: Luitfridus, in
» Sundgouia, in Suouuanisheym: Hugo, in Egenesheym.
» In his prænominatis locis, ego ipſe Luitfridus & præno
» minati filij mei, quidquid uiſi ſumus ad præſens, ad ſu-
» pradictum monaſterium per totum, ſinguli quiq; no- 30
» ſtrûm ex ſe pari uoto, conſimiliq; cõſilio donamus atq;
» tradimus, ut abbas ipſius loci, cæteriq; monachi firmũ
» teneant, & nullo hominũ contradicente perpetuò poſsi
» deant. Decimationem etiam in Sundhouen, & in Gun-
» delsheym, de noſtris rebus concedimus eis ſimili ratio-
» ne. Ipſi uerò monachi in ipſo loco cõſtituti, poteſtatem
» habeant eligendi abbatem inter ſe, qui eos regulariter
poſsit

Hodie Colmaria dicitur, ditionis adhuc Auſtriacæ, unà cum Mortinouia, tractu uidelicet à Kenczingen, Offenburgum.

posit & dignè regere. Ipsi quoque filij mei, aduocati «
sint rectissimi ipsius loci, atque authores & defensores, «
& hæredes ipsorum. Et sub eorum tutela ipsum mo- «
nasterium, cum omnibus pertinentibus, tam cautè & «
iustè defendatur, quatenus sint reddituri inde ratio- «
nem. Sed & abbas quem ipsi constituerint, potestatem «
habeat ad procurandum, ipsarum rerum à fratribus, ni- «
hil inde seruitij aut census exigatur à filijs meis, uel suc- «
cessorib. eorũ, aut ab ulla persona: per Dominum om- «
10 nium creatorem obtestantes, ut electum abbatem nul- «
lus audeat pro pecunia, aut per aliquam occasionem in- «
iustè deponere, aut constituere. Etsi aliquis conatus fue- «
rit hoc facere, nisi citò reuocatus ab hoc cœpto tam ne- «
fario, tam acceptor pecuniæ quàm dator, & quicun- «
que inter eos mediator fuerit, cum mago Symone, qui «
Spiritus sancti dona æstimauit emere precio pecuniæ, «
est præcipitatus Apostolica authoritate in profundum «
Tartari: & cum Iuda Scariotha, qui Dominum Chri- «
stum uendidit pecunia, damnetur æterna perditione. «
20 Et si quisquam hæredum meorum, siue prohæredum, «
siue qualiscunque persona, in aliquo infringere, aut «
irritare studuerit, quæ cum consensu filiorum meo- «
rum deuota mente ad seruitium Dei contradidi, dona- «
ui, firmaui, in ultimo Dei magno & horrendo iudicio «
cogantur inde reddere rationem, & ab æquissimo iu- «
dice damnentur æterno supplicio. Hæc ex diplo- «
mate. Cuius textum prolixus idcirco adducere uolui-
mus, ut & generis inclyti propagatio innotescat, &
ipsissimos Habensburgenses principes, unde citra du-
30 bium Austriades defluxerunt, cognoscamus, ab eo-
dem Luydfrido, abbatiæ sancti Trutberti authore,
descendisse, incrementaque ex religionis adsertione
quàm maxima accepisse. Siquidem & loca cuncta,
prædiaque quorum in diplomate fit mentio, in ho-
diernum, usque diem Austriadis parent, in Alsatia &
finibus, hoc est Mortinouia, Sundgouia, Egenesheym,
Burckheym, Kunigshouen, Bickynheym, Lymenhu-

r sen,

ſen, Sundhouen, Gundelsheym, & reliqua. Is Luitfridus circa annum Domini nongĕteſimum octauum, ex Bibrada quadam comitiſſa, quæ fatis conceſsiſſe adnotatur, anno nongĕteſimo uigeſimonono genuit tres filios, quorum adductū etiam diploma meminit, Hunifridum landgrauium Alſatiæ & Nordgouiæ comitem, hoc eſt terræ ad Rhenum ſeptentrionalis: Luitfridum, Sundgouiæ principem: & Hugonem comitem Egenesheymenſem, ac dominum in Vuilertall ac Lebertall: de quorum Hunifrido ſtemma poſteritatis 10 proceſsit. Atque Luitfridus quidem hoc nomine tertius, belli ſtudijs clarus, dum contra Sueuos dimicat, fortiter occumbit, anno nongenteſimo quinquageſimoquarto, cum ex Luitharde coniuge nullam prolem tuliſſet. De Hugone uerò hæc Auentini uerba intelligenda ſunt, cum de Carolo rege Franciæ, Lotharij ſecundi fratre ſcribit: Inde ratus haud dubiè fratri ultima fata imminere, Alſatios petit, Hugonem Luitfridi & Bernhardum Bernhardi filium in ditionem redegit. Eſt autem ueriſimile, & 20 Bernhardum illum generis Habsburgenſis extitiſſe, de quo Paulus Aemilius hæc adnotauit, libro tertio rerum Francicarum: Propè res confecta uidebatur, Auguſtusque iam ſaltum Pyrenæum ſuperarat, quum Bernhardus comes ſecundæ ab rege inter Bardulos authoritatis, ſceptrum gentis in Franciam ferri, adeò moleſtè indigneque tulit, ut procerum gentis, coniuratione facta, metu'que Adelphonſum perterritum coegerit, appropinquanti iam Franco legatos mittere. Porrò Hugo, de quo 30 loquimur, ex Heduuige comitiſſa ab Egenesheym propinqua, & ſui adeò generis, & quæ illum dote hæreditate'que ditionum Egenesheym & Dagſperg auxerat, orbi inuexit comites ab Egenesheym, poſterius Flandriæ principes. Nam cum Hugonem procreaſſet, paterno nomine inſignitum: is Hugoprechtum & Vlrichum reliquit. Cuius filij nimi-

Comes nonus.

Comes decimus.

nimirũ extitêre, Adalbertus comes à Dagſperg, & Bruno Tullenſis in Burgundia epiſcopus, poſtea ſub Henrico tertio Imp. ad faſtigium ſummi pontificatus Rom. in Eccleſia ſublatus, & LEO NONVS appellatus. de quibus poſtea ſuo loco ſeorſim dicetur. Cæterùm, ut reuertamur ad truncum arboris noſtræ, miſsis latera libus: Luitfridum comitem Habenſpergen. landgrauiũ Numagenſem in Briſgouia, quem diximus abbatiæ honore cœnobium S. Trutberti extuliſſe, ſecutus eſt filius
10 natu maior, HVNIFRIDVS nomine. Cui pater etiam uiuus, ut literæ habent fundationis paternæ, deſignauerat Alſatiam & Nordgouiam, id eſt agrum ſeptentrionalem, cum & Sundgouiam ac Mortinouiam in uerba accepiſſet, fratre Luitfrido in bello Sueuico occiſo, & ſine liberis mortuo: ex Anaſtaſia marchioniſſa à Ranſperg in Sueuia, natos reliquit, Guntramum ſecundum in hac gente comitem Ergouię ac Thurgouię, Eberhardum comitem Briſgouiæ, & Rothardum quendam, cuius donatiua in Gengenbacen. monaſterio agri Morti-
20 nouienſis multa leguntur. Is filium fertur Albertum genuiſſe, epiſcopum Argentoracenſem. Quo tempore ob ſobolis copiam ſcindi primùm omnium nobiliſsimum ſtêma cœpit, in Burgundię principes, qui poſtea reges ſalutati fuêre: & Briſgouię lãdgrauios, qui demũ & Zaringię duces, Charinthiæq́; aduocati Turicen. & Vchtlandię Burgundięq́; comites, & S. Rom. Imperij per regnũ Arelatenſe uicarij fuêre. Quę duę propagines iam olim deſiere: quorum uidelicet ditionis partem, ut propinqui Auſtriæ archiduces obtinuêre, qui ab Ergouiæ co-
30 mitibus defluxêre. Quorum caput Guntramus ſecundus fuit, Hunifridi filiorum alter. Nam ab Eberhardo ſecundo natu filiorum Briſgouienſes principes, hoc eſt Zatigenſes deſcenderunt, de quibus Capite nono à nobis dicetur.

Comes undecimus.

Comes duodecimus.

CAPVT OCTAVVM: DE BVRGVNdiæ principibus ac regibus, qui ab Hugone Luitfridi filio, & Hunifrido germano defluxêre.

DE Burgundiæ igitur principibus scripturi, Burgundiam ut definiamus cõsentaneum uidetur. non enim eandem Burgundię nomine prouinciam authoribus celebrari historiarũ, compertum est. Burgundiones quidem Ptolemæus ad Vistulam amnem collocare uidetur, ubi est hodie Poloniæ regnum. Plinius quoque inter septentrionales po- 10 pulos Vandalici generis facit. Mamertinus panegyrista, Burgundiones penitùs à Gothis excisos, Alemannorum agros occupasse scribit. Orosius quoque in Germania eorum meminit: & à burgis, hoc est castellis nominatos gentilicia lingua, quòd per oppidula sparsa colerent, Tiberio primo etiamdum imperante: Agathius præterea Græcus author, Gothici generis esse tradit, nimirum propter uicinitatem. Ammianus Marcellinus libro decimooctauo, ad Rheni ripam hanc gentem delineare uidetur, quæ in Germaniam magnam propa- 20 gatur. Cum uentum (inquit) fuisset ad regionem cui Capellatij uel Palas nomen est, ubi terminales lapides Germanorum & Burgundionum confinia distinguebant. Porrò Capellati situm Beatus Rhenanus, doctissimus historicus, ad Rhenũ in finibus Badensis marchionatus & palatinatus Rhenensis describit, Palatinatumq; à Palas uoce appellatum fuisse affirmat. Atq; de hac Burgundia, cum de Burgundiæ principibus deinceps sermonẽ continuauerimus, intelligere me Lectorem nolo: sed de altera, quæ in ripa Gallica in mediter- 30 ranea extendebatur. Nec tamen de huiusmodi prouincia simpliciter, quæ scribo, accipi uolo. bis enim in ea, nec eisdem semper finibus tamen, temporibusque regna Burgundiæ floruisse legimus. Primò quidem, ante Hunnorum & Francorum aduentũ, Burgundiones constat traiecto Rheno, pulsis Rom. prouincialibus, prouincias Rom. amplissimas occupasse, regnumq; uicinis Gothis,

Gothis,Romanis Francisq; formidabile excitasse,per totas Narbonensem ac Lugdunensem extentũ. Vnde historiæ tradunt,Etium Galliæ proconsulẽ Martiano imperante,cõmisso cum Burgũdionibus in Gallia prælio, uictoriam retulisse, rege illorum Gunditario capto. Apollinaris quoq; scribit, Burgundos,utpote uicinos, in Belgicam subinde excursionem fecisse,cum canit:

—Belgam Burgundia trux
Presserat,absoluis uinctam. Et iterum:
10 *Gepida trux sequitur,Scotum Burgundio cogit.*

In quo quidem Burgundię regno,ad clauum sedisse cõperimus post Gunditarium ab Aetio captum(cuius etiã Germanicæ antiquæ cantilenę ac historię mentionem faciunt)Gundizolus,Gundiochus,Chilperichus, Godegiselus,Gundobaudus(occiso fratre Godegiselo)Godomarus,Gundobaudus secundus,Godomarus secundus, Sigismundus qui in sanctorum numerum relatus est, à fratre suffocatus in puteo.cuius filios ex Amalasuuenda Gotha Sigericum, Siglandum & Gundobaudum acie 20 uictos,Clodomyrus Chlodouęi magni Francorum regis, qui primus sacris undis à beato Remigio perlutus fuerat,filius è medio sustulerat,regnumque Burgundię Francis subiecerat. Sed nec de illa Burgundia intelligi uolo,cum de Burgundię uel principibus uel regibus loquor. Etsi enim reges Burgundię deinceps quoq; floruerint ex gente Francorum, Chlodomyrus, ut diximus,Chlodouæi magni filius,Guntarius Lothariusque Chlodomyri fratres, & Lotharij filius Guntramus Gebennẽsis episcopatus locupletator,Childebertus nepos 30 Guntrami ex fratre Sigeberto Austrasię rege,Theodericus Childeberti natus, Sigebertus, & quos postremus Francorũ in Burgũdia Dagobertus Austrasianus rex ex beata Bathilda genuerat,Theodericũ Burgũdię,Lothariũ Lugdunẽsem, Childebertũ Austrasię,& Childericũ Francię reges.Hi tamen Habsburgicæ originis nec fuerũt,& aliud regnũ Burgundiæ q̃ de quo loquimur latius extentũ possederũt: prouincias uidelicet duas Rom.

Lugdunensem & Narbonensem,cum maxima Sequanorum & Iuræ montis conuallibus, ubi lacus sunt plures ad Rhętiam usq; primam diffusi, quorum Alemannus & Venetus celebriores fuêre. A' quibus iura duo alij principes petebant, Prouinciæ comes siue patricius in Narbonensi, & dux Transiuranus in Maxima Sequana & Heluetiorum conuallibus atq; alpibus: de quibus, primis capitibus huius operis prolixius disseruimus. Post quæ tempora Burgundiæ maiestate paulatim decrescente, cum Carolingi ad fastigium rerum in Gallijs, authore Pipino Caroli magni parente conscendissent, nomen penè etiam Burgundiæ amissum erat: duobus nouis regnis in tractu uetustioris Burgundiæ regni surgentibus, uidelicet in Gallia Narbonensi Prouinciæ regno, quod à metropoli etiam Arelatense nuncupabatur: & Neustriaco uersus alpes Italiæ & Austrasiam, ubi quondam Allobroges ac Heluetij, Rauraci Sequaniq; tenebant, hodie uerò Sabaudiæ ducatus, Burgundiæ comitatus, Vchtlandia, Sundgouia, ac Heluetiorum pagi uisuntur. Hinc Rhegino scribit, in diuisione fratrum Caroli Marcelli filiorum, Carolomanum Austrasiam fuisse & Alemanniam sortitum, Pipinum aũt Burgundiam & Neustriacũ regnum. Similiter & P. Aemilius libro Francicæ historiæ tertio cõmemorat, Lothario primo monasticen eligente, filios eius Ludouicũ regem prouincię, & Carolũ cognomento Caluũ regem Neustriæ extitisse. rursusq; sub Arnulpho Imp. & monarcha Bossonem quendam, eiusq; filiũ Ludouicũ Prouinciæ ac Italiæ reges nominare uidetur. de quibus ab initio operis ex fide historica dictũ iam est. Atq; ea cum occasio fuisset desolationis Burgundici uetusti atq; amplissimi regni, tot factis in eo diuisionibus, accidit postremò, ut Habsburgensis generis Hugoprechtus abbas in Hugeshouen, in ualle Vuilertal, à Lothario secundo ob sororẽ Thietpergam, quam is in matrimonio habebat, donatus Iuræ montis ducatu, quem maiores quoq; possederant, accessione proximarum ditionũ spiritus efferret, uetu-

uetustumque Burgundiæ nomen maiestatemque auitam referre occiperet. Cuius filius Hugo, itidem ex abbate dux Burgundiæ, Chunradum à Stratlingen cognominatum progenuit, Burgundiæ ducem in maxima Sequanorum & Lugdunensis parte. Huius deinde filius Rudolphus, accesſione uicinorum agrorum in finibus Allobrogum ac Narbonensis prouinciæ, regium rursus honorem recuperauit, Burgundiamque non illam ueterem, sed nouam, angustioribus limitibus comprehensam constituit: in qua aliquot Rudolphi ordine, Riccardi ac Chunradi floruere, sede regni ad Arelatum in agro Prouinciæ posita, reges cùm Burgundiæ tum Arelatenses nuncupabantur, uetusto decoro maiorum suorum Habsburgensium principum usi, Leone uidelicet rubro corona cœlestina redimito in aureo clypeo, uel sola corona cœlestina in aureo clypeo. Et de huiusmodi Burgundiæ regibus hoc loco nobis sermo futurus est, qui eum ferè tractū possederāt qui hodie est Sabaudię, Vchtlandię, Vualischneuuburgæ, & Burgundiæ quam Altam uocant: Sundgouiæ, Bugsgouiæ, Ergouiæ, & Kremerlandiæ. Quiq; ex Habesburgensibus egresſi, propinquis suis Habsburgensis generis ditiones reliquere: Ergouiæ quidem comitibus, à quibus Austriades profecti sunt, Heluetiorum in monte Iura agros, qui hodie confœderatorum dicuntur, ab Italis Cantones: Brisgouiensibus uerò landgrauijs, eiusdem nempe Habsburgensis originis, Vchtlandiam, comitatum Burgundiæ ad Visontionem, & præfecturam Arelatensem in Prouincia, quas ab imperio hi semper principes feudo, ut sanguinis uinculo iuncti, obtinuerant. De quibus hoc Capite ordine ex fide historica differemus, initio repetito ab Hugone Luitfridi filio, quem dictum est in Brisoguia S. Trutberto martyri basilicam adiecta abbatiæ prærogatiua posuisse, Arnolpho imperāte. Is enim posito cœnobio in Vuilertall, à suo nomine Hugeshouen nūcupato (licet Gebulherus de uetustiore tradat) Hugo-

Vera origo Burgundiæ regum posteriorum.

Hugoprechtum reliquit, à Lothario rege sororio, ex abbate Hugeshouen uidelicet, ducem Iurę montis creatū. De quo Regino Prumiensis scribit, de anno 859: Lotharius rex Hugoberto abbati ducatū inter Iuram & montem Iouis commisit, eo quòd tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate coniunctus propter Thietbergam sororem. De hoc & locus Ottonis Frisingen. intelligendus est, libro sexto Chronic. Lotharius, cui regnū Lotharingiæ deuenerat, Thietbergam sororem abbatis Hugoberti sibi sociauit. Non multis pòst diebus, Carolus, qui prouinciam in diuisione regni acceperat, moritur. Vnde inter Lothariū fratrem, patruumq; suū Carolum, controuersia oritur. Lotharius Hugoberto abbati, fratri reginæ ducatū inter Iuram & montem Iouis concessit. Et subdit: His diebus Hugobertus abbas, frater Thietbergæ, Lothario diu rebellans, ad ultimum à Chunrado comite necatur. Reliquisse aūt illum Hugonem, itidem ex abbate ducem Transiuranum, fides historiæ docet, scribente eodem Rheginone de anno 888. Per id tempus Rudolphus filius Chunradi, nepos Hugonis abbatis, prouinciam inter Iuram & alpes Pœninas occupat: & apud S. Mauricium, adscitis sibi quibusdam primorib. & nonnullis sacerdotibus, coronam sibi imposuit, regemque se appellari iussit. Vnde patet, ex Hugoprechto duce Iuræ montis in Heluetijs ac Sundgouia, Bugsgouia atq; Argouia, processisse Hugonem itidem ex abbate eiusdem agri ducem, & ex eo natum fuisse Chunradum cognomento uidelicet à loco habitationis, qui extenta ditione, Burgundiæ se primum omnium principem appellauit, quòd trophęis Anglicis clarus, fortè à Galliæ aut prouinciæ regibus interiorem agrū impetrarit ad Geneuam, Losannam, S. Mauriciū & Agaunū, pulsa Gerhardi Rossilonensi stirpe, quem Carolus Prouinciæ rex ad S. Quintini urbem acie uictum profligauit, Germanicæ originis, ut nomen testatur, uirum opulentum, & rebus præclarè gestis famigeratissimum, ut hoc de ipso prouerbium Francicum testatur:

Duces Iuræ montis.

Comites, duces Burgundiæ primi.

AVTAR

AVTAR DAL ET DALIRON VVANDER-KIRD ET MONBATON FVIT PERDV GI-RAT DE RVSSILON. Quapropter & gener eius Rudolphus hoc nomine primus aucta ditione ſe regem Burgũdiæ,apud S. Mauriciũ corona impoſita nominauit, ueteri uidelicet maieſtate Burgũdiæ relata, ut loco iam citato etiã Rhegino animaduertere uidetur. Hunc ſunt Rudolphũ, qui à Czuentenbaldo Arnolphi Imp. ſpurio,cùm pater eum Galliæ ac Lotharico regno præ-

Reges Burgundiæ de ſtirpe Habsburgen.

10 feciſſet,adoptatum ſcribãt, ac muneris dono Burgũdicum regnũ accepiſſe. Alij non filiũ Cunradi à Stracklingen, ſed generum extitiſſe ob Heduigem filiam cõtendant: ex eaq; genuiſſe Chunradum regem,Richardum ducem, & Burcardum epiſcopum Niuernienſem: ut literæ indicare uidentur in Loſanenſi eccleſia, de anno 932. Richardus quidem dux Burgundiæ, ex Mechtilde filia Lotharij regis Italiæ filij Hugonis regis, Rudolphũ genuit, quem Carolus Simplex è ſacris undis leuauit. De Chunrado rege Burgũdię nihil aduerti aliud,quàm

Secundus rex Burgundiæ.

20 quod in Paterniaco cœnobio non procul à lacu Eburodunenſi, quod hodie eſt ditionis Sabaudiæ, inter cæteros reges primus adnotetur. De Rudolpho Riccardi filio, P. Aemilius hæc adnotauit in Francica hiſtoria: Nulla deinde controuerſia fuit, quin Simplicem uelutí à Francico nominê deficientem,Hebertus ad ſe accerſeret in ſpeciem ſpemq; rei Francicæ cõponendæ, comprehenſumque in cuſtodia haberet. Id dum anceps fertur in poteſtatem Veramandui, Peronam profectus, præſidio cuſtodibusque circumfuſis,adductus eſt anno

Tertius rex Burgundiæ.

30 Salutis noningenteſimo uiceſimoquarto, ut regni iure cedere ſe in procerum concilio profiteretur,illudq; dono dare Rudolpho Burgundiæ regi Richardi filio poſt Ludouicum Boſſonis filium, in Italia captum, luminibusque orbatum, magnis opibus uiro, ſuoque per baptiſma filio. Ferocem Burgundionẽ faciebat Germanorum affinitas, quod in matrimonio habebat Berechtam Burcardi Sueuorum ducis filiam, Francorum a-

s man-

mantissimi, cum cæteri Germani alieniores à Francis haberentur. Idem tradit de Rudolpho illo Luitprandus antiquus chronographus, libro primo, capite decimosexto: Quo tempore Rudolphus rex superbissimus Burgundionibus imperabat, cui in augmentum potentię hoc accessit, ut potentissimi Sueuorum ducis Burcardi filiam nomine Berchtam coniugio sibi copularet. Adde quæ de eodem Vrspergen. in Annalibus suis refert: Igitur conuocatis principibus, Rudolphum Richardi Burgundionis filium, satis eo reclamante, regem constituunt, uirum strenuum, & liberalibus artibus eruditum, qui (ut suprà dictum est) Burcardi ducis Alemaniæ filiam nomine Berchtam sibi copulauit. qui postea ab Italicis aduersus Berengarium seniorem uocatus, illo interfecto, regnũ Italię aliquandiu tenuit, donec socero suo in auxiliũ, contra eosdem denuò resistentes uocato, ibidemq; interfecto, Italiam reliquit, & Burgundiam reuisit. Hugo uerò Arelatensium comes, ab Italis uocatus, regnum accepit. In qua filium ex Adela uxore sua de Ostrofrancorum stirpe procreauit, quem & Lotharium uocauit, adultumque regem fecit. Rudolpho autem, ut dictum est, in regnum Caroli (intelligit Arelatense, & prouinciam) sublimato, Herebertus prędictus cõsilio Hugonis cognati sui, filij Ruperti, Carolũ cepit: eum in custodia posuit, in qua & uitam finiuit. Habuit aũt filium nomine Ludouicum, ex sorore Adalstani regis Britannorũ, quem in perturbationis suæ procellis transmisit ad eundẽ auunculũ suũ: unde post mortẽ Rudolphi regis, cõsilio Hugonis cognati sui reductus, regnũ patris accepit. De quo Hugone (dubiũ, an fuerit Habspurgicę originis, cũ plures nomine quoq; hoc claruerint) Aemilius scribit: Mortuo in custodia Simplice, Anno eius seculi sexto & uicesimo, cum Italos iam eius pœniteret, in Galliam redijt. Continuò Hugo Arelatensium rex in Italiam, ueluti uacuam possessionem, spe Imperij se contulit: quòd Prouinciæ regibus Italiam, Augustumque nomen, uti docuimus, deberi

beri diceret, Gallis Germanisq; ac Italis de arbitrio rerũ certantibus. Is est Rudolphus Habſpurgenſis originis, ut præfati ſumus, qui Senonis in media Gallia depoſitus eſt in S. Columbæ templo, anno 912, anno regni ſui 25, relictis liberis ex Adelhaide quadam, Rudolpho ſecundo & Chũrado: & Agnete, Bertholdo Briſgouię comiti de genere Habsburg. puta Berchtoldi illius filio, qui cũ fratre Eberhardo, & Giſelberto Lotharingo cõtra Ottonẽ primus imp. conſpirauerat, nupta: quorũ Rudolphus 10 ob uitæ continentiã in numerũ Sanctorũ relatus eſt. ac ex Berchta comitis Vroburgenſis prope Baſileam filia, progenuit Chunradũ regem Burgundiæ ſucceſſorem, Rudolphũ cognomento Ignauũ, ex duce, extincto fratre, Burgundiæ quoque rege: Adelhaidem, Lothario Italiæ regi, Hugonis Italiæ & Burgundiæ regis filio nuptã: & eo è uiuis ſublato, Othoni magno Imp. ſecundi Ottonis genitricem: Hennam, Lothario quinto Galliæ regi, Ludouici regis matrem: & Thietpergam, Hugobaldo Dillingenſi ac Veringenſi comiti locatam, matrẽ 20 nimirũ ſancti Vdalrici Auguſtani præſulis, & primi eius ſtirpis Sueuię ducis: cuius tumulus oſtenditur in Paterniaco ad lacum Neuburg. in finibus Sabaudiæ, ſepultæ de anno 932. Sanctus uerò Rudolphus cùm paucis annis in ſumma continentia uixiſſet, intempeſtiua morte ſubtrahitur anno 1049, relicto ſucceſſore Chunrado filio, qui ex Mechtilde Sueua, cũ unicam tantũ filiã progenuiſſet, Gerburgim, Hermanno ſecundo Sueuiæ duci locatã, fratrem ſuũ Rudolphũ tertiũ ex cognomento Ignauũ, in regno ſucceſſorem reliquit: qui inter initia 30 gubernationis prælio contendens, cum Burcardo Sueuiæ duce, ab eodem non procul à Vuintherthur Heluetiæ prælio uincitur, anno 1009. Quem Annales quidam à ſororio caſtratũ fuiſſe ſcribũt, ne liberos progigneret. Itaq; cum ſucceſsione deſtitueret, moriturus regni inſignia Chunrado tũ imperatori, propinquo ſuo tranſmiſit: relictis in regno ſororio ſuo Odone, & nepote ex fratre Chũrado rege, Donoſo, qui in Sanctorũ numerum rela-

Quartus rex Burgundiæ.

Quintus rex Burgundiæ.

Sextus rex Burgundiæ.

relatus postea est, fundator Ecclesiæ Viennensis ad sanctum Mauricium. De quo intelligēdi sunt autores, Otto Frising. lib. 6. Chron. cap. 29. Anno ab incarnatione Domini 1027, Chunradus Romā ueniens, in ipsa die Paschalis solennitatis, inter duos Cymtonem Anglnm & reginę Giselæ auunculū, Rudolphū Burgundię, reges, honorificè procedens, à summo pontifice Ioanne coronatus, ab omni populo Rom. imperatoris & Augusti nomen sortitur. Et rursus cap. 30: Ea tēpestate Rudolphus Burgundiæ & Gallię Lugdunen. rex moriens, Henrico filio regis (tertium intelligit) nepoti suo regnum cum diademate alijsq; insignibus sub testamento misit. Obijt is Rudolphus, ut Annales Paterniacenses habent, anno Salutis 1030, relicta uxore Adeldrude. Ex qua procreasse quidam autores sunt (quod mallem de Chūrado fratre intelligi) Vdonem Arelaten. archiepiscopum, Hugonē Losanensem pręsulē, & Rudolphū. Quo tempore dissectum in partes Burgundię regnū, alia atq; alia gubernacula subijt. Etsi enim Hēricus Imp. hoc nomine tertius, Ius Arelatēsis regni testamento postremi regis accepisset, designato ibidem ex familia Habspurgensi, ut defunctorū regum propinqua, præfecto Berchtoldo Brisgouię landgrauio, cui moriturus etiā cum filia Sueuię ducatū tradiderat: tamen & Vdo sororius Rudolphi postremi maiorē prouinciæ partē, & Guido Delphinatū quē uocāt, & Humbertus Permoldi Saxoniæ principis filius exteriorem Burgundiā, ubi lacus sunt Geneuensis, Neuburgensis, ac reliqui ad Heluetios pertinentes, ab Imperio feudi iure impetrarūt: à quib. Sabaudię primò comites, & postea duces, marchionesq; Montisferrati ac Salutiarū processere. Cum interim nihilominus in Burgundia interiori, hoc est Lugdunensis Galliæ portione, palatini quidam imperij nomine ad clauū sederent, qui nomen dignitatemq; ueteris regni Burgundici tuebantur: à comitibus Viennēsibus in prouincia paulatim in angustias ita pulsi, ut uix exteriorem agrum ad Visoncionem & Eborodunum in fide retinuerint: hoc est, tantū

Burgundici regni diuisio.

Sabaudiæ ducū origo.

Burgundiæ Palatini.

terræ,

terrę,quantū hodie Vchtlandia,tractus Bernensis,Burg dorf,& comitatus Burgundię quem Altum uocant,cō cludunt. Tales erant ex certis ordine prosapijs constituti,primò quidem ex Rhynfeldensi,secundo ex Habsbur gen.ijs qui in Brisgouia gubernabant, & duces Czarin gēses nominabātur, quatuor Berchtoldi, Chūradus, & Rudolphus circa annū Domini 1330 postremus. Qui & posterius paulatim submoti, à Bizoncione in Burgūdię partē se illā exteriorē receperūt, quę Alta uocatur, comitatus titulo insignis: quæ adhuc non solùm Imperij obsequio subiecta manet, sed Habspurgen. adhuc sobolis Austriacæ archiducum fidem sequitur. Cuius regia ad Dolam est, quæ olim Tullum uocabatur, episcopalis sedes nominatissima. Inde rursus uictis Francis, & eorum comitibus qui Marchæ præerant, cum Bizontionem ad Imperij fidem Fridericus Cæsar hoc nomine primus, ueluti etiam Mediolanū, in Italiæ finibus armis reduxisset, PALATINATVS Burgundię renouatus est, uicarijs in ueteri sede constitutis, qui Arelatense regnū, unà cum eius regni archicancellario, Treuerense archipręsule Septēuiro ab Ottone III creato, nomine sacri Imperij administrarent, designato ei muneri proprio filio Ottone, ex Beatrice Reginaldi Salinarū & Chabilonen. comitis nata. Qui rursus ex Margareta Diepoldi comitis Blesensis in Cāpania filia, Othonē II. in palatinatu successorē procreauit, & Ioannā desponsatā Hugoni Sabaudo, filio Ioan. comitis Chabilonen. qui Salinis Minorū cœnobiū posuit, anno 1234, cū F. Imperatoris obijsset anno 1191, sepultus Bizātij anno, ut suprà, die Iulij 11. Huius Ottonis à Friderico I. Cęsare parēte, Burgūdię palatini & regni Arelaten. uicarij cōstituti, mētio etiā extat apud Ottonē Frising. eorū tēporū scriptorē, cū annū sal. commemorat 1160. Hæc omnia (inquit) in sola Germania acquisierat (loquitur de Friderico I.) Præter hæc Burgūdiā ingressus, terrā soceri sui Reginaldi comitis, q iam obierat, eā in ditionē suā redegit: ac regnū Burgundię cum archisolio Arelatēsi, quod duces de Zaringen,

Burgundia imperialis.

Palatinatus Burgundiæ.

Regnum Arelatense.

Palatinus primus Burgundiæ.

quamuis ſine fructu, tantũ honore nominis, Iure beneficij ab Imperio iam diu tenuerant, à Berchtoldo duce extorſit, præſtita ſibi triũ Epiſcopatuũ aduocatia, cũ inueſtitura regaliũ, ſcilicet Lauſanenſis, Geneuenſis & Sedunenſis, ſupradictorũ & aliorũ, quorũ prædia in ius Cæſaris ceſſerant, omnia beneficia quæ ab Eccleſiaſticis principibus, epiſcopis uel alijs ſub dominio habuerant, filijs ſuis præſtari faciens: filiosq; ſuos omnes literis adprimè erudiri faciens, eos facultatib. & redituũ excellentijs dignitatũ, per ſortitas prouincias, delegabiliter ſublima- 10 uit. Nam Friderico qui ſenior natu erat filiorũ, ducatu Sueuiæ, cum hæreditate Vuelphonis & prædijs Rudolphi comitis conceſſo, Chunrado uerò dignitatib. beneficijs & prædijs Friderici ducis de Rotenburg dicato: Ottone archiſolio Arelatenſe, cum Burgundia Raynhaldi aui ſui terra ſublimato: Henricũ q prior natu erat, regẽ poſt ſe deſignauit, Philippo adhuc infantulo exiſtẽte. Hęc ille de Ottone, filio Friderici I. Cęſaris, Burgũdię palatino. Quẽ ſecutus eſt filius cognominis, ſecũdus Burgundiæ ad Viſoncionem palatinus, cuius filiam Ali- 20 zam, Ioannes ex cognomento Antiquus comes Chabilon, & de Scheyſi in Campania, matrimonio ſibi cõiunxit, & tam ab Imperio quàm Galliæ regno Burgundiæ inueſtituram accepit, Campania ueteri palatinatui Burgundię adiecta, ducem ſe deinceps appellare auſus: & ex Mathilda Arteſia comitiſſa Hugonem reliquit, primũ authorẽ xenodochij Salinarũ, quod Bracõ uocãt. Qui parenti cũ ſucceſsiſſet anno 1266, progenuit XII mares: Reginaldũ, Ottonem, Guidonem, Henrichũ, Ioannem, Stephanũ & Hugonem, cum Agnete, Hugoni de Tan- 30 tegni Burgundo nuptà. Quorũ filius ex Orlamundenſi comitiſſa, generis Burgrauiorũ Norici in Germania caſtri, duos pueros ſuſcepit, à propria matre ob ſecũdas nuptias interemptos, ac in Blaſſenburgo, Voitlandię ſepultos ſub titulo Palatinorũ Burgundiæ. Porrò Ioanni huic, de quo loquimur, primo Burgundię duci ſucceſsit filiorum primus Otto, & paternam in Salinis xenodochij

Secundus Burgundię palatinus.

Primus dux Burgundiæ.

Secundus dux Burgundiæ.

hodochij fundationem ad extremam manum perduxit: prognatis ex Arteſiana, Ruperto palatino Burgundiæ, Ioanna uxore Philippi Longi Franciæ regis de ſtemmate Valeſiorum, Blanca coniuge Philippi Pulchrj, ſuperioris cognomento Longi germani: & Aliza, collocata Ioanni comiti Salinarum, Ruperti Burgundiæ ducis ſupradicti filio. Floruit circa annum milleſimum ducenteſimum nonageſimũ, & cum patruo Philippo ad clauum ſedit, conſtructo monaſterio Prædicatorum in Poliniaco. Capeſsijt gubernacula ſimul Ottonis frater Ioannes, penes quem & ducalis titulus ætatis prærogatiua manſit, cum cęteri nepotes comitis modò appellatione uterētur. Qui ex Margareta de Bidomōte, ſiue Vadimonte, aut Vallimōte Lotharingiæ, à Carolo Simplice non minus quàm hodierni Domini à Guuiſa deſcendente, Ioannem tulit, & Margaretam filiam. Quorum Ioannes cedens patruo in ducatu Burgundię, pro ſua parte in Campania retinuit dominia Montagũ, Fontani, Fudramōt, Paffart, Schatelet, Lyerle, & Schieſſey: unde nimirũ labentibus ſeculis, tam Lotharingię duces quàm domini à Vadimont & Guuiſa defluxerunt. Margareta uerò ſoror matri cognominis, Theobaldo comiti Noui caſtri, uulgò Neuuſchatelet, in finibus urbis S. Quintini copulata, alterum Theobaldum reliquit Antiſidorenſi comiti: qui poſtremò Montis Belgardi comitiſſa Agnete ſibi iuncta, Montis Belgardi ditionem familiæ ſuæ intulit. Cuius quidem comitatus author fuiſſe perhibetur Theodericus, author cœnobij ſancti Vualdburgis in Foreſto ſupra Strasburgam, anno 1042. Ita ex matrimonio iſto, in orbem inuectæ ſunt duæ non incelebres ſtirpes, ducum à Lotharingia ex paterna fundatione, & ducum Vuirtenbergiæ ex matre. Theobaldus quippe comes noui caſtri ſiue Neuuſchatelet, ex Margareta filia Ioannis comitis Salinarum, ex duce Burgundiæ Henricum progenuerat. cuius filius Rheynaldus, primus ſui generis Lotharingiæ dux inueſtitur. Cuius nati, Rheynhardus cum filio Ioanne in ducatu

Tertius dux Burgundiæ.

Quartus dux Burgundiæ.

Dominorum à Guiſa & Lotharingia origo.

Comitum Montis Belgardi origo.

Primus dux Lotharingiæ, qui hodie ad clauũ ſedent.

ducatu mansit:Ferretus uerò in comitatu Vallimontis ac Guuisa,eorum stemma propagauit qui hodie domini de Lotharingia,de Guuisa ac Vadimonte publicè uocantur,ducum Lotharingiæ propinqui. Quorum Ioannes,scilicet Rheynhardi filius ex Christiani Daniæ regis nata eum dedit, quem nostra ætas rerum uidet in Burgundia potiri. Sed missis Lotharingis,ad inclytum genus Burgundiæ reuertamur, quod diximus ab Habsburgen.exordia repetere: habuisseque celebres in orbe cùm Reges Ducesq;,tū Palatinos & Comites. Quorū 10 reges ante secula desierunt: duces autem etsi manent eadem in stirpe, non tamen ex paterna, uerùm potius ex materna linea,ita Austriæ inserti sunt, ut magis nō possint. Igitur (ut ad institutum sermonem reuertamur)

Quintus dux Burgundiæ. RVPERTVS Chabilon. est Salinarum comes, filius Ottonis Burgundiæ palatini nepos,Ioannis cognomento Antiqui, quem suprà dictū est Romani imperij per regū Arelatense fuisse uicarium, etsi fratri Philippo cognomento Seniori iure hæreditario,cum sine mascula prole obijsset,Burgundiæ ducatum reliquisset, annum 20 circa 1300: tamen cum filius eiusdem decem annorum

Otto palatinus Burgundiæ. Philippus cognomento Iunior,ducta Aliza Ottonis de quo suprà dictum est Palatini,sine liberis defecisset, anno Salutis 1388, ius non solùm Burgundici ducatus, uerumetiam gentiliciorum comitatuum Salinarū,Chabilon.Blessen.& Matisconensis, ad filias Ottonis deuolutum est, Ioannam & Blancam: quæ regibus fuerant Franciæ desponsatæ, fratribus germanis,Philippo Longo & Carolo Pulchro: qui non solùm interiorem Burgundiam, sed exteriorem etiam palatinatum, ius regni 30

Ducatus Burgundiæ ad reges Franciæ deuoluitur. Arelatensis,qui tum ad gubernacula sedebant,negligentibus Augustis, obtinuêre. Etsi uerò propinquitatis iure Otto Magnus cognomēto in Alpibus ad Athesim

Burgundiæ palatini ex Tirolensibus. Meraniæ dux,palatinatum sibi Burgundiæ filioque cognomini usurpare niteretur,possesionem illius tamen consequi nequiuit: ac titulo magis quàm dignitate aut officio Burgūdiæ hi palatini fuêre. Cum interea Fran-

ciæ

ciæ reges non illam modò ueteris Burgundiæ partem, ſed aliquot etiam exteriores; quemadmodum noſtro ſeculo Sabaudiam ac Lotharingiam Rom. Imperio prę ripuiſſent, Cæſaresq; poſtremò uniuerſo limite qui ha-ctenus Rom. Imperium à Gallia diuidebat, priuati fuiſ-ſent: quē tamen non ita multo pòſt, diuini numinis pro-uidentia, archiduces, originis Habsburgicę matrimonio recuperatum, Imperio reddiderunt. Hi fuère, Maximi-lianus Rom. Imperator, eiusq; natus Philippus, qui ad Gades uſq; & Herculis columnas ditionem propagauit: cum pater Maximilianus Septentrionalem etiam Gal-liæ limitem, quondam Armoricum appellatum, rece-piſſet, matrimonio (ut diximus) comparatis Arteſia, Pi-cardia, Hannonia, Flandria, Selandia, Holandia, Friſia, Brabantia, Namurco, Lymburgo & Luczemburgo, am plis & opulentis ditionibus. Quod qua ratione & qui-bus auſpicijs factum ſit, deinceps è fide Hiſtórica enarra bo. PHILIPPVS Longus cognomento, rex Fran-ciæ, quem dictum eſt coniugem duxiſſe Ioannam Otto nis Burgundiæ palatini filiam, paterna origine ab Ottō ne Friderici Imp. primi filio Sueuo, materna uerò à Rē-ginaldo comite Chabilon. & Salinarum in Campania, Gallo, deſcendentem: ſi uera initia reſpicias, non minus Habsburgen. generis, quàm Reges de quibus ſuprà locu ti fuimus. Theobertum enim, oſtenſum eſt, primùm o-mnium, Sigeberti exulis (quem caput inclytæ Auſtria-dum domus conſtituimus) ſiue fratrem ſiue filium, aut deniq; fratruelem, ex Childericho rege Auſtraſię, guber nacula conſecutū ſub nomine comitis fuiſſe: quo mune re ac nomine perpetuo Franciæ reges, tum Merouingi, ſuas prouincias adminiſtraſſe, & limites tutatos eſſe cō-ſtat. à quibus nimirum Chronographi poſtea Viennen-ſes in Prouincia comites deriuarunt, & ab his Chabilo-nen. & Salinarum. Cuius generis & poſtremi Burgun-diæ palatini fuère, Rheginaldo duce, Friderici primi Imp. ſocero: aut ſi altius rem repetas, Gerhardo de Roſ-ſilone, inclyto illo Burgundię heroe, quē diximus à Ca-

Burgundia è poteſtate regū Galliæ per Auſtriades eripitur.

Philippus Longus Galliæ rex, dux Burgundiæ.

Comites Vienenſes, & eorū origo.

rolo Caluo pulſum fuiſſe. Qui retento agello in Prouincia, Theodericũ comitem reliquit. is Falconem, Falco Gerhardũ II. is Vualtherũ, Vualtherus Reginaldum primum. Hic rurſus Guliermũ, Guliermus Stephanum archiepiſcopum Bizuntinum, & Reginaldum ſecundũ.

Filius Friderici primi Burgundiæ palatinus.

Cuius filiã Beatricem Fridericus ſibi primus Imp. connubio copulauerat: ex eaque Ottonem Burgundiæ palatinum, & archiſolij Arelatenſis nomine Rom. Imperij uicarium ſuſceperat. A' cuius poſteritate IOANNAM & BLANCAM deriuamus, quæ ius Burgundici ducatus ad Valeſianos Franciæ reges tranſtulêre, Philippum Longum, ut dictum eſt, & Carolum Pulchrum: à quibus poſtremi Burgundiæ principes defluxêre, qui Imp. Friderico tertio Auſtriaco, authore MAXIMILIANO Cæſare, eiusque cum Maria Caroli Burgundi filio, in eandem, ut primitùs fuerant, gentem coaluêre. Quippe Philippus Longus, de quo loquimur, Franciæ rex, ex coniuge Burgunda Ioanna prognato filio, Ioanni Burgundiæ principatum contulerat: & ne unquam diſcordia ſuſcitaretur, quòd Carolus frater alteram Burgundiæ hæredem Blancam in matrimonio haberet, moriturus quidem Franciæ regnum, cum Prouinciæ gubernaculis ut ſeniori reliquit, filio ſuo Ioanne (de quo loquimur) Burgundiæ duce & Delphino conſtituto. Is IOANNES, tam ob matrem Ioannam, quæ hæres fuerat comitatuum Bizantini, Bleſſenſis, Salinarum & Chabilonenſis, quàm parentis Franciæ regis authoritate, dux Burgundiæ inauguratus, nouæ ſcilicet illius exterioris, ex Planca poſtrema Bolonienſi comitiſſa Philippum ex cognomento Audacem tulit, eumque Burgundiæ ducem moriens reliquit. Quo tempore & duo, qui ius prætendebant ſucceſsionis in Burgundia noua, motus ciebant: Philippus ſcilicet ſextus dux Aurelianus, ob Blancam uxorem, Caroli Pulchri regis Franciæ, ex Blanca Ottonis ſæpedicti Burgundiæ palatini (de poſteritate Friderici primi) filiam: & Lu-

Secundus Galliæ rex ex gente Valeſianorũ, dux Burgũdiæ.

Septimus dux Burgundiæ.

Octauus dux Burgundiæ.

Contentio multorum pro ducatu Burgundiæ.

&Ludouicus,Ludouici comitis Niuernienſis de Rotelio filius,ex Margareta Flandra genitus,quæ filia extiterat alterius Margaretæ Brabantinæ, quam Ioannes cognomento Senior palatinus, de ſtirpe comitum Salinarum uiduam reliquerat. Iſti motus à iure ad arma peruenerunt, à quibus Philippus Audax ſecundus nouæ Burgundiæ dux, prælio congreſſus,ad Roſsbecke funditur,ac capitur,anno 1381. Qui liberatus paulo pòſt cũ Delphinatũ precium captiuitatis dediſſet,inimicos exin
10 de ſemper ſpiritus & ipſe & tota quæ ſecuta eſt poſteritas, cum Franciæ regibus,patruis patruelibus ac fratruelibus,geſſere. Vt rurſus Burgundia,etiam noua illa, decisa à reliquo corpore Galliæ,proprijq́; iuris facta acceſsio ne finitimarũ ditionũ, quas felicibus principes connubijs compararunt,Brabantiæ inquam,Hannoniæ, Namurci, Luczemburgi, Flandriæ, Holandiæ, Selandiæ, Lymburgi ac Friſiæ,ſe tam à Frãciæ regum obſequio q̃ Germanis Cęſarib.ſeculi penè ſpacio tutata,libertatẽ uſurparit: grauiſsimo poſtremò geſto aduerſus Frãcię re-
20 ges bello,in quo auxilijs regis Angliæ & Ioannis Bohemiæ,Luczelburgen.generis,Burgundus expugnatis Pariſijs & Aureliano capto, partitus cum Anglo regnum Galliæ,totum penè ſui iuris fecerit.Quo ex euentu Angliæ reges etiamnum titulo,ac inſignibus Franciæ utuntur. Huius Philippi Audacis filius IOANNES, cum bello nomẽ dediſſet, quod Sigiſmundus Imperator aduerſus Turcas infeliciter geſsit, in acie capitur: abdu&tusq́; ab Amuratho tyranno in Aſiam,aliquot annorũ ſeruitiũ tulit,in ea commodũ prouincia, ubi quondam
30 Iaſon uellus aureũ quæſierat:& diuus Andreas,beati Petri principis Apoſtolorũ frater germanus,Salutare uerbum adnunciarat. Is redemptus poſterius, ordinem ſiue militiam fertur inſtituiſſe Aurei uelleris,in quã adhuc maximi quiq; principes cooptantur, torque aureo conſpicui,in quo S. Andreæ crux,& ferrum cum ſilice, excuſſorio,aureumq́; uellus expreſſa cernuntur. Quod qua ratione inſtituerit,ſic accepimus. Quo tẽpore A-

Burgundia rurſus è corpore Galliæ decisa.

Burgũdiæ dux Galliæ regnum ſubiecit.

Nonus dux Burgundiæ.

Ordo aurei uelleris, inſtitutus à Burgũdis.

murathes Turcarũ tyrannus, circa annũ uidelicet 1415, ingentibus copijs Palæologum Græcorum Imp. adgressus fuerat, adhortante Romano pontifice Christianos principes, Sigismundi Imp. castra secutus cum cæteris principibus: hic quoque Ioannes Burgundiæ dux, in ipsa clade, qua tum post hominum memoriam maxima Christiani adfecti fuerant, inter multos captiuitati cesserat. Quem cùm fortè Astolgandus astrologus penitius contemplatus fuisset, dubium an ex arte uel alijs quibusdã uaticinijs, prædixisse dicitur, Quòd is demùm 10 princeps, atque eius stirpis quispiam, Imperium Turcicum deleturus sit, qui ignem in pectore ferret. Quod Burgundus omen ad se trahens, aut de historia Colchica, aut fabula potius Medeæ edoctus, quæ ijs quondam finibus euenerat, ubi captus adseruabatur, ordinem primùm omnium animo concepit: quem liberatus postmodùm, insigni liberalitate deuotioneque instituit: qui totum penè per orbem Christianum inter Principes Christianos ita claret, ut pauci sint tum Reges, tum Principes, Satrapæque, qui huic sacræ militiæ nomi- 20 na non dederint, torquibus aureis ex pectore fulgentes, in quibus sancti Andreæ crux, ferrum excussorium cum silice sculpta cernuntur, aureo uellere dependente.

Postremi duces Burgundiæ.

Hunc Ioannem Burgundiæ ducem Philippus filius secutus est, & illum Carolus, belli studijs eminentissimus, ut qui Franciæ regi ob Artesiam ac fines bellum uictor fecerit: translatisque in episcopum Coloniensem armis, Fridericum tertium imperatorem cum Romani Imperij signis in suppetias commouerit. Quo tempore ex bello pax, & ex hoste affinis Impera- 30 tori Burgundus factus, nimirum singulari Dei prouidentia, unicam quam habebat filiam Mariam Maximiliano Cæsaris filio despondit: ac cum exorto posterius bello cum Heluetijs, Burgundus ad Nancetũ congressus occubuisset, anno 1480, non Burgundiam solam, Gallicasque prouincias, sed Belgium insuper totum, Flandriam, Brabantiam, Luczemburgum, Lymburgum, Hanno-

Hannoniam, Namurcũ, Selandiam, Holandiam, Geldriam ac Frisiam unicæ filiæ reliquit. Cuius morte, ad Philippũ filium ex Maximiliano Austriade, & inde ad Austriam deuolutæ cunctæ fuere. Quod non sine numine diuino contigisse, uerisimile est: duas uidelicet nobilissimas prosapias, à duobus fratribus positas, post secula ita coiuisse, Habsburgensiũ uidelicet ab Ottoprechto inter Iuram, Romaricũ, Peninumq; montẽ tenẽte: & Prouinciæ comitũ, qui in Burgundię principes postremos desierant, & à fratre germano Ottoprechti, Theoprechto scilicet, initia repetebant.

CAPVT NONVM: DE BRISGOVIAE

& Zaringiæ principibus: qui & ipsi secũda scißione ab inclyto genere Habsburgen. defluxẽre post Burgundiæ reges: & postremò in palatinos Burgundiæ, duces Deccenses, & comites Friburgen. propagati fuẽre.

DE Hugonis posteritate, qui Luitfridi, quem diximus S. Trutberti abbatiæ autorem extitisse, filiorũ unus fuit, superiori capite ad fidẽ rerũ definitũ prolixè est. Superest, ut etiã HVNIFRIDI, qui maior natu filiorũ Luitfridi fuerat, successionẽ enarremus: quem præfati eramus ex Anastasia marchionissa à Ransperg, progenuisse Guntramũ, Ergouię & Turgouię comitẽ: Eberhardũ, Brisgouię landgrauiũ: & Rothardũ, Gengenbacensis monasterij locupletatorẽ. De quorũ Guntrami posteritate, unde Austriadũ genus defluxit, posterius sermonẽ cõtinuabimus Capite II. & sequentib. Nunc adeò qui Eberhardũ sint secuti, in Brisgouia ac Hercinia sylua, ut enucleemus, series rerũ expostulat. Is est EBERHARDVS, de quo, ut Ottonis primi hoste, Vitikyndus in historia Saxonica hæc adnotauit: Tractum tam diu bellum Eberhardus considerans, ultrò non quiescit, quin contempto rege, & spreto iuramento, ut initio conserta manu cum Gisalberto, ad incentiua bellorum pariter conspirat. nec contenti regno occidentali solummodò, in Rheni orientalem agrum depopulandum cum

Eberhardus Brisgouiæ comes.

exercitu demerguntur. Hæc cum audiuntur in castris regis (nam ea tempestate rex erat pugnans contra Brisseck, & alias urbes quæ erant Eberhardi ditionis) multi se castris eruebant, nec ultrà spes erat regnandi Saxones. Meminit & Vrspergensis in suis Chronicis, in eadē Ottonis primi historia: Henricus itaq; discedens à Saxonia, Lotharingos iterum adijt, & cum duce Gisalberto aliquandiu mansit. Iterum ducitur exercitus contra Gisalbertum, & omnis regio eius subiacens imperio igni traditur: obsessusq; in castello Kiuermont, quod est Capræ mons, elapsus fuga inde proficiscitur. & cum obsidio difficultate locorum parum procederet, uastata undiq; regione, reuersus est in Saxoniam. Est autem in confinio Alsatiæ castellum uocabulo Brissack, de quo omnis adiacens pagus appellatur Brissackgoue, quod fertur olim fuisse illorū qui Harelingi dicebantur, tunc autem temporis erat in ditione Eberhardi, in quo ipse suorum posuit multitudinem militum. Quorum terrore non solùm magnam partem præfatæ prouinciæ sibi uendicabat, uerumetiam circà fideles regis misérè laniabat. Et rursus (ut appareat hunc ipsum Eberhardum Brisgouię comitem, generis nimirum Habsburgen. eo ipso bello cui se immiscuerat, occisum fuisse) subdit idem autor: Eberhardus autem & Gisalbertus audiētes regē esse in partibus Alsatiæ, collecto permagno exercitu, alueum Rheni apud Andernacū transeunt: & quæ sequuntur. Est autem uerisimile, hunc Eberhardum duos genuisse filios, Eberhardum secundum, & Berchtoldum cognomento Barbatum: quorū diploma quoddam mentionē facit in monasterio S. Blasij quod est in Nigra sylua, in finibus Vuirtenbergiæ, Austriæ, & Badensis marchionatus, de anno Domini 1047, sub nomine Henrici quarti Cęsaris, hisce uerbis: Qualiter nos ob interuentū & petitionem dilectæ conthoralis nostræ Imperatricis Agnetis, necnon fidelium nostrorum Eberhardi Berchtoldiq; comitum, cuidam fideli nostro Meginrado dedimus unum regalem mansum in uilla Vualdkyrchen, in pa-

Eberhardus secundus comes Brisgouiæ.

in pago noſtro Alpgouiæ, in comitatu Berchtoldi comitis ſitum, cum omnibus ſuis pertinentijs,& utriuſque ſexus mancipijs, terris, cultis & incultis agris, ædificijs, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, uenationibus, inciſuris, ſaginationibus, & cum omni utilitate quæ aut ſcribi aut nominari poteſt. hactenus literæ. Porrò BERCHTOLDVS is eſt, cui Henricus tertius Imp. moriturus Sueuiæ ducatũ & filię matrimonium promiſerat, dato in ſignũ fidei ac memoriæ annulo ſignatorio, ut Vrſpergenſis ſcribit: Otto de Schuuynfurt dux Sueuorum IIII, Cal. Octob. obijt: & Rudolphus de Rhynfelden, qui poſtea rex eſſe contendit, ducatum accepit. Quod magnum fuit ſeminarium earum quibus regnum perturbabatur commotionum. Eundem enim ducatũ, uiuente adhuc Ottone duce, Hẽricus Imp. Berchtoldo comiti, qui pòſt Carinthiorum accepit ducatum, promiſerat: eiq; annulum ſuum, ueluti huius rei commonitorium, dederat. Quem ille diligenter ſeruans, poſt amborum obitum, Imperatoris ſcilicet & ducis, Imperatrici Agneti, Imperium tunc diſponẽti obtulit: eamq; annulũ agnoſcentẽ, pro ducatu ſibi promiſſo cõmonuit. Sed quia prędictus Rudolphus mox poſt Imperatoris obitũ, filiã eius Rumholdo Cõſtantiẽſi epiſcopo cõmendatã (ueterũ cõſilio raptã, an dolo, neſcit) uxorẽ duxit, receptã iam in gratiã, eũdẽ ducatũ illi cauſa filiæ Imperatrix dedit. Quod animũ Berchtoldi non parũ cõmouit. Pro qua cõmotione leniẽda, ducatus Carinthiorũ ei cõmittit, quẽ poſtea filio ſuo Aequiuoco, ipſius rogatu Henricus rex cõmiſit. Eiuſdẽ Berchtoldi Lãbertus Schafnaburgen. meminit his uerbis: Caſu quoq; nuper aduenerat, neſcio qd cauſę acturus in Palatio, Berchtoldus dux Charẽtanorũ. Huic rex q̃ ſanctis obteſtationib. ſe purgauit, qđ ducatũ eius nulli alij tradidiſſet, ſed Marquardus priuata pręſumptione fines alienos inuaſiſſet. Nec ei quidquã de iure ſuo propterea imminutũ eſſe, ſi ſuo in iuſſu, ſine cõſilio principũ, honores publicos homo ineptiſsimus temeraſſet. Ille

Berchtoldus tertius comes Briſgouiæ.

Ille licet hæc ficta esse sciret, & regis maliciam non tam uoluntate quàm fortunæ uiolentia correctam esse: tamen accepit satisfactionem, promisitq; operam Reipublicæ utilitatibus nusquam defuturam. Et rursus alio loco, eâdem in historia Henrici quarti: Rex (inquit) natalem Domini Babẽberg celebrauit. Ibi Berchtoldo duci Carnotensium ducatum sine legitima discussione absenti abstulit; & Marquardo cuidam propinquo suo tradidit. Hæc Lambertus, de Berchtoldo stemmatis Habsburgen. cognomẽto Barbato, q dum possessione 10 duorum opulentiss. tum temporis ducatuũ cecidisset, Ducis tamen nomen retinuit: constructaq; arce in Brisgouia Czaringensi, à Chronographis passim dux Czaringensis appellatur, siue à Charinthnis populis, quorũ ijs finibus Ptolemæus mentionem facit: siue, ut aliqui opinantur, à ualle Czeyring suprà Iudenburg, quam solã dicitur ex principatu Carinthiæ sibi, ab Henrico quarto collato, retinuisse. Ad huius porrò obsequiũ, beneficio Imperij aduocatia, quam nuncupabant, Tigurinensis & Vchtlandia, siue Nuydlandia pertinebant: ubi posteri 20 Bernam & Friburgum condidêre. Qui ex tribus uxoribus, Agnete Rudolphi postremi Burgundiæ regis propinqui sui filia, & Burcardi Sueuiæ ducis uidua: Mathilde, Rhynfeldensi comitissa: Richarda deniq; Carna, postremi ducis Carnorum de stirpe Sponhaymensi, uel filia uel uidua (ob quam & beneficij particeps iudicabatur) duos filios progenuit, Berchtoldum secundum, aduocatum Tigurinen. ac Vchtlandiæ principem, Burgundiæq; palatinum, & Hermannum Carinthiæ marchionem, quem postremò tradunt Monasticen in Clu- 30 niacen. cœnobio professum. Habuit fratrem Gebhardum Constantien. præsulem, quem Rom. pontifex ob uitæ continentiam inter sanctos retulit. cuius hortatu duo cœnobia in finibus Nigræ syluæ, non sanè incelebria, posuit: sancti Petri supra Friburgum Brisgouiæ, & Marchtall ad Danubij fontes, ab ipso Gebhardo consecrata anno 1093. In quorum primo & sepultus cernitur.

Cuius

Cuius filius cognominis BERCHTOLDVS hoc nomine tertius, secutus patrem in Brisgouia, Vchtlandia, aduocatia Tigurin. & Burgundiæ palatinatu, cum plures ditiones Imperij beneficio acquireret, Burgdorf dominium in Burgundia, Mortinouiam inter Brisgouiam & Marcham Baden. sitam prouinciam, & ditionem Deccēsem in Nigra sylua, inter fontes Danubij & Neccari, Bernamque, Friburgū Vchtlandiæ, Villingāq; in Nigra sylua, & omniū Sanctorū cœnobiū ibidē Vueil heym, & S. Fidis in beato Gallo condidisset, meritò diuitis cognomētū meruit. postremò in suorū odiū cum incidisset, à Burgundis multa aduersa tulit, quib. palatini Imperialis nomine præfuerat. Quos postremò diutino etiam bello ad obsequiū reduxit, scripto Eulogio eius uictoriæ in porta Burgdorfensi, in hæc uerba:

Berchtoldus quartus Brisgouiæ princeps.

Hanc dux Berchtoldus portam struxisse notatur:
A quo pro fraude Burgundica gens populatur.

Sunt qui hunc in regem Rom. Andernaci congregatis principibus postulatum scribunt, Henrico sexto mortuo: sed Philippo ultrò cessisse. Is Berchtoldus ex Sophia Vuelphonis Altorfensis nata genuit Berchtoldum tertium, & Chunradum à Friderico Imp. hoc nomine primo proscriptum, authorem tam ducatus Deccensis quàm cœnobij Auu, in ditione Vuirtenbergensi, ubi plerique ex ducibus Deccen. conditi cernuntur. Cui liberi ex Clementia Franciæ ducissa adscribuntur, Hugo Brisgouiæ & Mortinouię princeps, mortuus anno 1152: Rudolphus Leodiensis præsul, qui S. Lamberti martyris reliquias in sancti Petri cœnobio aui fundatione deposuit, & in insigni illa in terram sanctam expeditione obijt: Berchtoldus comes Herciniæ syluæ, & sancti Blasij monasterij aduocatus: Albertus comes à Kaluu, qui se primus ab arce Deccensem ducem nominauit: Luczelmannus princeps Deccensis, conditus cum uxore Beatrice Gronyngense comitissa in cœnobio Alperspach: & Hermannus, qui ex Elisabeta comitissa Vogburgense Boiaria tulit Alber-

Chunradus comes Brisgouiæ quintus.

Duces Deccenses primi.

tum secundū ducē Deccensem,& Berchtoldum episcopum Argentoracensem. Quorum Albertus arbiter legitur extitisse inter Rudolphum Habsburgensem Cæsarem propinquum suum, & Eberhardum comitem Vuirtenbergensem,bello ob fines contendentes. Alberto successere in ducatu Deccensi filij, Ludouicus, & Chunradus hoc nomine in gente tertius. Qui ex comitissa ab Hohenberg genuit Chunradum quartum,in regem Romanum electum, & conditum in cœnobio Auu,anno millesimo ducentesimo nonagesimosecundo:& Simonem ducem,qui obijt quarto Nonas Martij, anno millesimo trecentesimo decimosexto. Cum ex landgrauia Nellenburgensi suscepisset Vlrichum, & Chunradum quintum,qui obijt anno millesimo trecentesimo uigesimonono, in Ehingen Neccari sepultus. Genuit & Chunradum sextum,qui apud Monacum in diuersorio, à Suuichardo à Gundelfingen occisus est, anno millesimo trecentesimo quinquagesimosecundo:cum ex Heduuige marchionissa Ferrariæ nullam prolem reliquisset, fratribus in ditione auita succedentibus,Chunrado,Hermanno,Friderico primo,& Vlricho. Quorum posterior ex comitissa ab Hohenberg filias procreauit, Agnetam Eberhardo comiti à Vuerdeberg, Mathildem Friderico pincernæ Lympurgen.& tertiam Vuilhelmo comiti à Kirchperg nuptas. Cæterùm fratres germani illius, Fridericus quidem hoc nomine primus in familia, ex comitissa à Truhendingē progenuit Fridericum & Vlrichum, hoc nomine secundos in hac stirpe: & filiam abbatissam in Symeren, prope Ottingam Risæ. Hermannus uerò hoc nomine in genere secundus, cum binis uxoribus, Elisabeta comitissa à Vroburg, & Anna baronissa à Signauu, in Oberndorf, Monialium monasterio tumulatur, Anno 1363. Fridericus autem, quem diximus natum Friderici primi fuisse, nepotem ex fratre Hermanni, cum dominium Myndelheym in Algouia comparasset, anno 1389, arce supra montem S.Geor-

Duces Deccenses posteriores.

Postremi duces Deccenses.

S.Georgij gentilicio nomine Deck constructo,ex Anna comitissa ab Helfensteyn procreauit septem filios,& sex filias,Ludouicum patriarchã Aquileiensem,Basileæ ad Cartusianos sepultum: Georgium, doctorem & prouincialem Augustinianorum:Fridericum tertium Alsatiæ landuogtum nomine Austrię archiducum, propinquorũ suorum:Vlrichum tertium: Simonem tertium, in Stams Tyrolis cœnobio iuxta Austriades cognatos suos sepultum:& Chunradum septimũ. Filiarũ, Gueta
10 comiti à Vuertheym Franco,Margareta comiti ab Ortenburg Boio,Agnes Henricho pincernæ à Lympurg; Beatrix Friderico baroni ab Haydeck, Irmil domino à Rechperg Sueuo,& sexta Vuolfgango à Preysing Boiario,collocatæ fuêre. Ex his Vlrichus, puta hoc nomine in gente tertius, Cæcus cognomento, industrius princeps,ex duabus coniugibus, Anna regina Poloniæ; Hispaniæ regis relicta: & Agnete de la scala Patauina, nullam prolem tulit:mortuus anno 1452. Cuius frater Chunradus septimus, ex marchionissa Estensi Frideri-
20 cum quartum reliquit,sui generis postremum. Qui Friderici quondam Imp.quem Tertium cognominãt,Austriæ archiducis,cognati sui, in Alsatia præfectum egerat, quem Landuogtum appellant. Et ex postrema Vrsplingensi ducissa,unicam modò filiam genuit,Vuirtenbergensi principi collocatam. Cuius matrimonij ergò magnam ducatus partem ditioni suæ adiecit, titulúmque ac insignia publicè usurpare cœpit,Villinga, cum alijs quibusdam cùm oppidis tum arcibus ac prædijs ad Danubij & Neccari fontes,ad Austriacos deuoluta, ut
30 sanguinis uinculo propinquos. In qua deniq; nobilissima prosapia,in sexu infirmiori uitæ continentia fulserunt,Agnes ducissa à Deck,Eginonis comitis ab Habspurg cõiunx:Mechtildis,Eberhardo dapifero à Vualdpurg collocata:Berchta & Agnes,in monasterio sanctimonialium in Kircheym oppido monasticen professæ. Cernitur & tumulus in cœnobio Auu, hodie ditionis Vuirtenbergeñ. cum inscriptione Hugonis ducis Dec-

u 2 censis,

censis,& comitis Habspurgensis:ut dubium nullum sit, duces Deccenses ab Habspurgensib.defluxisse,mediantibus uidelicet (ut præfati sumus) principibus Zaringensibus, iisdemq; Brisgouiæ landgrauijs. Quorum

Brisgouiæ sextus princeps.

BERCHTOLDVS hoc nomine quartus, Brisgouiæ uerò landgrauius ex suo stemmate sextus, Alberti Deccensis ducis primi frater germanus,ab Ottone quarto Imperatore in aduocatia Tigurinensi & Vchtlandia confirmatus à Friderico primo Cæsare: præterea (quem Barbarossam cognominant) præfe- 10 ctura Arelatensi & Burgundiæ palatinatu donatur:qui cum se magnificentius ageret,in suspicionem apud eundem incidit, adfectatæ Burgundiæ, regniq̃ue (de quo dictum est)Arelatensis.Quam ut dilueret,obsides dare coactus est,proprios ex filia nepotes, Vracensis comitis filios, Berchtoldum uidelicet, & Chunradum postea Losanensem episcopum, postremò Cardinalem Portuensem titulo sancti Ruffini. Is Berchtoldus auxiliatus Hugoni comiti Habspurgensi, propinquo suo, bello Rusticano oppresso, interficitur in loco 20 Alsatiæ Molsheym, anno 1218. De quo uersus in parrochiali templo Friburgi Brisgouiæ intelligendi sunt, parieti insculpti:

Cum bis sexcentis ter senis iungitur annus,
In Friburg moritur Berchtoldus dux Alemannus.

Is ex Benigna Vogburgensi Boiaria marchionissa duas filias genuit, Iuditham Eginoni comiti ab Aurach nu-

Exordia comitum Friburgensium & Furstenbergensium.

ptam, unde dictum est Chunradum cardinalem ac Berchtoldum ducem natos:& alteram Agnetam, Eginoni comiti à Furstenberg collocatam. qui Friburgum 30 dotis loco accipiens, Friburgenses comites reliquit. de quorum succesione in Arbore plura leges. Pertinet huc locus Alberti Argentinensis chronographi, qui sic habet:Erat autem antiquum castrum in Brisgaudia, ex opposito nunc castri Friburgensis. Cumq̃ue olim dux Czaringiæ à sororio suo comite de Kiburg precibus ob tinuisset,ut adnueret ducem facere domum uenationis

in mon-

in monte castri Friburgensis, uxor Eritia dixit comiti: Bene dixit frater meus, quòd domum uenationis ibi facere uellet: quia uenabitur & expellet uos per ipsam domum. Mortuo autem tempore Friderici Berchtoldo duce de Czaringen, uni sororio de Kiburg cessit illud dominium in Burgæa. alteri Eginoni cum barba, comiti de Aurach, cessit inferius dominium. Quo mortuo, cum reliquisset duos filios, Chunradum seniorem, cui cessit dominium Friburgense: & Henricũ,
10 cui cessit Neuuenburg & Baden. Qui Henricus, cum Neuuenburg uenisset, animo recipiendi in crastino ab hominibus fidelitatem: tunc in sero, sub macellis, uxorẽ cuiusdam Burgensis stuprauit. propter quod illi Burgenses fidelitatem facere noluerunt. Hæc ille: quæ declarant, Brisgouiam iam tum à Czaringensibus ad Friburgenses comites & Furstenbergenses deuolutam fuisse: cum postea in Berchtoldo quarto, eiusque filijs, à Burgundis ueneno sublatis, unà cum Burgundia, Vchtlandia ac Burgdorff, ad comites partim eosdem,
20 partim uerò ad Vualischneuuburgenses comites peruenisset. Quibus extinctis, pars ditionum earundem ad Austriacos de genere Habspurgen. cognationis uinculo redijt: pars uerò ad marchiones Badenses, Veronenses exules, matrimonij ergò redacta est. BERCHTOLDVS hoc nomine, in stirpe Czaringensi, inclyti generis Habsburgensis quartus & ultimus, Chunradi exulis, & à Friderico primo Cæsare pulsi (unde Deccenses duces deriuauimus) filius, Burgundiæ palatinus, ac dominus Vchtlandiæ, suæ gentis postremus, ex nescio qua comitissa Burgundiæ

Brisgouiæ princeps septimus

30 procreauit duos filios, Burcardum & Adrianum: quos ueneno Burgundi necarunt, matri occultis porrectis medicamentis ad inducendam sterilitatem. Sic miser Berchtoldus summa in tristicia sine liberis obijt: & Friburgi in templo maiori, in choro sepelitur: filijs (quos diximus toxico sublatos) Soloduri in choro tumulatis. Porrò bona relicta, partim

Friburgenſes comites, partim uerò comites à Neuuenburg,matrimonij ergò ad ſe traxerunt. Quorũ habet genealogia (ut paucis comprehendamus) in hanc formulam· Egino quiſpiam comes ab Vrach, ex Iuditha Berchtoldi tertij filiarum altera, genuerat Chunradũ Briſgouiæ hæredem: & extincto Berchtoldo quarto, Eginonem comitem à Furſtenberg. A quorum primo Friburgenſes,ab Henrico uerò Neuuburgẽſes proceſſerunt,hoc ordine: (quantum eorũ è tenebris eruere potuimus) Eginonem quippe Friburgenſem comitem ſecuti ſunt ordine filij Egino & Chuno,in Tẽnebach cœnobio Nigræ ſyluæ ſepulti. Poſt hos Chunradus, & alter Egino, q gentilicio ſermone Eck,ex filia pincernæ à Neifen Sueui reliquit Eginonem tertium,ſepultum Friburgi Briſgouiæ ad S.Claram, anno 1292: qui deficientes Friburgenſes ad obſequium reduxit. Genuit autem Eginonem quartũ,Chunonem & Fridericũ. Quorum Chuno,ſiue Chunradus, ſecundũ quoſdam, ex duabus uxoribus Liechtenbergenſi & baroniſſa à Signauu,produxit Eginonem quintũ, Friburgi in templo parrochiali poſt mortem conditũ. Fridericus uerò prioris frater germanus,unicam filiam ſuſcepit ex comitiſſa à Suſemberg, Claram nomine, Goczoni cuidam Tubingenſi palatino nuptam.Cuius ex fratre nepos Egino ſextus,ex comitiſſa à Vualiſchneuuburga Chunradũ reliquit.Is eſt,à quo Friburgenſes cum defeciſſent, acceptis pro libertate XXVI marcis argenti,regiam reliquit,& comitatum Badenuuiler coemit.In qua noua ditione Chunradum tertium & Eginonem ſeptimũ progenuit. Qui Rudolpho Habſpurgenſi comiti,poſtea Cæſari,quo tẽpore pro Argẽtoracen. Baſileam obſidione premebat, auxilio ueniſſe legitur.Cuius natus Egino octauus,conſecutus beneficiũ Imperij,ex materna hæreditate,comitatum Neuuburgenſem & landgrauiatum Briſgouiæ recuperauit.Obijt anno 1385, unico poſt ſe & poſtremo ſuæ ſtirpis Friburgenſi comite Ioanne relicto.Cuius ſoror Rudolpho Badenſi marchioni nupta fuit. Ex cuius obitu

Genealogia comitum Friburgenſium.

Comites à Badenwiler ex Friburgenſib.

obitu, qui fuit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimooctauo, ditiones partim ad Austriacos principes propinquos suos, partim uerò ad marchiones Badenses, tum matrimonij iure, tum imperij beneficio deuoluuntur: quorum adhuc manet diuisum per Brisgouiam dominium. Austriaci quippe Friburgũ metropolim cum proximis oppidis, Kenczinga, Vualdkyrchen, Badenuuiler, Kroczinga, Brisaco, Neuuburga, Schlynga, Beckynga, Kippenheymo, Gengenbacho, Schutern,
10 S. Petro, S. Trutberto, S. Blasio, Villinga, Triburgo, Schiltacho, alijsque pluribus cùm oppidis, tum castellis atque monasterijs (ut de arcibus nihil dicam) adhuc possident. Badenses uerò Susenberg, Hochberg, Rotelen, Sulczperg, Laram, Tennebachum, aliaque circum loca, ac mixtim utplurimùm dispersa, in ius ditionémque redegêre.

CAPUT DECIMUM: DE PROPAgatione inclyti generis Habsburgensis quarta, in comites Rhynfeldenses, Egenesheymenses posteriores, & Pfyretarum.

20

LEGITUR ita propagato nobilissimo stemmate primò quidem, ut dictum est, in Iuræ montis ditionem, Alsatiam & Brisgouiam, deinde uerò in Burgundiam, Herciniam syluam, & Heluetiam: quibus nimirum Iuræ montis duces, Burgundiæ cùm reges, tum palatinos, landgrauios Alsatiæ & Brisgouiæ, duces Czaringenses, comitesque Friburgenses, Turicenses Vchtlandiæ'que uicarios, inquisiuimus: superest, ut reliquos minores ramulos ex
30 maioribus à trunco procul pullulantes explicemus: in quibus Rhynfeldenses comites, Egenesheymenses posteriores ac Pfyretenses collocauimus. Quos & ipsos ex trunco arboris nostræ deriuamus, sed interpositis maioribus ramis. Idque non magis Iacobi Manlij, ac Ladislai Sundheymẽsis, Cęsaris quodã Maximiliani antiquariorũ (qui Burgundię bibliothecas cœnobiorum, scriniaq; sedulò perlustrarunt) autoritate ductus, quàm propria

experientia persuasus, cum & ipsi aliquando eodem in instituto, ac paulo quidem diligentius, maioriq; cum iudicio Bibliothecas hisce finibus cœnobiorũ discuteremus. Ac RHINFELDENSES quidem, etsi quòd ab Habspurgensibus defluxerint, non dubitemus: tamẽ à quónam deriuandi sint, Gunczelinóne Beczonis filio, Brisgouię domino, qui sub Habsburgensis comitis titulo Sulczpergense ad S. Cyriacum monasteriũ condidit: uel Gebiczone nepote, & Bertilone filio, controuertitur. Ego si de meo sensu dicere debeo, à Theoderico deducerem inclytam Rhynfeldensiũ stirpem: qui Rapatonis Habsburgensis & Ergouiæ comitis ex filia Lotharingiæ ducis extiterat. Is quippe pulsus ex Lotharingia matris hæreditate, à Carolo Salinensi & Henricho Louaniensi comitibus, ducta in coniugem Richuuara, postremi comitis ab Onyngen ad lacum Bodmanicũ, cũ ex dote ac hæreditate uxoris opes collegisset, Rhynfeldam primus à fundamentis extruxit: & CHVNONEM reliquit, & VLRICHVM, filios. Quorũ primus ex Itha quadam genuit RVDOLPHVM Sueuiæ ducem, ab Henrico quarto inauguratũ, qui posterius ad fastigium Cæsaris, à Gregorio septimo contra Henricum IIII uocatus fuerat: & Adalberonem, ex monacho sancti Blasij Bormaciensem episcopum: conditus ad S. Blasiũ in Nigra sylua, cuius erat aduocatus, ut posteri quoq; Habsburgen. in Ergouia comites. VLRICVS uerò frater Chunonis prędicti, cõiuncta sibi postremi Lenczburgensis comitis ad Arulã filia, eum quoq; comitatũ familiæ suæ intulit: & cœnobiũ Beronense in Alsatia, ab Attici quondam Edelsasiæ principis nepotibus Hettone, Battacone, Bodalo & Hugone incœptum, multis donatiuis extulit, anno 1036. Cæterùm Chunonis filius RVDOLPHVS, ab Henrico adhuc tertio Cæsare aduocatus Imperij apud Turegum designatus, primam eo in munere coniugem amisit Adelhaidem, Ottonis marchionis Italiæ filiam, sororem Berchtæ, Henrici quarti Cæsaris uxoris. Ex qua duos filios tulit, Ottonem & Berch-

Origo comitũ Rhynfeldensiũ.

Comites Rhinfeldenses.

Rudolphus comes Rhynfeldensis, fit dux Sueuiæ, & postea Cæsar.

Berchtoldum:qui interfecto in Saxonia patre,& ipsi in
insidijs occubuêre,ad S.Blasium, cuius fuerant aduocati,
sepulti. Genuerat & Berchtam ex eadem coniuge, Vlri
cho Brigantiæ comiti nuptam,unde Rudolphus comes
Brigantiæ processit: qui ex Vuulphilde Vuelphonis du-
cis Boiariæ nata,postea suscepit Hugonem palatinum de
Sigmaringen. & Rudolphum comitem à Pfullendorff:
ex cuius filia Itha natus fuerat Rudolphus Romanus
Cæsar,is qui primus genus nobile in Pannonias & Nori
10 cum propagauit. Rudolphus uerò Rhynfeldensis co-
mes, quem dictum est ab Henrico quarto Sueuiæ du-
cem,& postea à Gregorio septimo Cæsarem renuncia-
tum, cum animum ad secundas nuptias adijceret,
Rhumbholdi Constantiensis episcopi interpellatione,
matre quoque ac fratre adiuuantibus, Agnetem Hen-
rici tertij Imperatoris filiam nactus, Sueuiæ quoque
ducatus inuestituram à sororio accepit: nequicquam
Berchtoldo Czaringense & Brisgouiæ principe,cui mo
riens Henricus tertius utrumque promiserat, dato in
20 memoriam rei atque fidem annulo signatorio (ut Vr-
spergensis scribit)oppugnante. Ad cuius animum leni-
endum,(ut uerbis Vrspergensis utar)Carnorum duca-
tus Berchtoldo concessus erat. Sed cum paucis an-
nis pôst, rebus humanis exemptam, uxorem hanc se-
cundam amisisset: tertiam matrimonio sibi copulauit,
Adelhaidem Vuilhelmi Burgundiæ comitis filiam, ex
Vroburgensi comitissa germana natam, Beatricis pa-
riter Henrici quarti secundæ coniugis germanam so-
rorem.Ex qua tres filias procreauit, Mathildem, Erne-
30 sto marchioni Orientali siue Austriæ nouæ ad Danu-
bium in Norico:Adelhaidem, Colomanno Hungariæ
regi in Pannonijs:Agnetem, Berchtoldo Barbato Bris-
gouiæ principi de stemmate Habsburgen. propinquo
suo,antequam adhuc ad fasces Imperij à Pontifice sub-
limatus fuisset,nuptas.Hæc occasio prima fuit, cum ui-
delicet uinculum,Cæsaris Henrici quarti sorore extin-
cta,ruptum fuisset,ut Berchtoldo pariter genero suffra
x gante,

gante, à principibus Germaniæ, quantumuis inuitus, apud Forcheym aduersus Henricum quartum quondã sororium, ad fasces Imperij pertraheretur, sibi (ut exitus docuit) fatales, pontifice Gregorio septimo id agente, qui dubitantem, missa corona, hoc uersiculo adhortatus dicitur:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Sic igitur duo Cęsares uno tempore, excitato intestino ac planè pernicioso Germaniç bello, in Saxonia ad flu. Vnstruod, paribus aquilis (ut ille inquit) eodemq; milite 10 concurrunt: uicto ad postremum, & occiso, de quo loquimur, Rudolpho, unà cum genero suo Ernesto Austriæ marchione. Quem in agone mortis constitutum, compulsum conscientià uidelicet, & dolentem, quòd pręter uoluntatem ad gubernacula Imperij raptus imprudens fuisset, dixisse ferũt, cum dextrã abscissam aspexisset: Hac ego manu Cæsari fidem dedi: qua uiolata, meritò abstractã agnosco. Hic exitus fuit eius Imperij, cuius habenas inuitus is Rudolphus, ac penè coactus susceperat. Qui haud procul à finibus, quib. erat in acie occisus, 20 Mersaburgam delatus, episcopalem Saxoniæ cathedram, honorificè more regio sepelitur: filijs Ottone & Berchtoldo ad comitatum paternum Rhynfeldensem redeuntibus, ac paulo pòst è medio sublatis, inque sancto Blasio apud auum conditis, sine omni generis successione: comitatu Rhynfeldensi ad sororem Agnetem, quam præfati sumus Berchtoldum Barbatum Brisgouiæ principem, eiusdem Habsburgicæ gentis, matrimonio accepisse, deuoluto. Sic Czaringenses duces, Rhynfeldenses comites ab Imperio inaugurati, cum desinerẽt 30 & ipsi circa annũ sal. 1218, propinquis suis comitib. Rhynfeldensib. eundem tanquã per manus transmisere. Qui cum & ipsi finem stirpis suę fecissent, Ioanne postremo sine sexu uirili mortuo, circa annum 1468, Austriaci archiduces, ut proximi linea, quam dicunt, & cognationis uinculo, ditionis eiusdem hæreditatem adière: nonnullis prædijs, ac agro secus Rhenum in Brisgouia & Morti-

Mortinouia Rudolpho marchioni Badensi, qui filiam postremi in matrimonio habebat, concessis. · Et hactenus de Rhynfeldensibus. Venio ad comites Egenesheymenses posteriores, & Pfyretenses, qui similiter, læui ex lateris ramis arboris nostræ pullularunt. Quos prosapiæ nostrorum principum fuisse, non solùm gentilicia nomina, quæ habuerunt, Vlrichi, Hugonis, &c. coarguunt: uerumetiam pleraq; alia testantur, & quòd prædia agrosq; gentis auitæ possederint, Sundgouiam
10 uidelicet, & Egenesheymensem comitatum, Alsatiæq; landgrauiatum: & quòd mutuis perpetuò coniugijs arctiori se uinculo obligarint. In quorum EGENESHEIMENSI, (quem ab Eginone quodam, stirpis Habspurgensis, inter primos nominatim, præfati sumus, qui filius scilicet Bodali extiterat, & nepos Hugonis fratris germani sanctę Otiliæ, pronepos Attici quondam Edelsassiæ sub Theoderico III Francorum rege) post primos illos de quibus diximus, Hugonem, Bodalum, Bleonem (unde Bleonuuiler & Bodelsheym loca Alsatiæ deno-
20 minata supersunt) claruêre EGINO, cum fratre Gerbilo, qui Gerbelsheym construxit: Battaco, & Bero, autor primus Beronensis cœnobij, & arcis Bernsteyn: ALBERICVS comes de Alsato & Egenesheym in literis uetustis citaẽ, de anno 670. Cuius fortè filius extitit Rheynbaldus: qui cum sine mascula sobole obijsset, Hugo Luitfridi Habsburgensis comitis filius minor natu, quem dictum est S. Trutberti abbatiam in Brisgouia fundasse, ut sanguine propinquus successit: ut diploma etiã eiusdem cœnobij, cuius suprà exemplum in Luitfrido addu-
30 ximus, testatur: ubi nominatim hæc uerba leguntur: sed & prædicti filij mei, pro Dei amore, & sanctorum eius, quorũ memoria & honor ibidem adsiduè celebratur, ex sua quisq; parte, quæ se contingit, propriæ hæreditatis ad ipsum locum dederunt: Hunifridus scilicet, qui maior est in illis natu, in Nordgouue unam curtim quæ dicitur Kunigeshouẽ, Luydfridus in Sundgouia in Suanesheym, Hugo in Egenesheym, &c. Huius (dubium) an

Comites Egenesheymenses.

Egino comes Egenesheym.

Hugo comes Egenesheymensis.

filius extiterit, uel propinquus, Bernhardus, Carolo Caluo bellū mouit: ut præter Rheginonem, Ioannes etiam Auentinus adnotauit: Carolum Caluum (inquit) quòd Pio fauerent Luitfridi filij Hugo & Bernhardus, utrunque uictum acie in Alſatia, in ditionem redegiſſe. Vnde colligitur, & Bernhardum Luitfridi Hasburgen. comitis, authoris cœnobij S. Trutperti filium extitiſſe. de quo Bernhardo hæc nimirum Pauli Aemilij uerba intelligenda ſunt, libro tertio rerum Francicarū: In Italia expectabat Caluus Auguſtus primores regni ſui, Hugonem, Boſſonem, duos Bernhardos, &c. Poſt hæc tempora celebratur Vuandelherus comes de Alſato & Egenesheym, à Lothario landgrauiatus Alſatiæ inueſtitus anno 840. Cuius nimirum generis Theodericus landgrauius Alſatiæ & comes ab Egenesheym, moriturus ſine ſemine maſculo, Gerhardo fratri utramq; ditionem reliquit. Is duos genuit: Gerhardum ſecundū, landgrauium Alſatię: & Vlrichum, comitē ab Egenesheym. Gerhardus ſecūdus Stephanum filium procreauit, quē tamen plerique Vlrici comitis ab Egenesheym fuiſſe contendunt, qui cœnobium Stechfeld, haud procul Argentoraco fundauit, & à ſuo nomine appellauit, Steffansfeld, quod per ſyncopem germanis propriam, corruptè Stechfeld nūcupatur. Floruit circa annum 1038. Quem fratrem germanum extitiſſe Brunonis Tullenſis epiſcopi, haud ambigua res eſt: quem ad Pontificatum maximum uocatum, Leonem nonum uocarunt. Vt argumentum certum ſit, eandem Egenesheymenſem proſapiam extitiſſe, & Dagſpergenſium ſedibus duntaxat nomina uariantem: id quod ſubinde cæteris quoque uetuſtioribus proſapijs contigerat. ueluti noſtrorū etiam Principum ſtemmate à regijs paſsim, alij Tirolenſes ſe principes, alij Alſatiæ, pleriq; de Vienna, de Lynczio etiam, Garſio ac Pernekio, Medlinga & Hayburgo nominarunt: & multo antè Habſpurgenſes, ab Ergouia, Briſgouia, Laufenburgo, Kiburgo, Rhynfelda, Vueiſſenburga, & Dagſperg nomenclaturas ſimiliter conſtat uſur-

Bernhardus comes Egenesheymenſis.

Vuandelherus comes Egeneſheymenſis.

Theodericus comes de Egeneſheym.

Gerhardus comes Egeneſheym.

10

20

30

usurpasse. Secutus est eâ tempora Hugo Egenesheymensis comes, qui cœnobium Perg prope Colmariam fundauit, anno 1144. Theodericus pariter hoc nomine secundus comes ab Egenesheym, ex Gertrude Roberti primi Flandriæ comitis filia genuit Theodericum tertium Flandriæ comitem, & Henricum in auito comitatu Egenesheymensi successorem, Alsatiæque landgrauium: qui obijt anno 1232. Cuius sororem Ludouicus comes Ottingensis, in Risa Sueuiæ, unà cum
10 landgrauiatu Alsatiæ superioris accepisse legitur: & cum Imperij beneficio obtinere non posset, cathedræ Argentoracensi uendidisse. quæ illam adhuc retinet in possessione ditionem, non minus atque Austriæ principes inferiorem ad flumen Rhenum extentam. Cæterùm, quem ob matrem dictum est, Flandriæ comitem à Chunrado tertio inuestitum: is obijt anno 1168, cum tribus in terram sanctam expeditionibus unà cum reliquis Imperij principibus interfuisset, ac præclaras in Asia res gestas edidisset. Reliquit autem
20 post se tres filios, & quatuor natas, ex Sibylla Danielis regis Daniæ exulis uidua, Falconis comitis de Angiers nata: uidelicet Philippum, Petrum, Matthæum: Isabellam, Ludouico Franciæ regi desponsatam: Elisabetham, ducis Brabantiæ: Sibyllam, comitis Luczelburgensis: & Margaretam, Balduini comitis Hannoniæ, uxores. Quarum postrema Flandriæ comitatum in Hannoniensem stirpem transtulit. Licet rex Franciæ ob matrem, quæ & ipsa huius Friderici filia extiterat, occidentalem Flandriam
30 ademisset, Attrebates uidelicet & Salinas. Ad hæc, Matthæus prædicti Theoderici filius, cognomento ex auita generis origine Elsasser, missa in possessionem post multos labores Flandria, ex ultima comitissa Bolognensi, quam Henrici Angliæ regis ope ex monasterio uxorem sumpserat, duas modò filias suscepit, Mathildem, Henrici Louaniensis comitis coniugem: & Idam, quæ tribus ordine nupsit,

Hugo comes Egenesheymensis.

Theodericus secundus comes ab Egenesheym.

Flandriæ comites orti ex Egenesheym.

Gerhardo Geldrensi comiti, Berchtoldo duci Czaringensi, & Rheginaldo comiti de castro. Itaq; PETRVS Matthaei frater, ex Cameracensi episcopo, ne nobilis intercideret prosapia, permissu Pontificis Max. in gubernacula succedit: & ex Sibylla, Niuernen. comitis filia, cum nullam prolem tulisset, ante diem ueneno sublatus, iuniori fratri Philippo, sed Flandriam modò, reliquit. Quippe Alsatiam inferiorem in Alpes & Lotharingiae fines excurrentem, cathedra Argentoracen. ut suprà dictum est: superiorem uerò uersus Heluetiam, 10 cùm Ergouienses comites de stirpe Habsburgen, tum uerò Hohenburgen. ad Neccarum, sub ditione habebant. Cuius partem postremò Albertus comes Hohenburgensis, cum Annam filiam Rudolpho Habsburgensi, qui postea Caesar renunciatus est, anno 1271 despondisset, dotis loco redire ad Habsburgenses passus est.

Philippus postremus comes Egenesheymensis.

PHILIPPVS autem postremus inclyti generis Egenesheymen. comitum, post duas insignes in terram Sanctã expeditiones, pro defendendo Hierosolymitano regno, quod cognati Flandriae principes possederant, cum noua insignia, Atrum leonem in aureo clypeo, idcirco ab 20 Imperio retulisset, Hierosolymis diem extremũ obijt, ibidem sepultus: nulla relicta prole ex duabus coniugibus, Elisabeta comitissa à Veramãduis, & Mathilde Portugallẽsis regis nata. Vnde Flandria quidem ad Hannonienses comites deuoluta est: Alsatia uerò iampridem ad Habsburgenses cum redijsset, non multo pòst ad Austrię archiduces, Habsburgensium sobolem unà cum Egenesheymensi comitatu redacta est, sub quorum obsequio etiamnum manet, qui illam per landuogtum pro- 30 uinciam administrant, Ensisheymensi praetorio subiectam. Et tantum de Egenesheymensibus. Sequuntur PFYRETENSES comites in Sundgouia, quos & ipsos ex trunco deriuamus inclytae Habspurgen. genealogiae: utpote à Theoderico descendentes, filio Rapatonis, Ergouiae comitis, qui Beczonis cum alijs pluribus ex Itha Lotharinga filius extiterat, & nouam arcem

cem Habsburg in Ergouia condiderat, cum proximo cœnobio Murhi. Is siquidem Lotharingia materna hæreditate, à Carolo Salmensi pulsus, in alpibus Iuræ montis, & Sundgouiæ finibus precariò ab Imperio tractum obtinuit secus Belgardi montem, quem ab arce Pfyreta nominauit; eumque Rhynfeldensi ditioni uxoris hæreditati adiecit. In quo principes reperio omnes Habsburgensis generis: Ioannem, in literis citatum de anno millesimo centesimo trigesimo: Fridericum, in di-

Comitum à Pfyret origo.

10 plomatibus mon. sancti Trutberti, â cognatis ac maioribus quondam suis auspicati, adductum testem, anno millesimo centesimo quadragesimo: qui auxiliantibus propinquis suis, Hugone comite ab Egesheym, & Vlrico comite à Dagsperg, posuit monasterium Beris prope Colmariam. Fridericus ex Stephania comitissa ab Egesheym, genuit Ludouicum. Ludouicus in matrimonio habuerat Vuilhelmi comitis à Montfort filiam. Vlrichus prioris frater, Alsatiæ landgrauius ab Imperio designatus, uincitur ab Argentoracensibus prope Blodels

20 heym, Anno 1228. Theobaldus, ex Rhiza coniuge procreauit Theobaldum secundum. Is uerò ex baronissa ab Oxensteyn Alsata, Vlrichum tertium tulit. Vlrichus uerò, ex Ioanna comitissa Montis Belgardi, Ernestum, & Vlrichum quartum reliquit. Vlrichus quartus denique ex Catharina Burgunda, quæ circa annum Domini obierat 1324, duas filias progenuit. quarum Ioannam Albertus ex cognomento Contractus siue Sapiẽs, Austrię archidux, Alberti I. archiducis de gẽte Habsburgen. filius, matrimonio accepit, comitatũq; in posses-

Comitatus Pfyretarum ad Austriacos.

30 sionẽ redegit, Vrsulę cõiugis sorori, feminę ęgrotę, ꝑ sua parte octo millib. marcarũ cõfectis. Atq; his auspicijs decisa & ista è corpore Habsburgen. ditio, ut reliquæ fermè omnes, in idẽ rursus corpus redijt. Vt qui iam rerũ in Austria potiũtur secus Danubiũ, principes nostri clementiss. præter tot regna longè lateq; dissita, Romanũ, Hispaniarũ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Bosnię, Apuliæ, Siciliæ, Corsicę, Sardinię, Maioricarum,

Indiæ ac Aphricæ non ignobiles regiones: præterq; nouos acquisitos ducatus ac landgrauiatus marchionatúsque, Burgundiæ scilicet, Brabantiæ, Geldriæ, Flandriæ, Selandiæ, Holandiæ, Frisię, Artesię, Hannonię, Namurci, Lymburgiæ, Luczenburgiæ: & in oriente, Styrię, Carinthię, Carniolæ, Goricię, Istrię, portus Naonis in Foro iulio, Tirolis, Veldkirchen. comitatus Sueuiæ, Hegouię, Burgouiæ, omnes iam unà simul maiorum suorum ditiones obsequio obnoxias habent: Alsatiam dico, Brisgouiam, Sundgouiam, Sueuiam, Egenesheymensem, Dagspergen. Lauffenburgensem, Pfyreten. Rhynfelden semq; comitatus: cum interea bellis prærepte sint, è corpore illo amplissimo detractæ, Kiburgensis, Ergouiensis, Vuandelbergensis, Rapersuuilensis & Burgdorffensis comitatus, cum aduocatijs Imp. Turicensi, Vchtlandiæ ac Arelatensi in Prouincia pręfectura. Quę cuncta, spes est suo tempore recuperaturos inclytos Austriæ archiduces, Habsburgensium (de quibus tractamus) sobolem. Quos pater Domini nostri ac Seruatoris ad incrementa gloriæ suæ diu superstites ac incolumes conseruare clementer dignetur.

CAPVT VNDECIMVM: DE PROpagatione inclyti generis Habsburgensis, in comites Ergouiæ, Kiburgi & Lauffenburgi.

DEFINITIS iam propaginibus lateralibus, quibus Luitfridi filij, quem præfati sumus S. Trutberti cœnobium in Nigra (quam uocāt) sylua condidisse, Hugo & Bernhardus quidē in Alsatiæ landgrauios ac comites Egenesheymenses, unde primi Flandriæ principes processere: Eberhardus uerò in Brisgouiæ landgrauios, ac Czaringenses duces pullularunt: è quibus postremò Burgundiæ palatini, uicarij Arelatenses, & aduocati cùm Turicenses tū Vchtlandiæ, emersere. Superest, ut quarti filij pariter, Hunifridi uidelicet stirpem explicemus, unde Ergouiæ comites, duces Lotharingiæ, ducesque Sueuiæ, comites Kibur-

burgenſes ac Laufenburgen.& ad poſtremum propagatis limitibus in Pannoniam, Auſtriæ archiduces, ducesq́; Carnorũ, Styriæ, Carniolæ: rurſusq́; in occaſum & Arctum Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Lymburgi & Luczelburgenſes duces: marchiones Iſtriæ, Burgouiæ, Vuindorũ, Anduerpienſesq́;: comites porrò Tyrolenſes, Goritiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Namurci, Selandiæ, Holandiæ, Friſiæ: reges deniq; Hiſpaniarum, Apuliæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, aliarumq́; terrarum cùm in mediterraneo, tum Oceano, latè uſque in Aphricam & Indiam, quæ ueteribus incognitæ fuerant, diuino numine propitio paulatim ſuccreuerunt, ijs radicibus actis, ut ad clauum totius ferè Europæ propago illa nunc ſedeat, Imperatoribus ac Cæſaribus Rom. clara nouem: Rudolpho ſcilicet Habsburgen. Ergouiæ comite: Alberto filio eiuſdem, primo ſui generis Auſtriæ Pannonicæ archiduce: Friderico tertio: Alberto quinto: Friderico quarto, quem tertium falſo nominant: Maximiliano: Carolo quinto: Ferdinando: & Maximiliano ſecundo: Cuius familiæ initia repetentes, eam rectè à GVNTRAMO Hunifridi filio, Luitfridi nepote, qui S. Trutberti in Hercinia ſylua ſupra Friburgum Briſgouiæ cœnobij autor fuit, deducimus. Is ſiquidem in diuiſione cum fratribus Eberhardo & Rothardo ſortitus Ergouiam, quæ Arula irrigua eſt, ditionẽ hinc quidem ad lacum Brigantinum, qui nunc Bodmanicus dicitur, illinc uerò in Herciniam ſyluam, Heluetiorumq́ue ueterum agros, ubi nunc interiores confœderatorum Heluetiæ pagi ſunt, duas ordine nobiles fœminas in coniugio habuit, Brigantinam comitiſſam generis Montfortij: & Itham, Adalberonis comitis à Kaluu, fundatoris Hirſchaugienſis. Ex quibus progenuit Beczonem generis propagatorem, Gunczelinum ſiue paruum Chunradum Ergouiæ comitem: Berthilonem dominum in Streychburg & Scharpffenſteyn, authorem cœnobij Vualdkirchenſis in Nigra ſylua, finium Briſgouiæ: quod monaſterium interpellante Burcardo Sueuo-

Guntramus primus comes Ergouiæ.

Gunczelinus ſecundus comes Ergouiæ.

rum duce Otto tertius confirmauit. Sepelitur ad S. Cyriacum in Sulczperg. & Gebiczonem Basiliensem prȩsulem, authorem cœnobij Vueissenauu prope Rauenspurgã. Floruit aũt Guntramus circa annũ Domini 985.

Beczo tertius comes Ergouiæ. Cuius natus BECZO, comes Habspurgen. conditus in cœnobio Sulczpergensi finium Brisgouiæ, depictus in choro cernitur cum tali Eulogio: Graf Beczo von Habspurg: Sancta Maria Bitt Gott für mich. Is ex uarijs uxoribus quatuor mares genuit: Gebhardum, ex monacho Hirschaugiensi Constantiensem præsulem: Rapatonem, Ergouiæ comitẽ, stirpis propagatorem: Rudolphũ Sundgouiæ comitẽ, autorẽ cœnobij S. Marię in Otmarsen, qui cum uxore Adelhaide, comitissa à Vroburg in S. Blasio Nigrę syluę tumulatus cernit: Beczelinũ comitẽ, & Richenczã, comiti à Lẽczburg ad Arulã nuptã. Sunt qui ab hoc & Eberhardũ & Berchtoldũ deducant Czaringię duces, ac Brisgouię lãdgrauios: sed fallunt toto cœlo, cũ fratres, nõ filij extiterint, aut potius patrueles.

Rapato comes Ergouiæ quartus. Beczoni in Eergouia RAPATO successit, cõditor cœnobij Murhi prope Lucernã, anno 1034. & nouę arcis Habspurg, ibidẽ ad Arulã, non procul à monte Vocetio. In cuius iugis adhuc salubres aquæ supersunt, in oppido Badẽ, quarũ Tacitus meminit lib. 22. Is ex ducissa Lotharingię Itha, Theoderici ducis filia, quatuor filios procreauit, Vuernherũ successorem authorẽ cœnobij Vuettingẽsis prope Badẽ in Heluetijs: & Theodericũ, ex Lotharingię duce expulso, autorẽ comitũ Rhynfelden. Albertum & Berengerum, qui ante diem iuuenes obierãt: & Ithã, Rapatoni comiti ab Altẽburg collocatã. Sepelit in sua fundatione, Murhi cœnobio.

Bernherus comes Ergouiæ quintus. Cuius filius BERNHERVS paternis uestigijs insistẽs, eadẽ in prouincia Ergouię Vuettingen. abbatiã cõdidit, haud procul thermis Vocetij mõtis, q̃ nũc Heluetic̨ę nominant: & ex Hildegarde comitissa à Pfyrd. genuit Bernherum secundum, Albertum tertium, Ottonẽ quartum: & Itham comiti à Thyerstayn, eorum finium, nuptam. Sunt qui titulum Lotharingię ducis hunc usurpasse affirmẽt, ob ius quod

ab auia

ab auia obtendebat, cum patruus Theodericus fatis cõcessisset: etsi possessionem Gerholdus, & post eum Reginaldus Barensis comes accepissent. Sunt denique, qui ante mortem hunc sacris initiatum referant, Argentoracensemq; postremò episcopum designatũ fuisse, admissis filijs in administrationem ditionum auitarum: quorũ Ottoni Ergouiam cum arce Habsburgensi, Bernhero Laufenburgum, & Alberto aduocatiam Seckingensem concesserat. OTTO igitur, à cuius fratre nobile stemma Austriadum processit, ex Hilla comitissa à Pfyrd, procreauit Bernherum tertium, & Adelhaidem uxorem comitis ab Houuenburg, & Fricktal: inter fectus in Saxonia, in die Coronatorum, cùm Henrico quarto auxilium ferret. Cuius frater Bernherus tertius, ex baronissa à Starckenberg, genuit Albertũ quartum, Richenczam comiti à Pfyrd, & Gerdrudim comiti Montis Belgardi collocatas. Conditur & hic in Vuettingensi cœnobio. Huic filius ALBERTVS successit, hoc nomine in illustrissima gente quartus, Bernheri tertij filius, cognomento Diues. qui ex Berchta quadã comitis à Pfulendorf filia, Albertum quintũ tulit, Rudolphum quartũ, & Berchtam comiti Leinyngensi nuptã. Floruit sub Henricho sexto, à quo inter testes citatur. RVDOLPHVS quartus, ex cognomento Taciturnus, superioris Alberti filius, landgrauiatum Kussenbergen. familiæ adiecit, & ex Agnete Gotofridi baronis à Stoufen filia progenuit Albertum & Rudolphũ hoc nomine in genere isto quintos: & Heduuigem, comiti à Freyburgo, propinquo suo: & Gerdrudim, Ludouico comiti à Vroburg, nuptas. Floruit anno millesimo centesimo quadragesimo: & nouo stẽmate inducto, comites post se reliquit Habspurgen. de Laufenburgo. Qui iam à trũco germinãtes, porrò in lateralibus explicabũtur. Nos uerò in trunco persistẽtes, ab Alberto quarto fratre Rudolphi, quem Laufenburgen. constituisse diximus, trunci alumnos explicare pergamus: utpote qui comites Ergouiæ & arcis Habspurgen. possessores, Heroes post se

Otto comes Ergouiensis sextus.

Bernherus Ergouiensis comes septimus.

Albertus octauus comes Ergouiensis.

Rudolphus comes Ergouiæ nonus.

Albertus quintus, comes Ergouiæ decimus.

Austriades reliquerunt. Cuius generis ALBERTVS quintus, partitus cum germano Rudolpho Taciturno ditionem paternam, dimissis illi Laufenburgensi ac Rhynfeldensi comitatibus, cum aduocatia Seckingensi, Ergouiam, Turgouiam & landgrauiatum Kussenbergensem sibi retinuit, cum arce auita generis Habsburgo: adeptus paulo pòst & Alsatiæ landgrauiatum, cum consilio polleret, Sapientis nomen tulit. Acciderat enim tum fortè, ut postremus Egenesheymensis stirpis, qui sanguinis uinculo Habsburgios contingebāt, sine prole mascula in Alsatiæ landgrauiatu, uitam cum morte commutasset. Qua ex re controuersia orta inter tres competitores, quorum quisque ius prouinciæ ad se trahebat, Albertū Hohenburgensem comitem ad Neccarū, Ludouicū Ottingensem in Riza Vindeliciæ, & hūc de quo loquimur Albertū Habsburgen. in Ergouia comitem, pacificatione tandem partiū subsecuta, Hohenburgensis suam partem in Alsatia dotis loco Alberti filio Rudolpho posthac Cæsari, unà cum filia Anna contradidit. Ita superior Alsatia ad Habspurgenses, præcipuè uerò eos qui in Ergouia & Turgouia gubernabant, & horum sobolem Austriades, postliminio redijt, cum suam partem superiorem Argentoracensi ecclesiæ Ottingensis uenditam reliquisset. Quam in hunc usque diem illa posſidet, & episcopus illius quilibet landgrauium se Alsatiæ, non minus quàm Austriæ archiduces nominent. Porrò Albertus de quo loquimur, ex duabus coniugibus tulit, prima quidē Heduuige comitissa à Kiburg, Albertum ac Carolum, canonicos Constantien. secunda uerò Itha, comitissa à Pfullendorf & Bregantia, genuit Rudolphum Cæsarem. Albertum in obsidione Parmæ captum atque mortuum, cum Chunradino pulso rege Siciliæ ac Apuliæ, Sueuiæ duci propinquo suo auxilium tulisset, Henrichum & Hermannū comites ac canonicos, Berchtam comiti à Kyssenberg locatam, quę secundis nuptijs domino ab Oxensteyn Alsatio coniuncta fuit: & Elisabetam, Eitelfriderico à Zolern

lern nuptam primò, Norinbergensi suæ stirpis burgrauio. Sunt, qui illi & postremam uxorem comitissam ab Egesheym tribuant, Alsatiæ hæredem: cuius ergò Alsatiæ landgrauiatum sit consecutus. Huius Alberti mentionem facit Otto Frisingen. cum de anno scribit millesimo centesimo sexagesimo, hoc est Friderici primi Imperio, qui magnam hæreditatem adierat, multis principibus sine prole mascula extinctis. Simili modò (inquit Rudolphus comes de Pfulēdorf, sororius co-
10 mitis de Bregantia) omnia prædia hęredis loco Imperatori tradidit. Pro his Imperator Alberto comiti de Habspurg, qui filiam comitis Rudolphi in matrimonio habuit, concessit Thuricensem comitatum, & aduocatiā Seckingensis ecclesiæ, cum prædijs conquisitis de Bidertan. Præter hæc multorum nobilium, qui hæredibus carebant, prædia donatione uel precio acquisiuit, ut pote illius de Schuuabecka, de Vuarhusen, de Belra, de Horingen, de Schuualhusen, de Vuidretan, Lenczburg, Kiburg, & Vuerde. Hæc ille. ubi ad marginem in perue-
20 tusto codice membranaceo adscripta hęc uerba leguntur. Nota, hic primùm mentio de dominis nostris comitibus de Habspurg, qui postea regnum Rom. obtinuerunt, & adhuc tenent, cum Austria in locis uicinis. Porrò Albertus idem cum belli studijs suo tempore nulli cederet, secutus castra Friderici primi in Asiam, ibidem moritur ad Accaron, isthicq; sepelitur: cuius coniunx Itha in Murhi monasterio sub arce Habsburg cōdita cernitur. Sic RVDOLPHVS hoc nomine in genere nobilissimo sextus, missa in possessionē sola Ergouia (nam
30 reliquas Habspurgen. ditiones, Turicen. comitatū, Rhynfelden. Kiburgen. ac aduocatiā Seckingen. eiusdem stirpis Rudolphus V. Vuernherus, Gotofridus & Eberhardus, obsequio obnoxias ex diuisione tenebāt) fortunę iniuria cōpulsus, cū & fratri Alberto, antequā in captiuitate Parmę moreref, annuā pecuniā de Ergouia numerare cogeretur, animū ad rem militarem, ad quam natura ꝓpensus ferebaf, adiecit. Addebāt stimulū illi latrocinia

Rudolphus comes Ergouiæ undecimus.

iſta, quibus Germania tum, Friderico ſecundo in Aſia amiſſo, conuellebatur. ſumptoq; auſpicio à peregrinatione in Terrã ſanctam, cui nobilitas Germaniæ ferè tum ex pietate inſiſtebat, reuerſus incolumis, cum ex Anna Hohenbergenſi comitiſſa multos liberos tuliſſet, & ijs poſt ſe ſtuderet quò comitum ordinem ſuſtinere poſſent, ſuſcepto ſeruitio, apud Ottocharum Bohemiæ regem & Auſtriæ archiducem, ſeu potius inuaſorem, aliquandiu præfectum curiæ egit. Quo munere gnauiter perfunctus, ut ſua (quæ erant tenuia) ab iniuria aliorum tueretur, & de Republica ac patria benemereretur, undecim bella ſuſcepit, eaq; omnia feliciter confecit. Quorum ſex in minoribus neceſsitate impoſita gerere coactus erat. Primùm quidem aduerſus abbatem S. Galli, qui de genere comitum Montfortiorum fuerat, eiusq; fratrem Curienſem præſulem eo ſucceſſu geſsit, ut epiſcopum in captiuitatem adſereret, ac Eberhardum dominum ab Aſpermont, eius belli concitatorem, in acie occidiſſet. Secundo, cum comite à Dockenburg decertauit: in quo bello Tigurinorum auxilio Vczenberg arcem ad lacum Brigantinum expugnauit. Ad tertium, eum domini à Regenſperg coegêre: ad quod Tigurini pariter fida auxilia præſtabant. Quarto occaſionem Gotofridus fratruelis comes à Laufenburgo & Rheynfeldo dedit: quòd Alberto ſcilicet fratre Rudolphi, de quo loquimur, Parmæ in captiuitate extincto, Gotofridus ſe Kiburgenſis comitatus portione legitima, cuius ut proximus hæreditatem adierat, excludere conaretur. Id bellum poſtremò concordia confectũ eſt, anno milleſimo ducenteſimò octuageſimo, Domino à Taufenſteyn interfecto, & arce illius ſolo æquata, qui belli autor præcipuus extiterat. Quintum illi fuit contra Vualtherum præſidem Argentoracen. deſcendentem à genere dominorum de Geroltſeck: id quod pariter uictor confecit. Sextum fecit Henrico Baſilien. antiſtiti, Vlrici Vualiſchneuuburgen. comitis germano, qui Neuuburgum ac Briſacũ Rheni occupauerat:

Rudolphi Habſpurgenſis Cæſaris geſta.

pauerat:& post multam tyrannidem,quam in ciues Basilienses exercuerat,fratre adiuuante Habspurgen. quoque ditionis oppida,Otmarsen,Blodelsheym,Klingam & Rhynfeldam, igne & rapinis adgressus fuerat, bello nunquam indicto.In hoc bello,dum episcopum Basileę Rudolphus obsidione premeret,auxilio Argentoracen. ab anno Domini 1262,usque ad annum 1271, in ipsis Imperij comitijs, iussu Gregorij decimi pōtificis Max.indictis,posthabitis qui uehementer ambiebant,Richardo
10 Angliæ,Alphonso Castiliæ,& Ottocharo Bohemiæ,regibus, electo etiam à quibusdam nequicquam comite Hennebergensi, præter omnium opinionem communibus suffragijs in Cæsarem renunciatur: nunciūq; tam prosperum etiamnum in castris ad Basileam agens ab Henrico marescalco à Pappenheym accepit, anno quē memorauimus septuagesimoprimo. Ita castigato episcopo noningentarum argenti marcharum mulcta,à ciuibus Basilien. ac proximis principibus & comitibus, magno applausu cunctorū deductus est. Vbi anno Do-
20 mini 1274 solenniter Imperij corona redimitus, ad proximum annum conuentum Germaniæ ad Vuyrczburgum indixit,cùm ob latrocinia Germanię(quæ in interregno tot annorum inualuerant) tollenda, tum ob factiones Ottochari Bohemi,qui Imperij beneficia archiducatū Austrię,Styrięq; ducatū,Carniolā & Vuindorū marchā pręripuerat:quiq; per satrapas suos ijs in prouincijs,legitima hærede,quā in matrimonio habebat, Margareta ueneno è medio sublata,,sęuire nō desinebat.Sed cū is cōuentus factione Ottochari Bohemię regis ad ir-
30 ritū recidisset, ad sequentē rursus annū, alterū ad Augustā Rhetię indixit,grauissimis pœnis accersito Bohemo. Qui adhuc cōtra stimulū calcitrās, Cęsaris renunciationē impedire uidebat,Bernhardo Seccouiēsi episc.homine ad res malas aptissimo, hinc inde ad electores misso, ut uota reuocarēt:alijs deniq; ad reges Anglię & Hispanię,q repulsam passi fuerāt,in Habspurgen.accēdendos, directis. Sunt qui Alberti pręcipuè Magni Ratisponen.
episco-

episcopi, Dominicani & philosophi insignis, (qui Rudolphi quondam confessor extiterat, & hominis industriam pietatemq; nouerat, & apud Moguntinum Treuerensemq; aliquo loco fuerat) auspicio ac consilio in electionem uenisse, scribant: cum ingens uis pecuniæ, quam tres reges Coloniensi ac Palatino electoribus pependissent, incassum numerata fuisset. Vt appareat, Habspurgen. non solùm minoris loci comitem, uerumetiam rebus attenuatis, & qui Bohemo regi, ac postea Argentoracen. conductus seruierat, diuini numinis ope 10 ascendisse ad id fastigij. Aduersabantur in primis etiam Boiariæ principes Henricus & Otto, qui Austriã Styriamq; iam animis inuaserant. Itaq; accusantibus coram Imperij proceribus, qui frequentes conuenerant, ijs quos Austriaci miserant legatis, Ottochari Bohemi regis tyrannidem: & quàm alieno titulo, non sine fraude nuptiarum, Margaretha hærede reiecta, contra ius acquisitum beneficij in Austriacas prouincias, unà cum Agnete Badensi, filiaq; illius Tyrolensi comitissa habuerat, per posticum (ut aiunt) ingressus fuisset, docentibus: 20 tot insuper optimatibus occisis, in propriam quoq; uxorem sæuijsset: eaq; ueneno subtracta, pellicem ea adhuc uiua aluisset: partitusq; cum Bela Hungarię rege possessionem, Imperij beneficio obnoxias Styriam, Carniolã, ac Vuindorum marcham, ut sub exteræ nationis auxilijs commodius archiducatum retinere posset, à Romani Imperij fide dimisisset. Hi erant legati, Philippus Carnorum ducis filius Salisburgen. archiepiscopus, Fridericus marescalcus à Pætouione Styrus, Bernhardus à Vuolfgersdorf, & Vlricus à Viechouen, Austriaci. Ad 30 quorum postulata, proceribus Imperij uisum fuit, Bohemi animum prius beneuolè tentandũ, si fortè sine sanguine res tãta confici posset: ut missis Austriacis prouincijs, de regno Bohemiæ, ac illi subiectis prouincijs, Silesia, Lusatia, Oppauia, Glagouia ac Morauia, quod olim uocabant Franci homagium reciperet. Ita duo principes utriusq; ordinis ad hoc munus delecti sunt, qui ad Otto-

Ingressus Rudolphi in Austriam.

Ottocharum irent, Henricus Basiliensis episcopus ex stirpe comitum à Vualischneuuburga, & Hēricus burggrauius Noribergensis. Qui cùm non sine dedecore Imperij à Bohemo tractati fuissent, & indigna quædam probra cùm in Cæsarem, tum reliquos Imperij ordines retulissent, eisdē adhuc durantibus comitijs, facilè principes permouerunt, ut in bellum iustum consentirent, & ad id uires quisque suas experiretur. Quod quàm sibi futurum esset difficile, animaduertens prudens Cæsar,
10 in ingressu prę sertim tam grauis oneris, nondum ad res tantas instructus, Boiarijs præsertim ac Brandeburgijs hostis partes consilio & opibus adserētibus, Ladislaum Hungariæ regem, iuuenem principem, in belli societatem adsciscendum existimauit, ut qui & ipse exul cerato esset in Bohemum animo, ob prærepta aliquot in agro ulteriori loca, Bibersspurgo, Tyrnauia, S. Georgio, Posinga, Altenburgo, Cherlburgo, Musenburgo, alijsq; circum Posonium locis. Qui ita occasione oblata, uindicandi sese de Ottocharo, Rudolpho XX millia leuiū
20 equitum ad tantum bellum promisit. Quibus in aciem eductis, primo uere anni 1278, quum primùm Cæsar cum Imperij uiribus secundo Danubio descendere cœpisset, atque ad obsequium Imperij redactis Ensio, Ipsio, Kremsio, ac Neuuburga quam Claustralem uocāt: postremò etiā Viennam obsessam, à Brunone Olomucensi episcopo ac Baltramo consule, in eandem fidem recepisset, Posonium diuertit. Cuius rei factus certior Cęsar, nulla interposita mora, confestim nauigio Haymburgam descendit: traiectoque Danubio, Hungaro ad
30 Marcham amnem, qui Austriam ab Hungaria separat, occurrit. Hæc dum ad Marcham, utriusq; finibus, Hungariæ inquam atq; Austriæ fiunt, interea nec Bohemus cessabat, qui paulo antè cum maximis copijs ad Cistersdorfium castra præmunierat. in quibus, præter gentiles suos, amplissima à Brandeburgijs, Silesijs, Boiarijs atque Saxoniæ ciuitatibus auxilia trahebat. Et cum iam nec de loco, nec de prælij die dubitaretur, cum tantam

ſanguinis innocentis effuſionē utriq; miſerati præſules, Henricus Baſilien.& Bruno Olomucē.ſuorū quiſq; dominorū ab arcanis,alternis agendo,iuuenis regis animū tādē permulſerūt,ut dimiſsis Auſtriacis Imperio prouincijs,quas nullo iure cōtingebat, de Bohemicis nouo Cæſari homagiū faceret,ac iuramentum ſolenne pręſtaret. Quod ille,ne nationi ſuę dedecori foret,ſecreto facturū ſe promiſerat. At longè aliter q̄ ſperabat,penſile Cęſaris erat tabernaculū in caſtris inſtructū,ut momento funiculo tractū,caſum faceret. ita Ottocharū in genua procidētem coram Rudolpho,tres ſub dio exercitus,non ſine ſumma Bohemorum indignatione, & ipſorum regis contemptu, aſpexerunt. Sic compoſitis in Auſtria rebus,quod in die ſanctæ Eliſabetæ factum erat,præſentibus Romani Imperij principibus Moguntino, Palatino electore,Salisburgenſi, Friſingenſi, Henrico Baſilienſi epiſcopis, burggrauio Noribergenſi, Maynhardo Tyrolenſi, & Alberto ab Hohenloe comitibus, prudentiſsimus heros,antequam de futuro principe conſilia iniret, mareſcalcos quos uocant hæreditarios prouincijs Auſtriæ ſingulis præfecit:archiducatui quidem, Stephanum à Meyſſauu, Styrię Hardmalū à Vuildonia, & Carnis Chunradū ab Aufenſteyn. Qui iuſsi ſunt tandiu Imperij nomine ad gubernacula ſedere,donec ex cōſilio principū Imperij, legitimū ſingulis dominiū deſignaret. Is ſtatus in Auſtria non totū annū p̄manſit. Quippe Ottocharus,qui ignominiā exulceratiſsimè tulerat, frigidā pręſertim ſuffundentib.& uxore ipſa Kunigunde à Matſauu Hūgara,muliere ultra ſexū truculēta & ſęuiſsimo ſemper in Germanos animo,potioribusq; regni ſatrapis qui Rudolphi fortunę inuidebāt,quē olim in curia ęqualē habuerāt:oblitus tandē ſacramēti dicti,bellū denuò meditat. ad quod pręter gētilicias q̄ maximas cōpias,auxilia etiam è Boiarijs,Brandeburgenſibus, Rhenenſibus, Saxoniæ ciuitatibus & epiſcopis, Polonis & Pomeranis, atque ab his denique qui ſuperiore anno Cæſarem iuuerant,ampliſsima contraxerat: & primo

Victoria Rudolphi Habſpurgenſis de Ottocharo Bohemo.

ſtatim

ſtatim uere cum his Laam Auſtriæ limitaneam ciuitatem adgreſſus,cūcta igne ac ferro miſcebat. Etſi autem quàm plures Auſtrales fide Imperij deſerta,inclinare in Bohemos uidebantur,& ex his præcipuè Leopoldus & Henricus Kunringij,potentiſsimi & longè uetuſtiſsimi Auſtriæ ſatrapæ,qui conducti à Bohemo Auſtriam ulteriorem infeſtam reddiderant,cum ex citeriori uerſus Nouam ciuitatē Henricus & Ibo comites à Guſsingen Hungari, ditionē Imperij rapinis ſimiliter inuaſiſſent:
10 tamen non deerant ex fidelibus, ac præcipuè quidem Stephanus à Meyſſauu mareſcalcus,qui ad gubernacula ſedebat : Otto à Perchtolſdorf, Auſtriæ camerarius: Perchtoldus ab Emerberg dapifer eiuſdem prouinciæ: qui ſui iuramenti memores, & impigrè ſuo quiſque officio perfuncti, tantiſper uim hoſtilē ſuſtinuēre, donec Cæſar re ſubita comparato exercitu, penetrare per Boioariam,quæ non ſatis æquo in Rudolphum animo ui debatur,poſſet.Sunt qui ab omnib.ferè deſertum tum Cæſarem ſcribunt,ipſo etiam genero Ludouico Rheni
20 palatino nutante : tanta ſcilicet tum coniuratio aduerſus inclytam Habsburgen.proſapiam inita fuerat. Sup petias autem miſerūt,Salczburgenſes CCC.burgrauius Noribergenſis Henricus marchio ab Hochberg, Albertus comes ab Hohēberg cum epiſcopo Baſilien.DCCC. Vlricus comes ab Henneberg, Furſtenbergij,Montfortij,Laufenburgenſes,Kiburgenſes,ac ſi qui alij ſanguinis aliquo uinculo iuncti Cæſari fuerant, DC. Quibus acceſſerunt à meridie Auſtriacæ utplurimùm ditionis, aut ei uicini,Albertus comes Goricenſis CL. Maynhar-
30 dus Tyrolenſis comes CCC, Fridericus & Albertus comites Ortenburgen.itidē CCC, Vlricus comes Haynburgenſis Carnius CC, Henricus comes Pfannebergenſis Styrus centum equites.Aderant & Styri,duce Friderico mareſcalco à Pætomone, mille equitum electa manus. Quibus ſubadiuuæ iuncti Otto à Liechtenſteyn, & Colo à Seldenhouen, peditum ſecum manum trahebant.Hæ omnes copiæ primo Septembri in Auſtria

conuenêre, coniunctique Cæsarianis, ne mora præsentibus obesset traiecto Danubio, in agro Austriæ ulteriori castra metantur: cum iam pridem Bohemus traiecto Teya amne, Austriam ulteriorem incendio ac rapinis uexare cœpisset. Itaque quanto in periculo Rudolphus esset animaduertens, misso ad Ladislaum regem Hungariæ, quem superiori quoque bello socium habuerat, Hugone comite à Daufers Tyrolensi, ab eo uiginti millia Chumanorum impetrauit. Quod genus equitum incondítum, eo attrocius in Germanos sæuiebat, quòd à fide Christiana quàm alienissimi forent. Hi undecimo Septembris haud procul Stylfrido Marcham amnem superauerant. Quo tempore Imperator cum his quos secum retinuerat, Imperij principibus, curialibus, alijsque ad Haymburgam traiecto Danubio, tertio à ripa miliario castra posuerat, ad pagum quendam quem gentilicio sermone Vuydenpachum appellant, exiguo à Marhecko oppido limitaneo spacio distantem. Euenerat uerò tum commodùm, ut quo uado Chumani traiecerant Marcham, densum citrà arundinetum foret, quod conspectum hostium omnem præpediebat. Ita Chumani inexploratò in hostes inciderũt, & pugnæ initium fecerunt: Cæsare mox cum suis quoque signa in hostes ferente, quorum sex in exercitu suo habuerat: crucifixi uexillum, quod Albertus maior natu patri præferebat, cui scilicet tum templum pariter reportata uictoria uouerat, quod posterius etiam Tulnæ, sexto à Vienna miliario perfecit: aquilam Romanam, quam marchio Hochbergensis tulerat: Austriacus, quod Chunradus ab Haselauu baro Austriæ gestabat. His Styriensia duo accedebant: unum quod atrum serpentem in aureo uexillo, alterum quod duos rubros angulos ex albo micantes ostendebat. quæ qui moderabatur, comes Pfannebergensis, & præludium prælij fecerat, uulneratus fortè cum acie excessisset, ut fugam capesserent qui leui prælio præmissi fuerant, causa fuit. Quam suorum necessitatem cõspicatus ex equo Imperator, in
terram

terram procidit: ac porrectis ad cœlum manibus, diuinū numē inuocauit, Henrico episcopo Basilien. precib. ac cęteris principib. rem dextris gnauiter agentib. tanta fortitudine atq; audacia, ut aciē postremò labentē restituerint, ac fugientes ex fuga repulerint. Dū hæc aliquot horis magna sanguinis effusione gerunt, & uictoria nūc in Bohemos, nūc uerò in Cæsarianos inclinaret, ad postremū Milodus Bohemus, q Triarios à tergo ductabat, uindicaturus se ab Ottocharo, q fratrē nullis causis carcere necauerat, consultò secesionē fecit, regemq; suū cū auxilijs in discrimine reliquit. Qui locorū ignari, in effusam fugā lati, pars acinacib. Chumanorū, pars undis ꝓximi amnis Marchę perierunt. Ibi in ea rerū confusione Ottocharus cū fidiss. quinq; fugę se cōmittens, fortè in duos qui exulcerato in eum animo iampridē fuerāt, incidit, Hadamarū à Kunringen Austriacū baronē, cuius quondā rex sororē stuprauerat: & Merrēbergiū Styrū, cuius fratrē in patibulū egerat: à quibus, cum ad sui defensionē nihil intermisisset, fugientib. comitibus, 18 uulneribus ad mortē afficit. Cuius rei Cæsar certior factus, etsi missis Ottone camerario à Perchtolsdorf, & Berchtoldo dapifero ab Emerberg, incolumē regē cuperet: tamē in proprio iam cruore suffocatū repertū, dolens hominis casum, reddidit. Quē Bohemi mœsti non ita multo pòst Pragā duxerūt, exenteratū & aromatibus differtū: unde cor ablatū cū interaneis, Viennæ ad minores, quorū à solo templū incœperat, cōditū fuit. Interea Cęsar, cū uictricib. signis uictoriæ uestigia secutus, traiecto Teya, in Morauiā progressus, acceptis ex itinere in fidē locis, ad Czaslaū non procul à finib Bohemię, occurrentē Ottonē marchionē Brandeburgiū habuit. Qui interpellans ad Cęsarē oratione pro tēpore habita, supplicib. cęteris regni satrapis, ac in genua prouolutis, animū eius tandem permulsit, ut data uenia liberis ac coniugi, auito regno parceret. Ea de re constitutus dies ad Triglouiam Morauię fuit. ad quē Imperij principes frequētes quoq; conuenêre: Salisburgen. Pataui ēsis, Frisingen. Basiliēsis,

Victoria Rudolphi Cæsaris in Austria.

Gurcensis & Olomucensis episcopi: Maynhardus Tyrolen. & Albertus Hohenbergensis comites. Qui interposita autoritate, alternis agẽdo, pacem ad eam formulam retulêre. Vti Venceslaus interfecti regis filius, Guetam Cęsaris natam uxorem caperet: cuius soror Agnes Rudolpho Imp. nato secundo nuberet, cum ea spe, ut sine mascula prole Venceslao extincto, Bohemiæ ad Austrios regnum deuolueretur. Ita è Bohemorum seruitio liberata Austria; Imperij deinceps fidem sequitur. Cui, antequam de futuro principe dispiceret Cęsar, maiorem natu filium ALBERTVM gubernatorem Imperij nomine designauit, siue (ut tum uocabant) Imperij uicarium. Illiq; de succesione legitima prospiciens prudens pater, ad Maynhardum Tyrolis principem, omni significatione beneuolentię, & pollicitationum genere interpellauit, uti filiam suam Elisabetam, quæ ius acquisitum ex antiquis priuilegijs in Austria habuerat, (utpote quæ nata foret ex Agnete, Agnetis Badensis ducis, quondam Austriæ postremi coniugis legitima hærede) Alberto filio suo primogenito, Imperij Rom. in Austria gubernatori, desponsaret. In cuius matrimonij faciliorem confectionem, eidem Tyrolen. principi, Carinthiæ ducatus beneficium, & Taruisianæ marchæ siue uicariatus (ut diplomata uocãt) administrationẽ promisit. Quæ cum omnia consensu prouinciarum ac procerum feliciter acta fuissent, ut extrema manus his tantis rebus imponeretur, & pax non solùm orientaliũ prouinciarum aliqua tandem, sed totius adeò Germaniæ ac Rom. Imperij constitueretur, ad Augustam comitia Imperij altera Cæsar indixit, ad annum scilicet Salutis restitutæ 1282. ubi in magna principum frequentia, intercedente non solùm ordinum Imperij consensu, atq; autoritate, uerumetiam Austriæ procerum continuis precibus, Alberto filio Rudolphus Imperatoria autoritate Austriæ archiducatum, cum Styriæ ducatu atque Carniola, Vuindorumq; marcha, sub homagio contulit: Maynhardum uerò Tyrolen. comitem, filij socerum,

Pacificatio Austriæ & Bohemiæ.

10

20

30

rum,in Carnorum ducem,Taruiſianumque uicarium nomine Imperij publicè inueſtiuit,accepto ab utroque fidelitatis iuramento.Ac filium quidem recens Auſtriæ principē renunciatū,poſtulantibus Auſtriacis, cum magnifica comitum ac baronum comitiua deducendum in fines Pannoniæ curauit:præfatione habita cùm ad ipſum,tum ad prouinciales,longa & pia: adiectis etiam qui iuuentutem principis ad meliora flecterent, ac ceu regulæ quædam moderarentur,ex aula ſua, uiris ætate

10 & prudentia eximijs,Hermanno à Landeberg, Eberhardo Henrico & Vlricho baronibus à Vualſee. De cuius rebus geſtis,ac quàm grauia illi initia fuerint, ſuo loco,cum ad eum peruenerimus,ex fide hiſtorica dicetur. At Rudolphus Cæſar,conſtituta in oriente pace: filioq; altero Rudolpho, Sueuiæ duce, landgrauio Alſatiæ ac comite Ergouiæ, aduocatoque Turgouiæ conſtituto, ut reliqua bellorū ſemina ac rapinarū, quæ in peſtifero interregno paulo antè exorta fuerant, tolleret: partim authoritatis ſuæ interpoſitione, partim armis compe-

20 ſcuit. Graues porrò ac exulceratas cōtentiones ſuſtulit, quas Egino comes à Furſtenberg, ac comites Habſburgen. contra Imperiales Sueuiæ ciuitates excitauerant. Archiepiſcopum præterea Salisburgenſem cum Boio duce de Mildorfio ciuitate belligerantem,in concordiā reduxit:eaq; occaſione fructum laborum ſuorum conſecutus,Rudolphū cancellariū ſuum Friderico archiepiſcopo coadiutorem dedit. profectusq; ad Rhenū,ut principes quoſdā armis cōtendentes ad pacē reduceret, quoniā plures in armis erāt,Rudolphum quidem Con-

Bella inteſtina ſublata à Rudolpho Cæſare.

30 ſtantienſem præſulē, qui filius fuerat Vuernheri quarti Habſpurgen.de Laufenburgo,& Tigurinos,duosq; Heluetiorū pagos,Schuuicz & Vri,per filiū Rudolphū Sueuię principē,ſimiliter Hugonē comitē à Vuerdēberg,& Egilonē comitē à Dockenburg marte mutuo cōcertantes, ita uel autoritate ſola cōpeſcuit, ut depoſitis armis, uel ſolo nutu Cęſaris in mutuā gratiā redierint.Ipſe uerò ad arma iā ſenior cōpulſus,Burgundico bello inſiſtit,

quod

quod iampridē incœptū intermiserat, Basiliensi in hoc episcopo auxiliatus, qui ex amicis pręcipuus fuerat. Cui bello finis imponitur, Brundruto recepto: & Melancastro, unde Basiliēses fines infestabanť, destructo. Quem mox rebellantem, Bernatum & Vchtlandinorum auxilijs usus, acie uicit, & supplici ignouit. Legitur & quartum illi, antequam fasces ferret, bellum aduersus Bernates extitisse, cum fidem deseruissent, circa annum Domini millesimum ducentesimum octuagesimumseptimum. In quo Bernam obsidione uallauit, XXX milliū 10 exercitu apposito, & obsidione ad annum usque 1289 extracta. His adde postremum, si modò bellum uocandum est, quod ad Nusiam Rheni aduersus impostorē illum gesserat, qui se pro Friderico secundo Cæsare amisso egerat: ac præstigijs suis arteque Necromantica, multorum non ciuium solùm, sed principum etiam animos occupauerat. Hoc nullo penè labore perfecit, Nussia obsessa, & malefico ad supplicium rapto. Ita plenus laborum magis quàm annorum, tabe confectus, cum ex Erphordia Spiram contenderet, animam Christo reddidit, anno 1289 Calend. August. cōditus Spiræ ad Henrichorum tumulos, in choro: uir nulli ueterum Imperatorum, eorum etiam qui rerum gestarum magnitudine clarent, inferior. Genuerat uerò ex Anna Hohenbergensi comitissa filios & filias: Albertum primum sui generis Austrię ~~archiducem~~: Rudolphum ex Sueuiæ duce Bohemorum regem, Vuenceslao sororio extincto: Hermannum Alsatię landgrauiū, & Ergouiæ comitem, submersum in Rheno haud procul Schafhusio, quo tēpore pater in Austria bellum gereret: Fridericum & Rudolphum Tulnæ in Austria sepultos, in puericia, quos aliqui canonicos extitisse Basilien. ac Constantienses scribunt: Carolum denique infantem, Basileæ in cathedrali templo iuxta matrem positum. Filiarum Gueta Vuenceslao regi Bohemiæ Ottochari filio, Clementia Carolo Sicilię & Hungariæ regi, Mechtildis Ludouico palatino Rheni, Agnes Alberto Saxoniæ duci, Heduuigis Ottoni

egatur: cum et ipse Albertus, et posteri eius usque ad Fridericum III. Imp. qui primus Archiducis Austriae titulum obtinuit, se tantummodo Duces Austriae vocarint.

toni Brandeburgensi marchioni & Ottoni Boiariæ duci (qui Hungariæ aliquandiu rex fuerat) nuptæ fuêre. Duxerat is Rudolphus in senio, paulo antè obitum, Agnetem Burgundiæ principis natã, quam uiduam reliquit. Erat uerò, ut ad res serias consiliaq; industrius, ita in dictis iocisq;, si quando animum remitteret, facetissimus. Qua in re utebatur Alberone à Puechaym, Austriç regulo, & sacrifico quodam Cappadoco nomine, eo quòd olim herum suum Albertum comitem ab Ho-
10 henberg Cæsaris socerum, in expeditione quæ sub Friderico secundo in Asiam suscepta fuerat, miles ac morio secutus fuisset: cum quo miris modis Rudolphus iocari, ac in mensa subinde dignos memoriæ sales edere solitus erat: de quibus in nostris Decadibus plura. Et hactenus in trunco Arboris exspaciari libuit. Superest ut duas reliquas nobilissimi generis propagines peruestigemus: quarum altera in Austriam Danubianam, ac Pannoniæ fines, ditionem, Istrosque ac Carnos promouit, ex Ergouia oriunda: altera uerò in solo nata-
20 li mansit, ad Rhenum: & à regijs unde iura dare solebat, comitum à Lauffenburgo, Kiburgoque nomenclaturas sortiebatur: de quibus hoc proximo à nobis Capite dicetur.

CAPVT DVODECIMVM: DE PROpagatione penultima inclyti generis Habsburgen. in comites Laufenburgenses & Kiburgenses.

QVO tempore Rudolphus rerum summam tenebat, reductis ad Imperij fidem Orientalibus puincijs in Austria Danubiana, Ottocha-
30 ro Bohemo uicto, atq; in acie occiso, qui contra Imperij illas legẽ nullo iure occupauerat: semina adhuc quædam auiti generis in natali solo manserant, quç in quatuor paulatim stemmata pullularũt. Rudolphus primùm omnium Cçsaris secundogenitus, Alberti Austriç archiducis frater germanus, Sueuiam, Ergouiam, Turgouiamque tenebat, cum aduocatia Tigurinensi: cuius mox stirps in Ioanne filio defecit. Deinde Rudol-

Propagines Austriacorum ad Rhenum, & in Hercinia.

phus alter, Rudolphi cognomento Taciturni filius, Ru-
dolphi Cæsaris patruus, qui Laufenburgum & Kibur-
gum in diuisione iampridem acceperat cum aduocatia
Seckingensi, à quo Laufenburgenses Kiburgensesq́; co-
mites defluxerunt: quorũ stemma defecit in Hensli no
comite, circa annum Domini 1330: & hæreditatem adie
runt Austriaci propinqui illorum. Superfuerant & aliæ
duæ propagines gentis, landgrauiorum Alsatiæ, & co-
mitum à Freyburgo in Brisgouia & Mortinouia: quo-
rum illi in Sigismundo landgrauio desiere, circa annũ
1326: hi uerò in Ioanne comite, anno 1358. Diutius aũt in
Hercinio nemore & Sueuia eiusdẽ gentis duces Teccen
ses perseuerarunt, postremo generis Friderico Alsatiæ
landuogto à propinquo suo Friderico tertio Imp. Au-
striaco constituto. Ita paulatim auitę omnes ditiones ad
Rhenum & in Hercinia, ad Austriacã propaginẽ illã feli
ciss. deuolutæ sunt, quæ Numinis diuini prouidentia ho
die toti penè Europę imperitat, ac orbis terrarũ guber-
nacula tenet. Igitur RVDOLPHVS, Rudolphi Cæ
saris filius, quem diximus in Sueuia, Turgouia ac Ergo-
uia ad clauum sedisse, Alberti Austriaci frater germa-
nus, ex Agnete Ottochari Bohemiæ regis filia Ioannem
tulit, suæ stirpis postremum. Qui in tutela cum esset pa-
trui, Alberti uidelicet Austriaci Cæsaris, ac iuuenis diu-
turniorem paulo tutelam grauius ferret, incentoribus
Vualthero à Vuard, Eberhardo ab Eschenpach, ac Vl-
richo à Palma, patruum Albertum Cæsarem ex ther-
mis Heluetiorũ redeuntẽ, in ripa post traiectũ Rusi am
nis interficit. Ob quod facinus profugus, in Italia mona-
sticẽ cum profiteretur, nullo prognato filio, propaginẽ
suã terminauit tam in Sueuia Heluetiaq́;, q̃ in Bohemia.
Quippe Rudolphus pater, cũ sororio suo Venceslao re-
gi, quẽ Probũ cognominãt, tutor à patre datus fuisset, ac
cõmunib. auspicijs cũ Zabesio quodã regni satrapa, qui
Kunegundẽ Ottochari regis uiduã in matrimonio ha-
buerat, gubernacula aliquãdiu usurpasset, extincto pau-
lo pòst Olomũcij Vẽceslao sororij, de quo dictũ est, filio
ob uxo-

Austriaci propinquorũ suorum hereditatem adierunt.

Propago Rudolphi secũdogeniti, Rudolphi Cæsaris in Sueuia & Heluetia.

ob uxorem Agnetem admiſſus à Bohemis ad clauum, Zabeſij & aliorum factione ueneno ſublatus dicitur, cũ unum uix annum regnaſſet. Et hæc de Rudolphi Cæſaris filij, quod breue admodum fuerat, & in Ioanne patricida ac monacho mox defecerat, regno dixiſſe ſufficiat. Sequuntur LAVFENBVRGENSES comites ab Habsburg, eiuſdem illuſtriſsimi generis de quo hoc opere agimus: quorũ Genealogia petitur à Rudolpho quarto cognomento Taciturno, Rudolphi Cæſaris patruo: qui partitus auitas ditiones cum Alberto fratre, ad ripã Rheni e regionè Hercinij nemoris, in diuiſionẽ Vualtshutam, Laufenburgam, Rhynfeldam, Kiburgum, cum landgrauiatu Schiſſgouienſi & Seckingenſi aduocatia accepit: relictis fratri, unde Auſtriades deſcendũt, Ergouia, Thurgouia, cum landgrauiatu Kyſſenbergenſi, & Tigurinen. aduocatia. Cuius filius cognominis RVDOLPHVS, hoc nomine in gente quintus, ex Berchta Lutoldi comitis à Regenſperg nata, procreauit Vuernherum tertium, Gotofridum primum, & Vrſulam comiti à Sulcz coniunctam, cuius tumulus in Seckingenſi monaſterio cernitur. Horum VVERNHERVS diuiſa ditione paterna, Gotofrido comitatũ Kiburgẽſem conceſsit, retẽto Laufenburgenſi comitatu, cum comitatu Seckingenſi. Is ex Heduuige poſtrema Kiburgen. comitiſſa ſtirpis Dullingẽſis, procreauit Rudolphũ Conſtantien. præſulẽ, à Gregorio papa decimo in Concilio Auinionenſi conſecratum, anno 1275. cum quo Rudolphus Cæſar propinquus ſuus ob fines bellum geſsit: Gotofridum ſecundum comitẽ Lauffenburgen. & Rhynfeldenſem: & Eberhardum, qui patrui Gotofridi primi hęreditatem adierat, nactus Kiburgenſ. ac Badenſem in Heluetijs comitatus. Is enim Gotofridus cum Arnoldi poſtremi Badenſis comitis filiam cõiugio ſibi copulaſſet, & illam auito generi ditionem adiecerat, nulla poſt ſe relicta prole. GOTOFRIDVS porrò ſecundus comes Kiburgen. ex Eliſabeta baroniſſa ab Oxenſteyn Alſata genuit Gotofridum tertium, & Ioãnem primũ,

Propago comitum à Laufenburgo & Kiburgo.

ſepultos in cœnobio Vuettingenſi. IOANNES primus ſuperioris germanus, ex comitiſſa à Nidauu tulit Rudolphum palatinum Burgundiæ, & uicarium Romani Imperij in Arelato: & Ioannem ſecundum Kiburgenſem comitem: ſub quibus primùm omnium pagi Heluetiorum ab inclyta domo Habſpurgen. defecerunt, Schuuicz, Vri, Zug, Vnderuualden. Quos tamen hic Rudolphus armis, auxilio præterea abbatis Heremitarum, comitumq; à Rapperſuuil & Houumburg ad obſequium reduxit, Anno 1314. GOTOFRIDVS tertius in hoc ſtemmate, ſecundi natus, bellum legitur geſsiſſe cum Rudolpho Habsburgenſi Cæſare, propter Ergouiæ agrum: cuius partem, Vocetium ſcilicet montem cum ponte Arulæ, Gotofridus is Rudolpho Cæſari præripuerat, conatus adire hæreditatem Alberti, Cæſaris fratris, in Italia in carcere extincti, quodam à Taufenſteyn incentore. In quo bello Gotofridus occubuit, & dominus à Taufenſteyn profligatur, arce illius ſolo æquata. IOANNES ſecundus, primi filius, abbati Heremitarum aduerſus deficientes Zugenſes & Schuuiczenſes, auxilio profectus, ad fidem eos reduxit: & ex domina quadam à Landenberg reliquit Ioannem tertium, & filiam Alberoni comiti à Sulcz nuptam. IOANNES tertius, ſecundi filius, comes Habsburgen. de Laufenburgo, ex Agnete Sigiſmundi landgrauij Alſatiæ propinqui ſui nata, tulit Rudolphum, cuius extant literæ ſignatæ & ſubſcriptæ in Lauffenburgo, de anno 1314. RVDOLPHVS in hac ſtirpe comitum Habsburgen. de Lauffenburgo hoc nomine tertius, ex Eliſabeta comitiſſa à Montauu reliquit Rudolphum quartum, & IOANNEM poſtremum nobiliſsimi generis Habsburgen. de Lauffenburgo, à quibus ſuperſunt literę ſignatæ in ſacrario Lauffenburgenſis templi, cum hiſce titulis: Wier Graf Rudolff vonn Habſpurg / fraw Elspet ſein Eeliche wirtin / vnd Graf Henßlin von Habſpurg / jr ſun. IOANNES, de quo loquimur, ſectionis illius comitis de Habsburgo

&Lau-

& Laufenburgo ultimus, ex comitissa à Rappersuuil postrema sui generis, Rudolphum itidem postremum, & ob comitatus Rappersuuil ac Vuandelburg ad ripam Tigurini lacus sitos, cum Tigurinis bello decertauit: in quo & captus est, anno 1349. Ad quem liberandum Albertus Sapiens Austriç archidux, propinquus suus, cum magnis copijs in Heluetios contendit, obsessoque Tiguro cognatum suum in libertatem restituit, anno 1354. Cuius filius RVDOLPHVS, qui postremus Ergouiæ
10 fuit, in stirpe Laufenburgensi quintus, certamini equestri apud Basileã instituto interfuit, unà cum Leopoldo Austriç archiduce propinquo suo, Rudolpho marchione Hochpergen. comitib. à Montfort & Sulz, anno 1336. & per tumultũ unà cũ alijs plerisq; nobilib. captus. Qui liberatus mox à propinquis Austriæ archiducib. uitã cũ morte cômutauit, ditione tota quã habebat ad Rhenũ & Arulã, ad Austriacos deuoluta. Quã cũ pagi Heluetiorũ iampridẽ in libertatẽ uindicati ui occupassent, Leopoldus archidux Austriæ, qui Friderici III Cęsaris auus
20 extitit, cum ingentib. auxilijs Caroli IIII, & totius penè Germanię, sua recepturus, dũ inexplorato uallib. ac anfractib. se cõmittit, oppressus cum toto penè exercitu, & præcipua Germaniæ nobilitate occubuit, anno 1383. sepultus in conditorio Habsburgen. quod Kunigsfeld dicitur, haud procul Habsburgo arce. Et hactenus de Habsburgensi propagine illa, quę in Laufenburgo manserat, Rudolpho Cæsare extincto, & stirpe illius in Austriam trãslata. Transeo nũc ad germen alterũ, quod eadem ex stirpe in Kiburgo, Vuynterthur & thermis Heluetio
30 rum gubernacula ijsdẽ temporibus capessebat, trib. ex òrdine sibi inuicẽ Eberhardis succedentib. Quorũ primus EBERHARDVS Vuernheri tertij comitis Habsburgen. de Kiburgo natus, in diuisione cũ fratre Gotofrido primo de Laufenburgo sortitus Kiburgen. comitatũ ex diuisione, & matrimonij quoq; intercessione Badensem in thermis Heluetiorũ unà cũ Vchtlãdia, Friburgo, Thann & Burgdorf adeptus, ex postrema Kiburgen.

Stemma Habsburgensium in Kiburgo.

comitiſſa generis Dillingen. reliquit EBERHARDVM ſecundum,Ottonem & Hermannum. Quorũ primus interfecto fratre Hermanno, in Thun Burgundiæ,totam ſibi paternam ditionẽ retinuit. & ea de cauſa cum in Imperij incidiſſet cenſuram,uendito Bernatibus comitatu Thun, ab illis rurſus in beneficium accepit. Qua de cauſa Gotofridus patruelis de Lauffenburgo,bello Bernates adgreſſus, eoſdem auxilijs comitum de Vueyſſenburg,Sibentall,Griers & Thurn aliquandiu adflixit.ſed re infecta cũ diſcedere cogeretur, Eberhar- 10 dum propinquum in gubernaculis reliquit. Cuius natus Eberhardus tertius,ante pubertatem ſine prole obijt.Et licet iure ſucceſsionis omnes iam nominatæ ditiones ad archiduces Auſtriæ in Pannonijs,tanquã proximo uinculo iunctos deuoluerentur, confœderati tamẽ Heluetiorum iampridẽ infeſto animo in Habsburgen.gentem, cuius tamen paulo antè coloni & ſubiecti fuerant, Vchtlandiã quidem armis Bernates præripuerũt,ſimulq; Friburgum iſthic,Burgdorf & Thann,mox poſt cladẽ Sempacẽſem Leopoldo Auſtrię duce occiſo, 20 qui eas ditiones adſerturus armis aduenerat:Kiburgenſem uerò comitatũ,Raperſuuil, Vuandelburg & Vuinterthur, Tigurini ad ſe traxêre, tempore Concilij Conſtantien:cum Fridericus Auſtriæ archidux ob abductũ Ioannem Antipapam,à Sigiſmundo Imp.cenſuræ innodatus fuiſſet.Ita coniunctæ tandem omnes Habsburgen. ditiones,rurſus paucis poſt annis ſeiunctæ, in alienam poteſtatem reciderunt.

LIBER

LIBER SECVNDVS,

SIVE

CAPVT VLTIMVM: DE POSTREma propagine inclyti generis Habsburgen. in archiduces Austriæ, Styriæq; & Carnorum duces: unde Burgundiæ, Brabantiæ, Luczenburgi, Lymburgi, Geldriæ, Flandriæ, Artesiæ, Hannoniæ, Namurci, Holandiæ, Selandiæ, Frisiæ, duces & principes: ac postremò Hispaniarum reges, Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ, Insularumq; plurium tam Mediterranei maris quàm Oceani, in Indiam Aethiopiamq; usq; reges processerunt.

ABSOLVTIS igitur iam tandem omnibus his germinibus, quibus inclyta Habspurgensium gens à trunco in prosapias pullulauit, reuersi ad truncum Arboris nostrę, Ergouiensium principum stirpem, utputa ex eadem gente ortam, ut explicemus, ratio ordinis requirit. Hæc uerò ipsa, ob studia in Religionem sacrosanctam posita, à Deo opt. max. ita euecta paulatim mutuis matrimoniorum nexibus ad id tandē fastigij conscendit, ut ab Herculis columnis quæ occiduum uidentur orbem terminare, ad Vistulam & Sauum amnes in ortu: à supero rursus mari usque ad inferum: ab Aphrica deniq; usq; ad Glaciale mare, Angliam, & quos uetustas credebat extremos hominū Morinos, iam rerum feliciter potiatur. Quæ etsi gens illustrissima, germinibus suis non careat, tamē non ultra fratres, fratruelesq; ac patruos patruelesq; progressa: ad postremùm in duorum fratrum filios ac nepotes ascendit. Eius initia prima repetuntur ab Rudolpho Cæsare, qui circa annum Domini 1274, diuino numine aspirante, in Romanum Cæsarem renunciatus, cum ablatas Imperio, in interregno quod amisso Friderico secundo Imp. Christianam pessumdederat Rempublicā, prouincias in oriente, Austriā, Pannoniā, Styriā, Carinthiā, Carniolā ac Vuyndorū marchā, ad fidē Imperij partim armis honestis, partim studijs reduxisset: nō princi-

Quibus auspicijs Habsburgēses Ergouiæ comites in Austriam peruenerint.

pum

pum ac ordinum Imperij, modò cõsensu, uerumetiam precibus earum ipsarum prouinciarũ procerum, quas è seruitute Hungarorum ac Bohemorum uindicauerat, filium suum Albertum, in comitijs Augustanis in archiducem Austriæ, Styriæque ducem, Carniolæque & Vuindorum marchæ principem renunciatum ab ordinibus Imperij, anno 1282. tandem apud Noribergam tertijs comitijs publicè in maximo principum conuentu, solennibus ad id pertinentib. inuestiuit, anno 1284. Cuius beneficij, præter iusta arma quibus eas scilicet receperat ditiones Rudolphus Cæsar, præterque suffragia procerum Imperij q consenserant, & prouinciarũ quæ petierant, aliæ quoque non uulgares causæ extiterunt. Primùm omnium, quòd sanguinis uinculo Habsburgẽses illos contingerent principes, quorũ in Austria stemma desierat: deinde etiã, quòd Albertus Rudolphi Cæsaris filius uxorem accepisset, quæ ius in Austria à progenitoribus suis habebat acquisitum: nempe Elisabetam Maynhardi Tirolensis principis natam. Hæc enim ex Agnete nata fuerat, quæ Gerdrudis Austriacæ ducissæ filia extiterat: & ius acquisitum in Austria ex uetustis prærogatiuis habuerat, quibus homagium debiliori etiam sexui conceditur.

Priuilegia Austriæ.

Hoc ita Lector aduerte. Duo postremi erant Austriæ principes, è stirpe comitum Babenbergensium, unde & diuus Leopoldus genus numerabat, Henricus & Fridericus, quo tempore Fridericus secundus Cæsar ad clauum sedebat. Quorum prior tantum ex Richarda Ludouici Thuringorum landgrauij nata unicam filiã Gertrudim genuerat. Quæ Hermanno Badensi marchioni coniuncta, Fridericum suscepit, ob matrem Austriæ ducem, Neapoli factione Caroleti capite plexum, cum propinquo suo Chũradino ultimo Sueuiæ duci auxilium tulisset: & Agnetem, quæ duos nacta maritos, Vlrichum Carinthiæ ducem, & Maynhardum Tirolis principem, ex postremo Elisabetam illam tulit, quam diximus Albertum Habsburgen. Rudolphi Cæsaris filium matrimonio sibi iunxisse: eiusq; matri-

Homagium in Austria ad feminas.

matrimonij ergò, intercedentibus beneficijs paternis, consensu procerum Imperij, & Austriæ prouinciarum precibus, à patre in Austriæ fuisse archiducem renunciatum Augustæ, anno 1282: Inuestitumque postea apud Noribergam, anno 1284. Cui pater iuueni principi, ut haberet, qui eius ætatem moderarentur, in Austriam deducto, dederat ætate & prudentia conspicuos uiros, Eberhardū à Vualsee, & Hermannum à Landenberg, Sueuos. Hi cū in familiaria iura principi adsueti essent, ac ad meliora semper animum eius flecterent: in odium eorum tandem inciderunt, qui abusi ætate heri sui, rebus nouis studebant, ac importunis precibus inlicita adfectabant, & publica commoda priuatis emolumentis commutare conabantur. Hi erant, in Austria quidem, Lutoldus à Kunringa pincerna Austriæ hæreditarius, Chunradus à Sumerauu Liechtenstaynius, & quidam à Valkensteyn: In Styria uerò, Fridericus & Vulfingus à Stubenberga: In Carnis denique Vlrichus comes ab Haynburgo, Vuilhelmus à Scherpffenberg, & Otto à Vueisseneck: qui cùm rapinis inhiarent, ac animo optimi cuiusque prædia inuasissent: obstarent autem apud principem hi de quibus diximus senes, quos pater filio consultores dederat: haud mora, transacto conuentu clandestino in oppidulo quodam Austriæ ad ripam Danubij Trebenseæ, ferè ex opposito Tulnæ, quò & Viennenses consilia sua contulerant, in Albertum nouum principem conspirarunt, anno à reparata Salute millesimo ducentesimo nonagesimoprimo. Erant autem consilia, ut pulsis duobus de quibus locuti fuimus morum præfectis, unà cum domino ipsorum, Venceslaum Bohemiæ regem in spem prouinciarum Austriacarum adhortarentur. Eius rei negocium in se Kunringius receperat, ut qui opibus & autoritate tum inter cæteros pollebat, ac prædam inde aliquam sperabat. Et quoniam euentum consiliorum suorum difficilem fortè intelligebant, si soli rem tātam adgrederentur, simul Cæsaris heri sui parentis potentiam

Inauguratiò Alberti archiducis.

Coniuratio cōtra primū Austriæ archiducem Albertum Habspurgen.

metuentes, Hungariæ Belam, Vuenceslaum Bohemiæ reges, Ottonem Boiariæ ducem, & Rudolphum Salisburgensem præsulem, in societatem alliciendum censuêre, unicuique quo maturius copias in aciem educeret, certa præda obiecta. Sic Austria inferior Bohemo, superior Salisburgensi, Boio Styria, ac Hungaro Vuyndorum marcha, confines prouinciæ, præmia commilitij ac sumptus repensa constituuntur. Prior Hungarus, missis duobus comitibus Ibone & Henricho à Gussingen, qui supra Nouam ciuitatem Austriæ confines agros tenebant, infestam Austriã facere cæteris in coniuratione quasi præludiũ ostendebat. Tardior Bohemus, dum copijs educendis in aciem moratur, atque hi qui in Austria fuerant coniurationis conscij, Kunringij in primis, frequentibus conuentibus consilia in dies magis magisque retegerẽt: certior postremò factus gliscentis sensim conspirationis Albertus, præcipuo indice Alberone à Puechaym, cum rem in celeritate positã uideret, ab omnib. penè desertus, relicta Vienna, in Kalenbergum se arcem cũ suis recepit: scriptisq; literis & nuncijs missis ad patrẽ Cæsarẽ ac reliquos ad Rhenum, Sueuiæ ac Heluetiæ propinquos suos, qui sese tuerentur in ista rerum difficultate, nihil temporis aut operæ prætermisit, quoad se de perfidis ac contumacibus uindicaret, uitrea illa (ut dicere solebat) dissipata coniuratione, uel ut Puechaymius iocari corã hero suo solebat, q̃ cãpana esset cũ uulpina cauda. Mox aũt inter initia belli illius, antequã auxilia à propinquis suis contraxisset, adgressus Viennenses, ex Kalenbergio cõmeatu interclusit, ceu obsessos. ad eã postremò rerũ omniũ inopiã redegit, ut supplices ac capita nudi, montẽ ascenderẽt, ac ueniæ se principis, cum multa excusatione necessitatis impositæ, submitterent. Quãuis aũt eâdem adhuc æstate Gussingenses comites, leuib. equitũ copijs uniuersum illum agrũ qui est ad Nouam ciuitatem, more gentis prædabundi, latrocinijs ac igne uexarent: tamen Berchtoldi dapiferi ab Emerberg, studijs belli fortissimi herois, uigilantia atque alacri-

Primum bellũ Alberti archiducis contra subditos in Austria et Styria.

alacritate, tādiu citra magnū aliquod discrimē uis Hungari excepta fuit, donec à socero suo Maynhardo Tyrolen. principe, ac sororijs suis Ottone Ludouico & Henricho Carnorum ducibus, suppetiæ mitterentur. Quæ ubi ductore Hugone comite à Daufers præstò fuerunt, nihil moratus Albertus, eodem propemodùm tempore duobus diuersis locis bellum ciebat: ultra quidem Danubium, ipse cum propinquorum suorum auxilijs rectà coryphæum petens coniurationis Kunringium: il-
10 lius arces breui tempore, antequam Bohemum in auxilium excire potuerat, aut deditione, aut ui iuris sui fecit, Tyrnsteyn, Axēsteyn, Mollēburg, Pechstal, Vuegteneck, Streituuisen, Reynuuald, Grunberg, Ottēschlag, Meyssauu, Veldsperg, & plures alias. Interea in citeriori agro Hugo comes à Daufers Tyrolensis ac Berchtoldus dapifer ab Emerberg Austriacus, indicto bello Gusingensibus comitib. qui Hūgariæ regis auspicijs, maleficio Austriam presserant, non toto Septembri pręcipuas ac munitas illorum arces in finibus Austrię positas, Eckendor-
20 fium, Kobelsdorfium, Martersdorfium, Antauu, Gunsium, Rechnitium & Sulaningium partim armis, partim deditione, in Alberti archiducis fidem ditionemq; redegere. Quo tempore cum bello adhuc is insisteret, ultra Danubium, prope Kremsium, Esperſdorf ac Valkenburg solo æquatæ arces fuēre, & domini à Sumerauu ac Falkensteyn Austria exacti. Kunringius uerò præcipuus belli autor, omnibus fortunis ceu momento temporis exutus, in exilio apud regem Bohemiæ uitam finiuit, priuatus non solùm tam ampla, qualem maiores
30 habuerant in Austria ditione, uerumetiam titulis ac prę rogatiuis omnibus. Nam cum peruetusta familia in sobolem multam excreuisset, ut quidam se pincernas Austriæ à Tyrnsteyn, alij uerò marescalcos à Meyssauu appellarent: utrunq; illis tum munus ademptum fuit, atq; ita in angustias redacti pœnam luerunt, & quem intriuerant panem comedere coacti sunt. Cuius autem siue consilio factum sit, siue exemplo, dubium: Styriensis sa-

Familia Cunringorum in Austria.

B 2 nè pro-

nè proceres qui coniurationis conſcij fuerant, Fridericus à Petouione, Hardnidus à Vuildonia, & Fridericus à Stubenberga: & in Carnis Vlricus comes ab Heynburg, Otto à Vueiſſeneck, & Vuilhelmus à Scharpffenberg, ne fortè imparati opprimerentur, conſilijs occultis uicinos Rudolphum Salisburgenſem præſulem, & Ottonem Boiorum ducem ſollicitarunt, ut antequam ad eos accedere Auſtriacus poſſet, communicatis ſubſidijs fidis præmium laborum Styriæ meliores agros præriperent. Erat iampridem epiſcopis animus in Auſtriacum accenſus, ob nouas repertas ſalinas in ualle Peczentall. Et Boius ad Hungariæ gubernacula aditum quærens, ad quæ à ſatrapis quibuſdam, præcipuè uerò Guſsingen. comitibus non uana ſpe, ut propinquus, & qui ex una filia Belæ regis prognatus foret, uocabatur: oblatam tam pulchram occaſionem haud quaquam aſpernandam ratus, non indicto prius bello, in Styriam mouit, haud magnum ſanè operæprecium tam longæ profectionis conſecutus. Quippe dum alienißimo anni tempore in alpibus Noricis niue profunda rigentibus moram facit, Auſtriaco ut ſe armaret, ac copias ex Auſtria conduceret, tempus conceſsit. Qui ruſticis ſuæ ditionis quàmpluribus excitis, qui niuem uerrerent, & loca profunda purgarent, prius ad pontem Mueræ hoſtibus occurrit, q̃ eò fama de ipſo perferretur. Ita remenſus iter Boius dux, eluctatusque per montes Tauriſcorum, non ſine diſcrimine in patriam redijt. Quo tempore Salisburgenſis belli ſocius in finibus ad Aniſum flumẽ, nemine reſiſtente, Alberto præripuerat arces munitas, Volkenſteyn, Neuhaus, Staynach, & Enſpruck. Cui quoque tempeſtati occurſurus Auſtriacus, ex itinere Roſteyn, Rachſtadium ciuitatem, expugnata in deditionem accepit: & inſiſtens uictoriæ, in finib. Styriæ, Vuanſdorf, Tenneberg, & Veiſtricz, apud Carnos uerò Friſacum epiſcopatus metropolim ſubiugauit: haud uulgarem operam in hac re nauante Chunrado abbate Admontenſi, homine ſtudijs belli

Bellum Alberti Auſtriaci cũ duce Bauariæ.

Bellum Alberti contra epiſcopum Salisburgenſem.

belli ac cõsilijs uersutissimo, & cuius exulceratus tũ fue
ratin episcopũ animus. Sic ibidẽ quoq; factio rescissa, Sty
riæ regulos ad postremũ, qui cõiurationis participes fue
rãt, ad pœnitentiã cõpulit. Quibus omnib. clementiss.
princeps ignouit, unico Friderico à Stubenberga exce-
pto. Qui diu profugus, tãdẽ exploratus prope põtẽ Mue
ræ, à Landẽbergio in captiuitatẽ tractus est. Pro quo libe
rãdo cũ uarij cõuentus fierẽt à pximis episcopis & comi
tib. ipsa quoq; cõiũx apud Albertũ archiducẽ maritũ &
10 Maynhardus Tyrol. socer intercederẽt, tandẽ in liberta
tẽ asserĩt, priuatus potiorib. prius p Styrios ac Carnos ar
cib. Kacz, Kaczperg, Frauunburg, Vuurmberg, Gueten
berg, Stubeck, & alijs. Et hũc exitũ habuit cõspiratio in-
testina prouinciarũ, nullis causis, sed solùm odio eorum
quos pater Rudolphus filio cõsultores dederat, inita ab
his q reb. nouis studebãt, & prouincias opimas animo in
uaserãt. Quorũ diximus fuisse incolas qdẽ, præcipuè Kũ-
tingiũ & Stubenbergiũ: externos uerò, Boiũ ducẽ & Sa-
lisburgen. archiepiscopũ. Quorũ hic diuturnũ fouẽs sub
20 pectore odiũ, immemor planè q̃ à parẽte Alberti benefi
cia accepisset, omnẽ lapidẽ mouebat, ut apud parentẽ in
odiũ adduceret iuuenẽ principẽ: missisq; legatis ad curiã
Goldeckero & Neppingero, acerrimè Austriacũ accusã
bat, ut turbatorẽ pacis & sacrilegũ. Quę corã patre, cęte
risq; S. Rom. Imperij proceribus strenuè Austriacus per
suos legatos, Chunradũ abbatẽ Admõtensem, Vlrichũ
dominũ à Capella, & Vlrichũ Bruesche̊ck diluebat om
nia. Interea mortuo Rudolpho Habspurgẽ. Cęsare, cau
sa nondũ definita, cum Austriacus in electionẽ uenisset,
30 Salisburgen. apud archiepiscopos Electores omnib. ner
uis agebat, ne Albertus in Cæsarẽ renunciaret. Id simili-
ter summo studio Vẽceslaus Bohemus affinis faciebat:
eoq; rẽ ambo redegerũt, ut suffragio Adolphus comes à
Nassauu, Austriacũ superaret. Non deerãt tamẽ quibus
Nassouien. secordia ac auaricia displicebat. Hi Albertũ
quotidie adhortabanĩ, ut reb. se accõmodaret: episco-
pus in primis Argentoracen. & comites Vuirtẽbergen.

B 3 Hohen-

Hohenbergensis & Layningensis. Postremò cum Electores damna in dies maiora considerarent, quibus nouus Cæsar Germaniam adficiebat: Gallos in Germaniã adduceret, & Germanos accepta pecunia Flandro ac Anglo diuenderet, ad rapinas denique pessimi cuiusq; publicè conniueret, quas multo paulo antè labore Rudolphus Cæsar penè extinxisse uidebatur: hac de causa facto conuentu ad Moguntiam, Gerlacus Moguntinus, Vuigboldus Coloniensis, Boamundus Treuerensis, Rudolphus palatinus, Albertus Saxo, & Otto Brandeburgensis, post multam deliberationem exauctorato Nassouiensi, Alberto Austriaco fasces committendos decreuerunt. missoque in Austriam comite Hohenbergensi, illum Viennæ tum apparatum in Hungariam aduersus regem Andream expedientem, ad principalem obtinendam dignitatem euocarunt. Qui uix tãdem persuasus, non antea ad Rhenum ascendit, quàm semel inceptum atque adeò urgens bellum Hungaricum conficeret: cuius ueluti prçludij, Gussingenses comites qui in finibus colebant, Austriam continuis excursionibus perpetuò infestam reddebant. Eius belli hæc perhibetur causa extitisse, atque origo. Mortuo Bela rege Hungariæ, ut ferè fieri adsueuit, cum in studia diuersa scissi regni proceres Ladislaum quendam in fastigium sustulissent, præterito Andrea puero Belç filio, ut insidias euitaret noui regis mater, quæ Sicula fuerat, Venetias profugit cum filio, ibique patricio cuidam de Maurozenorum familia secundis nuptijs in exilio coniuncta fuit, filio paulatim, quem ex Bela rege tulerat, adolescente. Euenerat uerò tum commodùm, ut Ladislaus rex in suorum odium incideret, quòd Chumanam nactus uxorẽ deserere fidem Christianam uideretur: eaque de re admonitus à Rom. sede per episcopum Fanensem, nõ modò non monita salubria admitteret, uerumetiam indignè legatum tractatum regno exturbasset. Cuius rei atrocitate qui potiores in regno satrapæ fuerant, perculsi, Ladislao successorem quçrebant. Etsi autem in studia

Bellum Hungaricum Alberti.

diuisi

diuisi in tanta regni commotione uicinorumque principũ ambitione, alius Vuenceslaum Bohemiæ regem, alius Ottonem Boiariæ ducem, qui ex Belæ filia progna tus fuerat, accersendum existimarent: qui tamen autoritate & ætate præpollebant, memores beneficiorum Belæ regis in Andream de quo loquimur exulem, & qui sub uitrico Venetiano educabatur, inclinabant: missisque legatis, ad spem regni euocabant. Qui cum haud satis explorato itinere per ditionem Austriacam addu-
10 ceretur, ab Arnoldo Trigauiensi comite capitur, Alber toque Austriæ archiduci traditur. Vnde non ita multo post, interpellantibus principibus proximis, ac Hungariæ in primis satrapis, ad eam formulam liberatur, ut filia illi Austriaci nuberet, Agnes nomine. In quam etsi tam ipse rex, quàm Hungariæ satrapæ iurassent, tamen ultionis cupidi, deposita memoria eorum quæ in custodia constituta fuerant, non indicto bello, in Austriam excursiones fecerunt. Gusingenses in primis co mites eos fines quotidiano maleficio uexabant: qui
20 Hungariam à Styria & Austria separant, ubi sunt Kirch schlag & Pernstayn arces munitæ, & Vallis quam Gunstall appellant. Qui tractus quoniam perpetuis latrocinijs infestus erat, uindicandũ in Gusingenses ratus Albertus, dum ipse ad recipiendam coronam Imperij, ad Rhenum contendit, Hermannum à Landenberga, qui pro duce Austriã gubernabat, cum aliquãta manu Sueuorũ, adiectis prouinciæ auxilijs, ad eos fines ab iniuria hostili tutandos tãtisper excubare iussit, donec ipse confectis reb. necessarijs, extremã bello manũ im-
30 poneret. Interea qui præsidio relicti fuerãt, quoniã stratagematũ hostiliũ ignari erãt, utpote è Sueuia & Rheno exciti, nec eorũ admitterẽt cõsilia q in finib. colẽtes exploratas insidias Hũgaricæ gẽtis omnes habebãt, quorũ domestica ductabant auxilia Berchtoldus dapifer ab Emerberga, Gotschalcus à Neydeck, Kunigspergius ac Terrenbergius, undiq; ab hostibus circundati, ac in cuneum redacti, spiculisque fermè confecti, pars trucidati,

Clades Austriacorum in finib. Hungariæ.

pars

pars in fœdam seruitutem abducti, uitam morte grauiorem tolerarunt. Quod etsi uindicare Austriacus, ac modis omnibus suos liberare cuperet, impeditus tamen profectione de qua diximus, bellum Hungaricum in aliud tempus distulit. Ingressusque iter primo Maio, ad Rhenum accelerabat, ubi hostem Adolphum, cui erat imperium abrogatum, comparare exercitum acceperat. Etsi autem, cum non satis ualidis copijs Austriacus egressus fuisset, quòd partem copiarũ præsidio Austriæ relinquere aduersus Hungarorum incursiones cogeretur: tamen accedentibus ex itinere auxiliaribus copijs, è Carinthia, Styria, à Maynhardo socero, Sueuia atque Hercinia sylua, ubi ditiones ac propinquos habebat, Rhenanis denique cùm principibus tum ciuitatibus adiuuantibus, ad Rhenum postremò penetrauit: castrisq; in Brisgouia haud procul Kenczinga ciuitate positis, uoluntatem Electorum qui in Oppenheymo congregati fuerant, & Austriaci aduentum læti præstolabantur, experiri constituit. At hi nulla mora interposita, simulatque de aduentu Alberti certiores facti fuissent, solenniter abrogato imperio Nassouiensi, Austriaco fasces publicè reuocatis suffragijs decreuerunt: missóque marescalco imperij Pappenheymio, ad obtinendã summam dignitatem adhortantur. Cui etsi iampridẽ Nassouiensis in Brisgouia se opposuisset, tamen quia infirmior uiribus erat, ludificatus aliquandiu, tandem fugam arripiens, Rheno transmisso, haud procul Spira Nemetum, ab Austriaco insequente adprehenditur: cõmissoque certamine uincitur, ac interficitur. locum Hasenpuhel uocant. Vnde profectus sine mora Albertus, cum ad Mogũtiam prius tam principes q̃ ciuitates proceresque cæteros Imperij in uerba adegisset, Aquisgranum descendit, ubi à Coloniense, more maiorum, diademate Imperiali redimitur, Augustique nomen solenniter accepit, Anno M. CCC. Ita optimus princeps depulsis periculis, ac retusa subditorum suorum contumacia, uicinorumque principum consilijs euersis, summũ in Ger-

Profectio Alberti ad Rhenũ pro corona Imperij.

Bellum Alberti cũ Adolpho Anticæsare.

Coronatio Alberti.

in Germania apicem, in tanta affinium etiam inuidia, propitio numine consecutus est. Et cum muneris sui esse cognosceret, contentiones undique ac belli semina tollere, quasi ex itinere reuersus à coronatione, bello de certantes Moguntinum pręsulem ac Rheni palatinum compescuit, multato authore belli ipso episcopo, cui Bingium ac Bensheymam oppida ademit. Constituerat ab eo statim tempore nouus Cæsar, more maiorum comitia Imperij indicere, ac legibus patrijs confirmandis operam dare: tamen Hungarico, de quo antea dictum est, bello instante, quod iam annum Austriaci, incipiente iam etiam Salisburgensi, non sine maximo discrimine puinciæ hactenus sui sustinuerāt, reuerti in Austriam, depositis tam honestis atque necessarijs cogitationibus coactus est. Vt tamen aliquod suæ operæ precium faceret, & fasces aliquo felici omine splendidiores redderet, quasi ex itinere missis legatis loco & prudentia conspicuis, ad proximos reges, Philippum præcipuè Franciæ, & Arragoniæ in Hispaniam, cum utroque amicitiam firmauit, ac coniunctionem auspicatus est, horum filiabus filijs suis natu maioribus Friderico ac Rudolpho desponsatis. Quarum post paucos menses Elisabeta Arragonia Friderico primogenito; & Blanca Galla Rudolpho secundogenito honorificè deductę sunt. Quibus feliciter confectis, etsi Hungaricum uel maximè bellum urgeret, tamen propria Reipublicę necessitati submittēs, in descensu & quasi ex itinere bella intestina confecit, quæ in maximam Germaniæ perniciem exarsura fuerant: in ordinem redactis tribus magni nominis principibus, qui uicinis ciuitatibus graues fuerant, Pfyretarum comite, landgrauio Nellenbergensi, & Vuirtenbergensi principe. Ita reuersus in Austriam tandē, curriculo anni unius elapso, in bellū Hungaricū totus incūbit: cōtractisq; ingētib. copijs, Hungarū prior adgredit: qui Austriā, occupatis quibusdā arcib. suis latrocinijs uexare non desinebat. Prętendebat is uerò hāc pręcipuè belli causam, quòd comitatus Austriacos aliquot,

Albertus Germaniam pacificat.

Matrimonia filiorū Albertι.

Bella Germaniæ intestina sublata.

Bellum Hungaricum renouatum.

ditionis quondã Hungaricę,in finib.teneret,requirētiq; Hungaro reddere nollet:donatos nēpe,cũ Austriaci Hũgaris olim à Tartaris presfis, ac ferè profligatis subsidia tulissent,atq; in Pannonia conseruassent.Hi erãt ad lacũ quē Pisonis Plinius uocat in tertio,in utriusq; Pannonię confinib.Musunen.Soproniēsis,& Castriferrei,quos diplomatũ prærogatiuis multis iam annis Austriaci principes in possessione ac obsequio obnoxios habebãt,ac iustis de causis reddere subinde recusabant. Huic bello, quod atrocissimũ futurũ erat utriq; genti,statim inter initia, antequã odijs exulceratis flagraret, eorũ procerũ interposita autoritate fomēta sublata sunt,qui pacē magis q̃ bellũ cupiebãt.His quippe ad utrunq; interpellãtib. post multas ultrò citroq; tractationes habitas,uterq; regũ in insula Vizze,q̃ modò Germanis Schut nuncupať, Austriæ uicina, cõueniunt:amplexiq; mutuò amicè,& matrimoniũ perficiũt:& in hanc formulã,depositis armis,in gratiã redeũt.Primùm quidē,ut Austriacus Musunēsi comitatu toto cederet,& alijs nõnullis arcib.in finib.ppsitis.Deinde uerò,ut Hũgarus quoq; rex eas quas eo bello occupauerat,atq; ex his Austriã infestã reddidisset,Vuettenburgã,Cherlburgã, Musenburgã, & Herrnsteyn demolireť. Ita confectũ bonis auspicijs & illud bellũ fuit,tranquillitate relata:sed breui admodũ,ut quã altero mox anno,qui fuit à reparata Salute 1302,grauiores turbæ utroq; in regno exceperunt. Extincto enim Andrea, de quo loquimur, rege, Agnetē Alberti filiã,regis cõiugē,unà cũ filiola,satrapę regni in custodiã posuerãt, ac pręter dignitatē tractabant.Cuius rei nũcio accepto, Albertus parēs indignatus, ut filiæ de salute periclitanti subueniret,Hermannũ Landenbergiũ cũ copijs in Hungariã misit.Qui auxiliantib.Gussingensib. comitib. qui tum cõmodum ad Austriacos defecerãt,Pozonio in ditionē accepto, & S. Martini monte obsesso, proceres coegêre,ut Reginę traderentur:quæ ambæ postea,omni pudicitię ac continentię laude uitã in Kunigsfeldensi cœnobio,in Ergouia,materna fundatione, exegerũt.

Fœdus Alberti cum rege Hungariæ.

Acce-

Accedebat ad hanc diu exoptatam tranquillitatē, quòd eodem commodum tempore & Salisburgen. archiepiscopus Rudolphus, interneciuus Austriacorum hostis, res humanas reliquisset. Quare duplici gaudio auctus Albertus, ut pacem stabiliret, interpellante Elisabetha coniuge, successorem Salisburgensis Chunradū à Praytenfurda filiæ, quæ tum nata fuerat, susceptorem ex sacra unda petijt. Qui haud mora Viennam descendēs, filia leuata ex fonte salutari, de cęteris amicè cum Alber
10 to transegit. Qui præcipuus exinde, ac perpetuus Austriacæ stirpis cultor permansit. Ita recuperata tranquillitate, & intestinis externisque bellis liberatus, ad annum Domini 1304 comitia Imperij ad Noribergam indixit. Quò, præ alijs, & Venceslaus uocatus est, qui omni genere fraudum in Cæsarem affinem suum, utpote sororium utebatur. Ad ea Cæsar, relicto in Austria filio seniore Friderico, qui interea ad gubernacula sederet, profectus, inter ipsa initia frequēti principū cōuentu, & Venceslao Bohemorum regi sororio, & Rudolpho fi-
20 lio, Regalia (ut uocant) cōtulit. Eisdē comitijs & causa Ruperti comitis Nassouiensis, matrisque illius, Cæsaris quondam Rudolphi relictæ, deprecantibus principibus cōposita est. Ita recuperata in Germania pax, spem amplam promittebat, fore ut in Oriente etiam, ac præcipuè Austria, & illi confini Hungaria, pacis munia fouerentur. Sed intempestiuus obitus regis Andreę, & turbas secum, & ambitiones uarias traxit. Cuius motus nō competitores modò regni, diuersi ac potentes: sed hi etiam causæ extiterunt, qui pro his interpellabant, sum-
30 mæ in orbe terrarum & dignitatis & potentiæ. Iam primùm omnium pro Carolo Roberto Siculo, Caroli Martelli Hungari regis filio, cuius paternum genus à filia Stephani quinti Hungariæ regis, maternum uerò à Clementia Rudolphi Cæsaris nata repetebatur, & Pontifex ipse Clemens V & Albertus Austriacus patruus intercedebant: omni studio adnisi, ut Rex renunciaretur, qui & genere & affinitate commodior uidebatur. in cu

Fœdus Alberti & amicitia cū Salisburgensi.

Comitia Alberti ad Noribergam 1304.

Turbata Hungaria.

ius rei confectionem pontifex post Nicolaum Hostiensem cardinalem, Gentilem titulo S.Martini in montib. presbyterũ Cardinalem, de ordine Minorũ, iampridẽ in Hungariã miserat: qui fulmine etiã põtificio minabanť, ut Carolũ tanquã legitimũ hæredẽ admitterẽt. Contra uerò proceres ipsi, quib. Itali explorati iam olim atq; inuisi fuerãt, Gussingen. comitis factione, in Venceslai Bohemię regis filiũ, qui postea Olomuncij in tumultu occisus est, inclinabant. Quæsita est & huic studio nõ inepta causa quædã, & prætextus: quòd auus eius Ottocharus Bohemię rex, ex Kunigunde à Matschauu, quæ filia extiterat Annæ Belæ regis IIII natæ, Venceslai regis patrẽ, utpote Rudolphi Cæsaris generũ procreasset. Itaq; cõmunicatis cũ eo ipso regni satrapæ cõsilijs, posteaquam propẽsum animũ animaduertissent, altero anno à mor te Andreæ regis, qui fuit à reparata Salute 1303, prę missa soléni electione, nouum regem Bohemum, pueriam nondum egressum, à patre ad limites Morauię missum, cum honorifica comitiua Budam abduxerunt. In hac erant pręcipui, archiepiscopus Colocen. Andreas episcopus Agrien. Emericus Varadien. Antonius Chonadien. Nicolaus Bozznensis, Haab Vaciensis, Iacobus comes Cepusiensis, Hugrinus regni palatinus, Dominicus Tauernicorũ magister, Henricus comes Gussingẽ. Mattheus Amodęus, & Demetrius F. Nicolai. qui omnes ut potiores regni satrapę Venceslaũ iuuenẽ regẽ Buda abductũ, eo adhuc anno soléniter ad Albã in regẽ coronarũt: Budãq; honorib. auctũ reduxerũt, pręstitis sacramẽtis, q̃ ut Domino legitimo dici solẽt. At pater gẽtis factiones animaduertẽs, cũ filio metueret, clandestina profectione Budã maturãs, factiosum hominem Ladislaum Vernheri filium, castellanũ Buden. insidijs adprehẽsum, ut obsidem Pragam abduxit, relicto ad filiũ milite Bohemo. Interea cum Hungaros in dies magis magisq; factionibus distrahi Venceslaus senior uideret, & nunc in Carolũ, qui cũ exercitu intra fines regni excubabat, nũc uerò in Boiariũ respicere: metuens non solùm de regni amis-

amiſsione,ſed ne uitę etiam periculum filius adiret,exacto anno, cum magnis copijs ingreſſus Hungariam, ad filium Budam inuiſionis prætextu peruenit:eumq; unà cum ſacra regni corona acceptum,per mediam Hungariam Pragam reduxit. Sic amiſsis inſignibus Hungari tumultuantes,cum coronare neminem poſſent,autoribus Guſsingenſibus comitibus in Ottonem Boiariæ ducem, qui & ipſe ex Belæ quarti filia natus fuerat, conſenſere: dato negocio,ut coronam ſanctam, quam uocant, regni è poteſtate Bohemi uindicaret. Is igitur omnis generis blanditijs ac promiſsionibus adgreſſus primùm omnium Auſtriacum, qui ad ſororium Bohemũ interpellaret hoc nomine: permouere tamen hũc non potuit,cùm quòd æquè is Carolo Siculo nepoti ex ſorore ſtuderet:tum uerò etiam, quòd exulceratum in Bohemum animũ induiſſet,eo quòd uiolata matrimonij fide,quod pro filio iuniori Agneti ex filia nepti condixerat,alteram illi duciſſam à Cales coniunxiſſet. Decubuerat tum Venceslaus rex ſenior cum uitæ periculo. hac occaſione arrepta Boius,regem Pragę inuiſit,ac precibus coronam cum ceſsione iuris obtinuit:eamque,ſolo Seckingenſi principe comite, per inimicum Auſtriæ ſolum, ubi omnia itinera obſeruabantur (facto iam de hac re ipſo Alberto Cæſare certiore) ad Guſsingenſem comitem pertulit: à quo Albam cum honorifica comitiua deductus, ſolenniter in regem Hungariæ inauguratur, anno 1305. præſentibus duntaxat Guſsingenſibus comitibus, Benedicto Veſprimienſi, Nicolao Vacienſi, Antonio Chonadienſi, & Becke quodam filio Thomæ. Quorum conſilijs, cùm Ladislai Vuayuodæ Tranſyluaniæ filiam uxorem ducere iuſſus eſſet, ut huius ſcilicet fauore atque robore ſe Boius aduerſus Caroli factionem muniret: haud mora, unà cum illis in Tranſyluaniam abiuit. Iſthic cum ſub ſpecie ſponſaliorum arcem quandam ingreſſus fuiſſet, in ipſa menſa hoſpitali uiolato iuramento capitur,ac cathenis uincitur,omnib. quos ex Germanis adduxerat excluſis.

Hiſtoria Ottonis Boiorũ ducis in regẽ Hungariæ coronati, & capti.

Qua in captiuitate plus annum detentus, à Valacho tandem, qui ob Belam regem socerum uinculo Boio cõniunctus fuerat, liberatus, miserrimè per Poloniam & Silesiam auxilio Glogouiensis ducis, cuius & filiam postea memor beneficij uxorem acceperat, domũ reducitur. Dum hęc in Hungaria fiunt, mortuo Vẽceslao seniore, & paulo pòst etiam iuniore Olomuncij interfecto, noui motus in Bohemia & Austria exorti sunt. Albertus enim Cæsar ueteri formulæ conciliationis innixus, qua occiso Ottocharo matrimonia ad Iglauiam firmata fuerant, in primis Fridericum filium ducere in Bohemiam, regnoque imponere conabatur. Et cum is cederet, modis omnibus secundogenitum Rudolphum, regem Bohemiæ esse uolebat, eique consensu principum imperij Regalia iam contulerat. At contrà satrapæ regni, Henrico Carnorum duci, Austriaci sororio, filiam Venceslai senioris desponsauerant: ac Cæsaris postulatis contemptis, iureque quod prætendebat ex formula præterito, eundem in possesionem ex matrimonio tandem miserunt. Itaque magnis instructus copijs Cæsar, auxilijs quoq; à principibus Imperij adiutus, anno 1307 saltum Bohemiæ ingreditur, certa spe filio gubernacula regni, si iure nequiret, armis consequendi. Ibi ex itinere, cum Kuttẽbergam locum natura munitum aliquot mensibus nequidquam obsidione cinxisset, eo quòd metalla ibi suffodiantur, in salubribus aquis ac aere halituo so infecto exercitu, mutare castrą ad Pragam coactus est. Vbi ad certam formulam delinitis animis satraparum, fugatoque sororio Henrico, cum ad matrimoniũ Elisabethæ Venceslai relictę consensisset, Rudolphum filium in regno solennibus præmisis confirmauit. Qui altero mox anno non sine ueneni suspicione obijt, anno 1308, Pragæ regio honore sepultus: cum Blanca coniunx biennio antè Viennæ uitam cum morte commutasset, condita in Minorum templo, propria fundatione, anno 1306. Ita tot perfunctus bellis, laboribus, periculisque Albertus, generis sui primus in Austria archidux,

ante

ante ætatem in Heluetijs cum ex Thermis, quib. primo uere recreabatur, Rußium amnem traiecißet, à Ioanne proprio ex fratre nepote, Rudolphi Sueuiæ ducis filio, trucidat: socijs parricidij Eberhardo à Vuard, Vualthero ab Eschēpach, & Vlrico à Palma Bohemo, anno 1368, suo in genere rerū gestarū gloria nemini secundus, ac nobilißimę Austriadum domus autor. In cuius cædis loco postea Elisabeta Tirolensis coniunx opulentum cœnobium extruxit, pro nobilibus uirginibus, quod à regio campo, in quo scilicet maritus necatus fuerat, Kunigsfeldam nominauit, ibiq; dilectiss. coniugis reliquias condidit, ex quo XXVI liberos susceperat. Quorum ad frugem peruenerant, FRIDERICVS, post eum aduerso numine Cæsar: RVDOLPHVS, rex Bohemorū: LEOPOLDVS, landgrauius Alsatiæ & Brisgouiæ: OTTO, dux Styriæ: HENRICVS, canonicus & coadiutor Moguntinus: ALBERTVS, ex canonico Pataujensi archidux Austrię, generis cōseruator: AGNES, Andreę Hungariæ regis coniunx, quæ cœlibem postea uitam in Kunigsfelda cœnobio trāsegit: CATHARINA, Caroli Calabrię principis uxor: ELISABETA, Theoderici Lotharingi: ANNA, Hermanni Brandeburgen. & Gueta, Ludouici comitis Ottingensis in Riza Sueuiæ, coniuges.

Friderici Pulchri archiducis historia.

FRIDERICVS igitur, de quo præfati sumus, ut primogenitus, uiuo etiamdum parente, eiusque autoritate gubernacula Austriæ usurpans, eo etiam extincto successit: quo tempore, iam mortuo in Bohemia Rudolpho fratre, uigore uetustarum Austriæ prærogatiuarum solus ad clauum sedere poterat, fratribus in comitatus misßis. Is Probus uel Pulcher cognomento, Henrico septimo nouo Imperatori de stirpe Luczelburgen. fidem suam declaraturus, Romam ad diadema Imperij percipiendum, cum splendido comitatu centum & quadraginta equitum deduxit: ac ex itinere Salisburgi, solenne Austriacarum prouinciarum beneficium precariò accepit, anno Salutis 1309. donatusque à Cęsare bonis ac prædijs cùm in Morauia, tum Sueuia, Ioannis

Ioannis quondam ducis qui Albertum patrem in Heluetijs occiderat, auctus & honore & opibus, emenso lõgo itinere in Austriam reuersus, statim inter initia gubernaculorum in bellum intestinum incidit. Quod siue Henricus Cæsar ita præstruxerit, qui his artib. ab ambitione illum uellet Imperij amouere, quòd magna illius in Germania foret authoritas, & ne aduersus se eligeretur publicè etiam timebatur: siue odio prouincialium & factione malorum id contigerit, (dubium) authoribus sanè dominis à Pottendorf, Hadamaro à Valkenberg, Celtingio, Ortelio à Kranichperg Austriacis, & Ioanne à Stubenberg Styro, deniq; prætore Viennensi & præfecto rei militaris Berchtoldo Schuczenmayster, apud Glockniczam in finibus Styriç, in principẽ innocẽtem conspiratur. Erant autem consilia huiuscemodi illorum, ut quoniam ad Oenum Fridericus bellum aduersus duces Bauariæ gerebat, interea filios ducales Fridericum & Leopoldum non satis bene custoditos comprehenderent, & redeuntem ducem excluderent. Hæc coniuratio præter opinionem citius patefacta, qui pro duce prouinciam administrabant diligentiores effecit, ne tantum nefas committeretur. Itaque cum foris in omnem euentum intentissimi essent Vlrichus à Vualsee & Theodericus à Pillichdorf, tum intra Viennam quæstor Ducalis ad auertendam seditionem diligentissimè excubabat, ualidis prçsidijs cùm mœnibus tum ipsis turribus firmatis, ut cum primùm uulgi murmur audiretur, campanæ sonarent, & ducales ad arma concurrerent, iuuenesque principes in arce tuerentur. Ita ea seditio magna prudentia ab his, quos diximus, præuisa fuit, absente Friderico. Qui reuersus, barones quidẽ pecunia ingenti mulctauit: Berchtoldũ uerò Viennẽsem præfectum gladio percussit: & reliquos ex ciuiũ ordine alios expulit, alios occîdit, plerosq; etiam pecunia mulctauit. Hæc in fine æstatis facta sunt, anno 1309. At Fridericus nouo bello innodatus, ut comitatum Neuburgensem ad Oenum, & dominium Pernsteyn in finibus Salisbur-

Intestinum ducis Friderici bellum.

Bellum Bauaricũ Friderici.

lisburgensis ditionis à ducibus Boiorũ prærepta recupe raret, militẽ in aciẽ eduxit: expugnatisq́; re subita Rhiedio & Scherdinga, limitaneis oppidis; Dietmaningium usq; Salisburgen. ditionis progredit. Vnde aeris infecti lue auocatus, ad Mosburgã castrametatur, anno tũ illuscente 1330. Quo tẽpore accepto nũcio de Henrici VII Imperatoris obitu, in Austriam reb. ex sententia confe- ctis regressus, arma in Bohemum Henricum regem pa- truum conuertit: qui Rudolpho fratre extincto, in alie- 10 nam se possessionẽ miserat. Hoc bellum cum in sangui- ne sæuiret, pijssima matrona Elisabeta, Alberti quondã Cæsaris uidua, Austriaci mater, & Bohemi soror, adscitis in auxilium Salisburgẽsi ac Brixinensi episcopis, sua autoritate beneuolè ita diremit, uti filius, acceptis à fratre quadraginta millibus ducatorum, & in Carnis ualle Saantall, & dominio Voystricz, ius in Bohemia omne patruo relinqueret: quod partim ex contractu Iglauien si, partim extincto Rudolpho ad se deuolutum fuerat. Ita rerum potitus in Bohemis Carnus, eo adhuc anno, 20 qui fuit à reparata Salute millesimus trecentesimus nonus, fatis concesit: relicto hærede Ioanne Lucelburgen si comite, Henrici septimi Imperatoris filio, qui filiam in matrimonio habebat. Is metuens ne Austriaci rursus innixi ueteribus iuribus ac pactis, regnum præriperent, cum omnibus, præsertim externis præsidijs priuatus esset, Electorum, qui magis uidebantur in Fridericum Austriacum inclinare, ita arte occulta dissensionem curauit, ut Ludouicus Boiorum dux in ele- ctionem ueniret, & suffragiorum paritate Austriacum 30 æquaret. Cuius ferunt rei causam extitisse Moguntinum; Treuerensem, & Brandeburgensem, electores, qui à Bohemo pecunia corrupti fuerant, ut suffragia mutarent: quantumuis cæteri Electores, ac Ludouici Boiarij frater germanus ipse Rudolphus palatinus, in prima electione manendum pertinacissimè contenderent: nec admodùm Boius ambiret, ut qui perpetuò Austriacum obseruasset, & magis ad conuiuia ac iocosa

Bellum Bohemicũ Friderici.

Duo Cæsares renunciantur, Fridericus Austriacus, & Ludouicus Boius.

 pronus,

hollafolla
ne quid nimis.

pronus, quàm tantam Rempublicam administrandam aptus uideretur. Ita Boiarius præter spem, nolens etiam in Cæsarem renunciatur Oppenheymij, anno, millesimo trecentesimo decimoquarto, Calen. Septembris: profectusq; Aquisgranũ, à Moguntino archipręsule corona Imperiali redimitur, resistẽte per diplomata sua Romano pontifice, uehementissimè reclamante ipso quoque Coloniensi electore, & ius coronãdi suum obtrudente. Interea Fridericus, qui tum ad lacum Bodmanicum substiterat, & electionis euentum præstolabatur excitus, à cæteris Electoribus, Coloniensi, Palatino ac Saxone, cũ & summi pontificis suffragio niteretur, & auxilio haberet Sueuos, Heluetios, Hercinianos, Alsatasque & Imperiales magna ex parte urbes, collecto milite rebus præsentibus se accommodans, Coloniam descendit, ac Bonnæ à Coloniense Electore in Cęsarem Rom. corona Caroli Magni redimitus renũciat, VI Id. Decemb. anni 1314. Qui reuersus in Austriã quanta potuit celeritate, fasces suos Ioannis XXII autoritate, ac suppetijs Coloniensis, Saxonis ac Palatini electorum, Sueuiæq; ac Boiariæ cùm episcoporum principumque, tum urbium Imperialium tuebatur. Ita pestifero exorto schismate, immanes motus & noua bella in Germania exorta sunt, studijs principũ nunc in hunc, nũc in illũ cõuersis. Prior Austriacus Eslingam, quæ Boiarię fidem sequebat, obsidione cinxit. Quam etsi Boius paulo pòst liberarit, factum est tamen, Leopoldi Austriaci fratris aduentu, qui Alsatas ac Sueuos adduxerat, ut obsidium eius urbis repeteretur: nec Bohemico auxilio auocare Austriacos ab obsidione potuêre. Nám & frater Ludouici Cæsaris Rudolphus Austriacum iuuans, aliquot in Boiaria oppida in deditionem acceperat: & ne frater Eslingensibus auxilia ferret, præpedierat. In quem à fratre arma conuersa, immerenti principi exilij causa fuêre. Fuitq; tanta tum temporis in Germania rerum omniũ turbatio, ut remissa obseruãtia, alter alterũ bello peteret, ac rapinas pessimus qsq; exerceret: utin

Bellum Friderici cum anticæsare suo Ludouico Boiario.

ut in Alſatia ac locis uicinis ciuitates, Argentoratum, Vuormacia, Spira, Colmaria, Seletſtadium ac Hagenoa, conducere paſsim equites cogerentur, qui hinc inde palantes latrocinia prohiberent, ac ab iniuria uiatores tuerentur. In Italia quoq; Gibellinorum & Guelphorum factiones antiquæ renouatæ, cuncta igne ferroque miſcebãt: ac poſtremò oppreſsis Gibellinis, Guelphi, hoc eſt Imperij hoſtes, aliquot in Hetruria Imperij ciuitates occuparint. Quas ad turbas tollendas, etſi Friderici ſuppetias Rom. pontifex imploraret, atq; is Henricum fratrem cum aliquot equitum alis in Italiam miſiſſet: re tamẽ infecta, ob innumeras Italorũ factiones, reducere ſuos coactus fuit. Erat autem annus iſte, qui numerabatur ab humana ſalute 1319, ex inſolita ſiccitate tam ſterilis, ut nec iumentis nec hominibus ea ſufficerent quæ tum ingenti inopia prouenerant. Hanc tantam penuriam auxêre magni ubique apparatus bellici, copiæ omnibus angulis ubique conductæ, quæ non aliter quàm locuſtę omnia abſumebant, rapinasque nemine prohibente exercebant. Auſtriacus enim Cæſar animatus cùm à Pontifice, tum ab ijs qui ipſum elegerant, ex ſuis hæreditarijs prouincijs XXIIII millia peditũ, & duo equitum millia, ductoribus Theoderico à Pillichdorf, & Hulricho atque Henricho à Vualſe, in finib. Auſtriæ ac Boiariæ congregauerat, ad quos quotidie auxilia à Salisburgenſi præſule, Patauienſi, Friſingenſi, Gurcenſi, electore Saxoniæ ac Colonienſi archiepiſcopo confluebant. Carolus quoque Hungariæ rex XXVI millia Chumanorum (horrendũ hominũ & à fide Chriſtiana alieniſsimum crudeliſsimumque genus) Auſtriaco mutuauerat. Ad Rhenum denique Friderici frater Leopoldus, ex Ergouia, Bugſgouia, Sundgouia, Briſgouia, Mortinouia, Laufenburgenſi, Kiburgenſi, Pfyretenſi, Alſatia, atque nemore Hercinio ingentem contraxerat exercitũ, quo à tergo preſſum ex Auſtria Boium inuadere cogitabat: in quo & omnis ſpes Friderici poſita fuerat. Econtrà Ludouicus Boius, delatam ſibi ſum-

Apparatus belli Auſtriaci.

mam dignitatem eorum etiam auxilio pertinacissimè tuebãt, qui ad illam eum euexissent. Quorũ Bohemus rex Ioãnes, Henrici septimi filius, totius dissidij illius autor, maximas copias in Boiariam præmiserat: ac ut præsens prælio interesset, celerrimis itineribus consequebatur. Misêre suas suppetias & cæteri cùm Electores, tum principes, Moguntinus, Treueren. Vuirczburgen. Vuirtenbergensis, Bremensis, burggrauius Noribergensis, Henricus dux Charinthiæ, Hennebergensis, Burgundicus princeps, Geldrus, ac reliqui qui Belgium incolunt, usq; ad mare. Quibus omnibus contractis, sub monte Mildorfensi castrametatus est, in cõsilia hostis diligẽtissimè intentus, qui cum suis Mildorfium appropinquare dicebatur. Contra quem expeditam manum equitũ speculatum Boius cum misisset, in ipso ponte quo ad Mildorfium flumen Oenus iungitur, leue certamen commissum est. quo uictor Austriacus, in ipso belli auspicio, in certissimam spem uictoriæ consequendæ plus iusto audaculus ueniebat. At Boius lentis consilijs, ad omnia sollicitus, continere in castris militem, hosti se uienti nec tempus nec locum concedere, omnem occasionem operiebatur. Habebat enim industrios duces, & militari prudentia insignes, Sigefridũ Schuueppermannum, Albertum Ryndmaul, & Chunradũ à Baybrunn. Qui exploratis omnibus Friderici consilijs, uti eum à fratris Leopoldi auxilijs excluderent, in quem omnem posuisse spem animaduerterant, cogitabãt. Qui quoniam in propinquo esse dicebatur, ne cum fratre iungeretur, quàm celerrimè pugnandum existimabant. In cuius rei feliciorẽ euentũ Austriaca signa mentiti, ut securitatẽ Austriaco rerum omniũ augerent, ac incautũ opprimerent, Cæsare suo equini cursus spacio ab agmine posito, rusticanaque saga cęrulea induto, ne cognosci posset, si uincerentur ipsi: fulgentes alaudas, & rubra cum alba sectione uexilla procul ostendentes, ingentẽ in castris Austriacis læticiam excitarunt: ut qui fratrem adesse ratus, exultare, ac negligentius omnia agere, spem sibi certã uictoriæ

Apparatus belli Boiarij.

Prælium inter Austriacum & Boiarium.

Quam autor sibi contrarius.

10 20 30

ctoriæ proponebat. Interea sub ipsum exortũ, qui profestus erat diui Michaelis dies, locatis aciebus, Schuueppermannus, qui summę rerum apud Boium pręfuerat, laude militari ea ętate nemini secũdus, pręmisso burggrauio Noribergensi cũ sexcentis equitib. leuis armaturę, qui signa Austriaca pręferebãt, iussit ambagib. ductis à tergo castra Austriaca ambire, quæ inter Mildorfiũ & Dornbergã in campo posita erant, qui Vechuuisen nuncupat: ut opinione aduenietis fratris, nullis ordinib. stru 10 ctis, ipse ex alia parte imparatũ obrueret. Qui cũ Ryndmaulo tam diu Austriacos allexerũt, hinc inde trahẽtes cõtra exorientẽ solẽ, qui eo die cũ maximis uentorũ flatib. fulgebat: donec oppositũ illũ, & aciẽ oculorũ prępedientẽ hostes haberẽt. Deerãt tum aliquot Friderico copię, q̃ ex Austria iam diu nequidquã expectabant. Hungari præterea Chumani, prima luce more gentis uagabundi, equos suos in campo exercebãt. Quo factũ est, ut antequã aciẽ re tam subita cõstruere Austriaci possent, circũdati uagiq;, etsi ad defensionẽ nihil intermisissent, 20 Bohemosq; magna ex parte in fugã cõiecissent, tamẽ numero, animo, loco, ducũq; alacritate atq; industria, à Boiarijs superant: qui ordinati inordinatos, propitio & sole & numine priores adorti fuerãt. Attulêre momentũ huic etiã uictorię Hungari, in quos Austriacus spẽ omnẽ collocauerat: qui nec primi in acie tũ fuerant, qui Boios terruissent, ut constitutũ fuerat: nec in ordinẽ redacti, sed uagi hinc inde, in effusam fugã priores abierunt. Hic Fridericus, q̃a arma indutus fuerat fulgẽtia, ac principe digna, p̃cul conspectus in acie labẽte, ab Alberto Rynd- 30 maul, indiciũ Cæsaris fecit. In quẽ cum & burggrauius Noribergensis infestus dirigeret, uitato Alberto, annulo & gladio Burggrauio traditis, in eius se potestatem dedit: Alberto, tanquam se non digno, eum captiuitatis honorem inuidens. Pugnam extractã annales ad XII horas memorant: & desiderata utrinque quinque millia fuisse. In captiuitatem, præter Cæsarem, cessere, Henrichus frater eius, Patauiẽsis & Lauãtinus episcopi,

Prælium Friderici cum Ludouico Boiario.

Captiuitas Frideric. Austriaci.

Theodericus à Pillichdorf supremus militiæ magister, cum mille & ducentis ex ordine equestri. Sed nec hostibus incruenta ea uictoria fuit, mille & quingentis occisis. Sunt qui scribant, regem Bohemiæ Ioannem, qui pugnę interfuerat, à Theoderico à Pillichdorf ex equo deiectum fuisse, & ab Austriaco nobili quodam uix in acie seruatum. Pugna finita, Boiarij ad prædam se contulêre. In qua potior pars, Cæsar Fridericus, humaniter à Boio appellatus, in arcem Goldeck proximam, Vulfingero cuidam seruandus transmittitur. Cuius fratrem Henrichum Bohemus prædam nactus, non antè dimisit, quàm Caroli regis Hungariæ diligentissima intercessione omnes arces redderet, ac munimenta, quæ maiores sui Austriæ principes in finibus iure uel armis uel contractu possidebant. Porrò Fridericus Cæsar à Vulfingero, mandato heri, in aliam magis munitam arcem ultra Danubium transportatur, uulgò Trausnicht nominatam: quæ uox quoniam ominosa uidebatur, ad iocum penè captiuum principem compulit, ut introductus diceret: Rectè est tibi nomen inditum. quam si euitassem, neque fidissem, melius rebus meis consuluissem. Germanica aptius sonant, **Du haist recht Trauſznicht / hett ich nicht ſo vill trawt / were daher nicht khummen.** Hic dissentire mihi Annales de situ arcis illius uidentur. alij enim in Palatinatu superiori, non procul à Nabpurga & Ratispona eam positam fuisse scribunt: alij ipsam illam esse contendunt, quæ supra Landeshutam est, Boiarię ducum regiam, quę in hanc usq; diem Trausnicht nominatur, & non ita procul à loco pugnæ posita cernitur. Quodcunque igitur, quod de hoc prælio Chronographi adnotarunt, insidijsque uel uicti Austriaci, uel suorum proditione traditi, satis constat insigniter illusum Austriacum fuisse, cùm à Boio principe, tum ab eo qui in custodia optimum uirum haud equidem pro dignitate tractabat, uerbis sæpe ambiguis lacessitum, quę lachrymas non semel seni elicuerāt. Qui in tantis præsertim ęrumnis, nulla quantumuis magna pecuniæ ui libera-

Trausnicht arx.

10 20 30

liberationis sibi spem. pollicebatur. Sed nec fratris Leopoldi industria ac diligentia, ac militari consummata scientia, aliquid magnopere emolumenti ad fratris liberationem tum conferre uidebatur. Qui etsi Imperij insignia à fratre relicta retineret, eorum tamen Boius possesionem, utpote uictor, non admodùm curabat. Itaque sunt qui scribunt, postremò ad extrema consilia peruenisse, & magicis artibus persuasum uti uoluisse: conscientia tamen pulsum abstinuisse, & cogitationes illas Christiano homine minus dignas mox deposuisse. In Germania porrò, non tragœdijs solùm, & admodum perniciosis turbis uires sub ministrasse huiuscemodi bella intestina, ac principum dissensiones, dubium non erat: uerùm in Italiam etiam rapinas ac incendia secum traxisse, quæ latè serperent, ac multarum Rerumpub. ruinas adferrent: Romani denique Imperij maiestatem labefactarent, atque euerterent. Nam cum paulo antè Henrico quarto ac Friderico primo imperantibus, exorto simili ecclesiæ dissidio cũ Imperio, studijs procerũ diuisis, Gibellinorũ ac Guelforum factiones emersissent, quę eneruatum iam Imperium mirum in modum conquassabant: hic maiori etiã licentia atq; occasione in tanta rerũ omniũ inopia, ac bonorũ afflictione, prouinciarũq; desolatione, Aquilã illã tam potentis Imperij penitùs discerpere, impunè pessimo cuiq; licebat, ut deplumis ipsa ac præda cunctis relicta, uix umbram ueteris Maiestatis tueretur. Quippe & Ioannes XXII Rom. pontifex, in quem uices quasi uiresque Rom. uetustioris illius Imperij reciderant, occasionem nactus, eius omnem ad se trahendi maiestatem potestatemque, si quæ post tot rapinas supererant, Italiam factionibus diuisam specioso titulo iuris sui facere, semina bellorum in Germania serere: prorsus nihil intermittebat, quod ad desolationem quõdam dominantis Aquilæ, tum uerò laceræ ac deplumis spectare uidebatur. Prætextus quærebatur Friderici Austriaci iuuandi, qui à Boio Cæsare captus detinebatur: interim

Germanici Imperij ruina in Italia.

quæ

quæ in Italia supererant, Imperij ditiones, nō satis in his turbis defensæ quærebantur. Hinc fulmina plus quàm trisulca in Ludouicum Cæsarem. Hinc citationes tyrannicæ ac exauctorationes, nullis manifestis causis, aut dignis. Hinc excogitatus tribunus Nicolaus Seuerus nomine, qui reliquias deuoraret, ausus fuit Romanos Cæsares Romam in iudicium uocare, ac cuniculis quibusdam principalem à Germanis dignitatem auferre, ut eiusdem personati tribuni diploma prę se ferre uidetur,
„ ubi hæc uerba leguntur: Nos itaque potestatem, aucto- 10
„ ritatem & iurisdictionem antiquam, & arbitrariam po
„ testatem nobis concessam à Romano populo, in publi-
„ co parlamento, & nuper à Domino nostro summo Pon
„ tifice, ut patet per Apostolicas bullas eius, ne uideamur
„ de dono & gratia Spiritus sancti ingrati, uel quomodoli
„ bet per negligentiam iura & iurisdictionem Romani
„ populi permittamus amplius deperire, auctoritate &
„ gratia Dei & Spiritus sancti & sacri populi, & omni mo
„ do & iure ac forma quibus melius possumus & debe-
„ mus, decernimus, declaramus & pronunciamus, ipsam 20
„ Romanam urbem, caput orbis, & fundamētum totius
„ fidei Christianæ: & omnes & singulos comitatus Italię
„ liberos esse, & eosdem ad cautelam integræ libertati do
„ namus. Et sequitur: Omnibus & uniuersis populis,
„ & quibuscunque alijs, in specie & communi, cuiuscun-
„ que præeminentię, status & conditionis existant, & cō-
„ tradicere ualentibus, seu in electione præfata Imperio
„ iurisdictionem potestatem & auctoritatem prętenden
„ tibus quomodo, terminum hinc à Pascha ad Penteco-
„ sten proximè futurum: quòd infrà dictum terminum 30
„ in ipsa Alma urbe, & sacrosancta Lateranensi ecclesia
„ coram nobis & alijs officialibus Domini nostri Papę &
„ Rom. populi debeant cum eorum iuribus comparêre.
„ alioquin à dicto termino in antea procedetur, secun-
„ dum quod de iure fuerit, & Spiritus sancti gratia mini-
„ strabit. Et nihilominus ad prædicta omnia in specie &
„ communi citari facimus illusores Dominū Ludouicū
ducem

ducem Bauariæ, qui se adserit Romanum Imperatorē, "
uel iam ad Imperium electos citamus, regem Bohemię, "
D. ducem Bauariæ, D. ducem Saxonię, D. marchionem "
Brandeburgen. D. archiepiscopum Moguntinensem, "
D. archiepiscopum Treuerensem, & D. archiepiscopū "
Coloniēsem: qui in dictis terminis, loco, & infra termi "
num prędictum coram nobis & alijs officialibus Rom. "
populi debeant personaliter comparêre. aliàs, ut prędici "
tur, procedemus, eorū absentia & contumacia non ob- "
10 stantibus. Hæc ex personati tribuni edicto: cuius fabricator qui fuerit, uerba ipsa declarant. Hæc eo prolixius adducere uoluimus, ut quæ fuerit causa Germanicę desolatę in Italia ditionis Cęsarū, innotescat. Cæterùm Rom. pontifex publicè quidem tanquā Austriacū è custodia liberaturus esset: clam uerò, ut Italia Germanos arceret, anno tum reparatæ Salutis 1324, truculentissimum in Ludouicū Cæsarem Boium fulmen iacit, ut, ni intra anni spacium, Austriacum iniustè ac per fraudē captum liberaret, omnibus his pœnis subiaceret, quę in
20 huiusmodi censura exprimuntur. Hæc tam grauis animaduersio multo magis animum Boiarij expugnauit, quàm Philippi Francię regis interpellationes, uel hostis fratris arma, q aliquot iam ciuitates ac arces Imperij ad Rhenū expugnarat, permouit. Deniq;, quòd reliqui etiā cùm principes, tum Respub. deserere paulatim Boiariū cœpissent, ac similem Pontificis censuram timerent: ad hæc, ne exactionibus insolitis ad summam hanc dignitatem retinendam, aduersus tam potentes ac opulentos principes Boiario auxiliantes exagitarentur, animos su-
30 bijt: ac cogitationes optimi cuiusq; eorum, etiam qui antea Imperij authores fuerant, sistebat. Etsi autem in Romana curia qui causam suam tuerentur, Ludouicus, & Romanum præsulem propitium redderent, magnę autoritatis ac principes uiros haberet: Humbertum Delphinum Viennen. Marquardum de Randeke prępositū Babenbergen. iurisconsultū, Eberhardū de Tumnauu prępositū Augustanę ecclesię, & Vlrichū protonotariū suum:

E

Vlricus Hangen, ... ingenua Augustensi familia ortus, Cancellarius Imp. Ludovici Bavari ... 1346. In patria ibidemq. cathedrali templo, contra volun...

Concordatio Friderici Austriaci cum Ludouico Boiario.

suum:hi tamē satisfacere Pontifici nullis nec promissis, nec pœnitentiæ humilitate,nec pecuniæ etiam largitionibus potuêre. Tantum odium erga Boiarium conceptū tum fuerat, & tam subitò alienati principū animi. His igit̄ armis uictus Ludouicus Boiarius,in hāc formulā Fridericū Austriæ ducē post multos conuētus, quib. duo præcipuè Carthusiani monachi, utriusq; principis cōfessores, piam operā locarūt, è custodia liberauit. Primò,ut omni deposita memoria rerū gestarū, omnē Austriacus ultionē remitteret. Secūdò, ut Imperij insignia à patre accepta, Leopoldus dux Austriæ Boio Cæsari cōfestim sine omni tergiuersatiōe redderet. Tertiò, quòd titulo Imperij modò Austriacus cōtētus foret, Regē se de Roma appellaret: paucis exceptis quib. in æqualē dignitatē etiā Austriacus admittebat̄, ut referūt diplomata utriusq; in archiuis Austriæ reperta (ut quāta iniuria huic nostro fiat Cęsari, q ubiq; è catalogo Cęsarū expungitur, omnes intelligāt) pauca ex his fidei ergò subijciā:

Vnd wer vnder vns dem andern schreibt/der sol seinen namen dem andern fürsetzen/ aber wier bayde miteinander hand vest vn̄ brief geben/ so setze sich der hewt/ der ander morgen für/das daran kheyn vorgang sey. Handlet aber vnser ayner/da der ander nicht entgegen ist/ an welcherley sach das ist/der soll das thůn in seinem namen. Wann vnser werck von wegen mutenlich geschehen sollen zů allē dingen. Wier sollen zway newe insigel machen/ in̄ die vnser beder namen grabē lassen: vnd in vnsers Khunig Ludwigs insigel sol Khunig Fridrichs namē vorstehen. Auch in Khunig Fridrichs insigel/ sol Khunig Ludwigs namē vorstehn. Was grosser Lehen oder Khünigreich/ Fürstenthumb/Grafschafften/Herrschafften/vnd was anders grossen Lehen seind/dem Reich ledig heym gefallen/die sollen wier beide mit einander lehen. Ob ein geistlicher oder weltlicher Fürst/ Prelat/ oder Herr/ sein lehen vom dem Reich nemen solt/vnd von vnserm aynem empfieng/ der sol den Ayd von jm nemen/ vn̄ jn zů dem andern weisen/als vor geschrieben stehet. Vnsern jedwedern an dem andn/sol nach maß des Reichs/Burgvest/Herrschafftē/ land vnd lewt/vnnd was so groß ist/nicht entpfremdē/ noch verkhummern/noch andre grosse sach handlen. Wer

Fridericus Austriacus retinet nomen regis Romani.

dann

dann vnser ayner in Welischē landen / dem sol der ander sein gewalt geben / vnd immer dem andern sein gwaldt heraußlassen / in Teutschen landen. Was auch vnser ayner fürbaß thůt / das sol der ander stathaben / vnd bestättigen mit seinen brieffen. Et quæ plura sequuntur. Tales plures nō solùm in Archiuis extant literæ, sed exempla paßim etiam in Annalibus recensentur, ab utroq; principe coniunctim datarum, post liberationem uidelicet, Anno 1325. Sunt ex Annalibus præterea qui referāt,
10 non solùm in Imperio Fridericum mansisse, uerùm Boiario potius à Romano pontifice authoritatem ademptam, & abrogatum Imperiū fuisse, ac à successore Carolo quarto acta illius quoque omnia rescissa. Hinc literæ extant Lynczij in Austria datæ à Carolo quarto, de Anno 1348, quibus omnia conclusa Ludouici in administratione Imperij, ueluti ab eo qui nunquam legitimū ius disponendi in Imperio habuisset, sed fasces uiolēter citra authoritatem ordinariam rapuisset, reprobantur, & (ut uocant) annihilantur. Fridericus autem Au-
20 striacus, de quo loquimur, quid præclari porrò in Imperij administratione gesserit, non equidē constat: parum autem gesisse, aut nihil omnino quod memoria dignū foret, uel illud quod supererat illi interuallum uitæ duorum uel (secundum alios) trium annorum, ostendit. In primis uerò, quòd mundo quasi ualedicens, in tanta hominum peruersitate aliud opulentius, perpetuum uidelicet, quærens Imperium, regnare iam potius cum Christo cuperet. Itaque mox post liberationem suam, cum prius ditiones Austriæ aliquo ceu munere locupletans,
30 Burgouiensi marchionatu auxisset, ad quietem se componens, de tumulo suo postremo circumspexit, unde buccinam Domini in nouißimo die lætus exciperet. Et quoniam duorum præcipuè Cartusianorum monachorum opera libertatem consecutus fuisset, eidem ordini cœnobiū meditatus animo, in uasto illud nemore duobus supra Viennam miliaribus auspicatus, antequam ad extremam adhuc manum perduxisset, placidè in Domino

Fridericus Aust: Imp. Marchionatu Burgaviæ acquisivit.

mino quieuit, Anno 1318, in arce Gutensteyn, octauo Epiphaniæ: unde à fratribus germanis abductus, Murbaci propria fundatione conditur: qui liberalissimè etiam, quod deerat uel ędificijs uel prouentibus, suppeditarũt. Habuisse autem fertur magnanimus is princeps duas claras in connubio feminas, ac tertiam sponsam reliquisse. Quarum illi primam pater Albertus collocauerat, Elisabetam Arragonij regis natam, quo tempore in Imperatorem renunciatus fuerat. Hæc duplici prole patrem effecit: quarum Elisabeta Carolo quarto pòst Imp. desponsata, ante nuptias obierat, anno millesimo trecentesimo trigesimoquinto: Anna uerò Poloniæ regis filio promissa, cum sponsum ante nuptiarum solennia amisisset, Goricẽsi comiti cõiungitur. Hoc quoq; ante diem priuata, cõstructa ex dote sua S. Clarę monialium cœnobio Viennæ, illud cum 62 uirginib. nobilibus uidua ingressa est, anno Salutis 1344. in die S. Gerdrudis, XX Calend. Ianuarij. Porrò ex secunda coniuge Kunigunde, quam ferunt Ludouici Boiarij natã extitisse, qui contra illum in Cæsarem renunciatus fuerat, Fridericum & Leopoldum procreauit, in puericia mortuos, & in Kunigsfeldo Heluetiorum cœnobio cõditos, auiæ fundatione. Ferunt & filiam ex hac genuisse Sibyllam, Cazimiro marchioni Brandeburgensi desponsatã. Tertiam Isabellam, Reynholdi Geldriæ principis filiã, sponsam reliquit, uniuerso iam Imperij iure ad Ludouicum Boiarium deuoluto: Austrię uerò gubernacula fratrib. germanis Ottone & Alberto capessentibus. Quorum frater germanus RVDOLPHVS, etsi maior natu fuerit, utpote secũdus à Friderico, ante diẽ tamẽ obierat Pragę, inter ipsa gubernaculorũ initia, anno 1308. quum æqualibus cum fratre Friderico auspicijs antè ad clauũ in Austria sedisset, & Noribergę in comitijs cum Blanca Philippi Franciæ regis sorore nuptias solenniter celebrasset, anno 1299. Qui qua ratione regnum Bohemię, quod illi fatale tamen fuerat, sit consecutus, operæprecium est narrare. Dicta erat ad Iglauiã Morauiæ formula con-

Murbacense cœnobium à Friderico fundatum.

Hæc sacellum Viennæ ad Minores condidit.

Soboles Friderici Austriaci.

Historia Rudolphi secundogeniti Alberti Cæsaris.

la concordiæ, Ottocharo Bohemiæ rege occiso, in præsentia multorũ principũ: ut si Vẽceslai regis soboles, qui Ottochari filius erat, & Rudolphi Cęsaris filiã Guetam coniugẽ ea in transactione acceperat, sexu meliori destitueret, ad Rudolphi Cæsaris stẽma regni Bohemici gubernacula trãsferrent. Itaq; Venceslao altero, quẽ prior ex Cæsaris nata procreauerat, Olomũcij in seditione interfecto, duę tantũ fœminę supererãt eo in regno: Elisabeta ducissa à Calesia, Venceslai iunioris nouerca: & Agnes filia nondũ matura uiro, quã Henricus Carnorum dux Cęsaris Alberti sororius, factione satraparũ quorũdam regni sibi desponsauerat: coronaq; redimitus, cõsilia Austriacorũ formula ueteri rescissa anteuertit. Qua de iniuria quęstus ad proceres Imperij Cæsar Albertus, ea rata ac firma cupiebat, in q̃ semel Bohemi tã solẽnib. instrumẽtis cõsensissent, iuramentoq; se suosq; nepotes obligassent. Visa erat iusta principib. in comitio hæc Cęsaris querela, & de sororij sui iniuria expostulatio. Itaq; cõmunicatis cõsilijs, Bohemici regni habenę Carno abrogatę sunt, auxiliaq; publico sumptu ad eripiendã illi prouinciã decreta. Prior ex Austria Rudolphi frater Fridericus, q germano cesserat, infesta in Morauiã signa tulit. Mox ex finib. Thuringię & Franconię, Mogũtinus, Magdeburgen. palatinus, Saxoq; premebãt. nec ab ortu cessatũ est ab ijs auxilijs q̃ Brãdeburgius, Mechlaburgius, alijq; circũ uicini miserãt principes. Tum Cęsar ipse ex superiori Austria, & Boiarię finib. ualido exercitu ingressus, infesta cũcta in regno fecit: ex itinereq; Gutenbergã, locũ mineris argenti fœcundũ, obsidione cinxit. At oborta lue ex metalli fœtore, nec Cæsar diutius obsidionẽ trahere, nec principes reliqui ob pecuniæ inopiã alere exercitus amplius potuêre. Quapropter propositis ab hoste conditionibus, quas tolerare absque ignominia posset, reductis copijs, sororio quoad uiueret, regni gubernacula permisit. reuersusque Viennam, Blancam coniugem amisit, anno 1305, in Minorum cœnobio, quod ab Ottocharo quondam Bohemiæ rege incœptum,

ad extremam illa manum perduxerat, donarijsque locupletauerat, conditam. Non multo pôst & Carnus in Bohemia obijt. Ob quod rursus à patre ad gubernacula Bohemiæ reuocatus, ut ea sine armis adiret, Venceslai iunioris uiduam, quam mirum in modum Bohemi obseruabant, in matrimonium accepit. ex qua nulla prole suscepta, altero mox anno rebus humanis, non sine ueneni suspicione eximitur, 1308. in die S. Vlrici. Bohemi Venceslai filiam, Carni uiduam, Ioanni Luczelburgensi comiti, Henrici septimi Imperatoris filio, coniunxêre: iura regni Austriacis ablata, ad Luczelburgenses traducunt: cuius generis fuêre, Carolus quartus, & Sigismundus, Impp. Duo inuenio ab hoc principe bella gesta, sed non tanti momenti, ut peculiarem aliquem in historijs locum mereantur. Primo Gussingenses comites Austriæ perpetuò infestos, patris Cæsaris nomine, qui ad Rhenum tum fuerat, compescuisse, eductis è Noua ciuitate copijs dicitur: Posonium præterea, ut sororē Agnetem, extincto Andrea rege liberaret, obsidione cinxisse. Altero, de Venceslai Bohemorum regis se iniuria uendicans, quæ per insidias ille Austriæ praeripuerat in finibus, Vuaydhouiam, Drosendorfiū, Rhabenspergiam, & Marheckium, maiori cum gloria recepit. Cuius frater tertius LVPOLDVS, hoc nomine in sua gente primus, cognomento Gloriosus, uel Gloria militum, ab exercitio uidelicet militari, quo cæteros principes illo seculo antecedere uidebatur, partitus cum fratribus ditiones paternas, Rudolpho uidelicet Bohemię rege, Friderico qui postea Cæsar contra Ludouicum Boium designatus fuerat, Ottone Styriæ duce, Henrico & Alberto canonicis, Sueuiam sibi ac Alsatiam retinuit: auspicatusque principatum à religione, in ipso adolescentiæ flore ad terram sanctam nauigauit: indeq; propitio numine reuersus, de corona Seruatoris spinam detulit: quam Agneti sorori reginæ Hungariæ, iam tum cœlibem uitam in cœnobio Kunigsfeldiano agenti donauit. deinde generi prospiciēs, Catharinam Henrici septimi

Austriaci Bohemia priuantur.

Lupoldi primi historia.

10 20 30

ptimi

ptimi Imp. filiã,&pŏst hãc Antici Sabaudię ducis uiduã si bi cõiũxit. Ex quarũ prima filias, Catharinã duci Schuuey nicię,& Agnetẽ Grossæ principi in Silesia, locatas progenuit. Quarũ prima in cœnobio Kunigsfeld, anno 1349 sepelit: Agnes Gallo Baroni de Kusyn secũdis nuptijs copulata,cõdita ibidẽ anno 1356. Fuit is princeps corpore ualido, & ad rẽ militarẽ tã animo q̃ arte instructus, ut cognomẽ inde publicè ferret. Itaq; auxilio profectus Henrico VII cũ in Italiã proficisceret,& diadema Cæsareũ peteret,cũ Mediolanẽses & Guelfos cũ illorũ duce Guid. Turriano uiã præcludẽtes uicisset, præfecti Lõgobardiæ titulũ adẽ ptus,cũ nõnullis munitionib. ad lacũ Cumanũ, hæc primus decora familæ suæ intulit. Adeptus præterea Ioãnis quõdã ducis,qui parentẽ interfecerat,hæreditatẽ in Sueuia ac Morauia,rẽ familiarẽ nõ minimũ auxit. Quo tẽpore Vnderuualdenses in Heluetijs obsequiũ remiserãt. In quos inexploratò profectus cũ exercitu, dũ se incautius anfractib. mõtiũ cõmittit, iniquitate loci 1500, unà cũ Ottone comite à Regẽsperg, amisit. Qua iactura animo minimè fractus, periclitãti tũ cõmodùm Friderico fratri, ac pro Imperio cũ Ludouico Boio decertãti, cũ fidis ac ualidis auxilijs adfuit, primũ omniũ cũ frater in electionẽ uenisset, ob bellũ uerò Hungaricũ quod imminebat in Austria tardaret, ad ripã Bruschij amnis, q Argẽtoracũ pfluit, in loco q Molsheym uocat, tãdiu substitit in armis, electorũ animos confirmaturus, donec frater ex Austria copias ad Rhenũ ductare poterat. Fratri quoq; in Cęsarẽ renũciato, cũ Eslingã ex itinere obsequiũ detrectãtẽ obsedisset, ne solueret obsidio hoste succurrẽte, cũ copijs auxilio uenit. Postremò in finib. Boiarię fratri Friderico extremũ pro fascib. pugnaturo, anno 1322, ingentẽ exercitũ adducturus ex Sueuis, Rhenẽsib. ac Heluetijs 2000 armauit. Quẽ etsi primo q̃q; tẽpore cõiũgere cũ frẽ cõstituisset, tamẽ interclusus in itinere à Mõtfortio, & ijs copijs quas Treueren. ac Mogũtinus Boiario auxilio miserãt, tardius iter ingressus, iam uicto ac capto fratre nequidq̃ dolẽs aduenit. Qui infelici fato fratris territus, ac ita affectus erat, ut ni Burcardus ab Ellerbach cõfestim aliunde copias adduxisset, marchio-

marchionatum etiam Burgouiensem Boius in finibus urbis Augustanæ occupasset. Itaque cum armis efficere Leopoldus nihil posset, cum nihil intentatum reliquisset, & omnes penè Europæ principes ea in re sollicitasset, ad Romanum postremò pontificem confugit, Ioannem XXII, atque ab eo fulmen & abrogationem Imperij, declaratā in Ludouicum Boiarium fratris Anticæsarem, impetrauit. Vnde factum est, ut non solùm multi quotidie ex principum ordine à Boio deficerent, uerùm etiam Romam ad causam dicendam Ludouicus 10 seuerissimè uocaretur, Luipoldo interea incendijs atq; rapinis ubique ditiones Boiarij affligente. ut postremò nolens uolens Ludouicus remittere de conditionibus, quas pro liberatione Austriaci prẹscripserat, cogeretur. Hæ fuerant: Vt insignia Imperij, à parentis morte comparata, Boiario redderet: ut prouinciam supra Anysum, quondam Boiariæ à Friderico primo detractam, captus restitueret, & titulo Imperij abstineret: burggrauio denique Noribergensi, eorum regulorum in Austria ius cōfirmaret, qui eo in prælio unà cum ipso capti 20 fuissent. Ex his secundam & penultimam, Burcardus ab Ellerbach, & Cartusianus monachus utriusque confessor, multis congressibus ac laboribus tandem desecuerunt. Et Leopoldus, de quo scribimus, redditis insignibus, fratrem post annum & sex menses è custodia Bauarica liberauit. ex sic atroci tragœdia & solicitatione, iráque efferuescente ita animo ac corpore affectus est, ut in febrem ardentem inciderit, eáque Argentorati in ædibus Domini ab Oxensteyn defecerit, anno 1326, mense Iulio: cuius corpus Kunigsfeldam abductum, ibidem iu 30 xta maiores suos honorificè sepultum est. Eius frater, quartus ordine, OTTO cognomento Iocundus, partitus cum fratribus paternas ditiones, hoc est Friderico Cæsare, Rudolpho Bohemiæ rege, & Leopoldo landgrauio, primò tractum Tulnensem in Austria, deinde Styriam quoque usurpauit, in cuius postea finibus Nouum montem, Bernhardinorū monasterium opulentum

Luipoldi pro fratre labores.

Luipoldi ducis Austriæ obitus.

Ottonis archiducis historia.

tum posuit.In quo ipse,coniunx,duo filij,& una filia cõditi, resurrectionem læti præstolantur. Erat aũt coniunx Elisabeta Stephani Boiorum ducis filia, cuius etiã instigatione Noui montis monasterium à fundamento construere cœperat. Ex qua procreatum Fridericum anno 1328,rursus amiserat 1344. Elisabetam quoq; iam nubilem,& Angliç regi desponsatam,anno 1326.X. Cal. Decemb.Quo tempore adhuc in minoribus existens,senioribus fratribus uiuis portiunculã Austriæ secus Tul-
10 lanã flu.gubernabat, cum iugis Cecij montis proximi, qui Pannonica arua ab Alpibus Noricis diuidit. Hic regiam sub Cecio, non procul à cõfluentibus Danubij & Tullanæ,loco amœnissimo ac nemoroso extruxerat:ac duobus morionibus usus, altero equite Franco Ottone Fugs, qui ab euentu odij quo cum rusticis perpetuò conflictabatur,Neydhardi nomen accepit: altero sacrifico Vuigando à Teben,parrocho in Kalẽberga, pago ad Danubium,non ita multùm dissito,mirum in modũ oblectabatur. Quorum uulgò noti ioci atq; risus sunt, & ad
20 pręsentem historiã non pertinent: sarcophagiq; alterius quidem ad parietem meridionalem cathedralis templi Vien.alterius uerò in pago Prugkles,supra oppidũ Neuenkyrchen,supersunt.Otto uerò dux cõsecutus gubernacula Austriæ postremò,senioribus fratribus sine prole extinctis,Rudolpho & Friderico, ducta secũda cõiuge Anna,Caroli IIII. Bohemiæ regis germana,in beneficiũ à socero Styriã cum parte Carinthię accepit.Quippe cũ amplissimas prouincias Henricus Carnus reliquisset,Bohemię scilicet regnũ,Carinthię ducatũ, palatina-
30 tũ Carinthię,uicariatũ Taruisianũ,& Athesinã prouinciã,ut Margaretã filiã,feminã deformẽ (quã ab oris turpitudine uulgus Multaschin cognominauit)tantarũ ditionũ hęredẽ,ut filio Ludouico Brandeburgen. cõiugẽ Ludouicus Cęsar IIII. impetraret, Bohemiãq; ac Athesinã prouinciã familiæ suæ subijceret: quarũ alterã iure Austriaci cõtingebãt,Carinthiã, detracto palatinatu à Luentio Draburgũ usq;,Austriacis (ut uocãt) homagio

Neydhardus & parrochus Calenbergensis aulici Ottonis ducis.

cõtulit. Quorũ Ottoni Carolus postea IIII, ex Bohemico matrimonio, uiduę scilicet Henrici Carni, Ioanni comiti Luczelburgẽ. natus, Carinthiæ beneficiũ ac Styrię confirmauit, data sorore in uxorẽ: metuẽs scilicet, ne ex formula cõcordię Iglauien. Austriades ius Bohemię repeterẽt. Ita Carinthia, atq; his auspicijs, per Ottonẽ Austrię domui adiecta fuit. Accessit tũ & Colmarien. ad Rhenũ ditio: & marchionatus Burgouien. Vnde legitur in peruetustis Annalibus: Anno Domini 1331, peruenit ducatus Carinthię ad duces Austrię. Quod Ioãnes rex Bohemiæ pergrauiter tulit. nam apud se statuerat, filiũ suũ Ioannẽ ducatui pręficere Carinthię, idq; iure hęreditario. Nam filius eius habuit uxorẽ Margaretã, filiã Henrici ducis Carinthiæ. Ad hãc adserebant Bohemi pertinere ducatũ Carinthiæ. Henricus enim Carinthius sine hęrede masculino obierat diẽ suũ. Causam hanc in conuentu principũ rex Bohemię multis egit legũ testimonijs, exẽplis, & rationib. alijs. Ex aduerso Ludouicus Cæsar cõtendebat, se, ut Imperatorẽ, posse ducatũ, qui careat legitimo hærede, adscribere cui uellet: & certas ob causas se ducatũ hunc adiudicare domui Austriæ. Hoc enim ad tranquillitatẽ Imperij facere. fore enim Carinthios Imperio obsequẽtes, si dominarent̃ eis Austriæ duces. Cum igit̃ alioquin essent magnę multis de causis simultates inter Imperatorẽ & Ioannẽ Bohemię regẽ, rex iam nõ amplius clàm, sed palàm dare & facere cõtra Ludouicũ. Ne aũt res ad maius bellũ peruenirẽt, interposuerũt se quidã pceres, quib. pax cordi erat: quiq; à bello abhorrebãt, rursus cõuenerũt principes, & comitatu Tyrolis Ioãnes F. Cęsaris cessit, q̃ q; Henrici socer fuerat. Itaq; res utcũq; cõposita est. Promisit aũt Bohemię rex, se cõtẽtũ quietũq; fore, comitatu Tyrolis Ioãni F. suo cõcesso. Hactenus Annales. Sunt porrò ex Annalib. q̃ uiuẽte etiã dũ Hẽrico patruo Bohemię rege & Carnorũ duce, id accidisse scribãt. Qui uidelicet ob senectutẽ pertęsus gubernaculorũ, Bohemiã Henrici VII filio regnũ cũ filia: Carinthiã uerò nepoti suo ex sorore, & Tyrolim reliquerit.

Cæte-

Carinthiæ ducatus ad Austriacos deuolutus.

10

20

30

Cæterùm unicum modò bellum ab hoc Ottone gestũ reperio, Bohemicum: si modò bellum appellãdum est, quod in primo limine felici matrimonio compositum fuerat, filię scilicet Caroli quarti Imp. ac Bohemię regis ab Ottone ductæ. Bohemus quippe factione Kunringiorum, satraparum ditissimorum Austriæ, qui Austrię possessionem nunquam non animo inuaserant in finibus Austriæ ac circũ, Czuuetl, Maylberg, Vuidenberg & Seefeld, Austriacis ademerat. Quæ loca armis recepturus Otto, ut diximus, antequã ad manus uentũ fuisset, matrimonio recuperauit filiæ regalis: quę filio Leopoldo unico edito, & in infantia extincto, obijt, sepulta in Nouomonte, anno 1340. Quam quadriennio pòst maritus cõsecutus, ibidem obijt, ac sepelitur, anno Salutis 1345. Eius frater minor natu HENRICVS nomine, fratrum quintus (qui erant uidelicet, Fridericus Cæsar, Rudolphus rex, Leopoldus landgrauius, & Otto dux) priuatus magna ex parte uixit in collegio primùm omnium Moguntinensium, in quo cum à fratre Friderico Cæsare, pontifici maximo Ioanni XXII cum copijs contra Gibellinos auxilio missus fuisset, archiepiscopo Moguntino coadiutor datus fuit: sed misso sacerdotio, cum se uana spe lactari uideret, uxorẽ duxit, Ioannis comitis Friburgen. propinqui sui filiam: & illa extincta, Elisabetam Ruperti comitis Friburgen. prope Basileam, filiam. Sed ex neutra prolem tulit, cum sinistram quoque expertus fortunam unà cum fratre Friderico Cęsare, à Ludouico quarto Cęsare in prælio Mildorfensi captus fuisset, anno millesimo trecentesimo uigesimo secundo. Liberatus magno ære è potestate Ioannis Bohemiæ regis, obijt in Bulca Austriæ oppidulo, anno millesimo trecentesimo quadragesimotertio, in die S. Blasij. Cuius corpus uectum in Ergouiam, solito conditorio Austriacorum sepultum fuit: nullis rebus præclarè gestis, nisi quòd doctus quidã tum temporis monachus Engelbertus abbas Admonten. in Styria, huic fratrique illius Ottoni, Opus quoddam non indignum memoria

Mors Ottonis ducis.

Historia Henrici ducis.

consecrauerit, de instituēda principis uita: in quo quàm fuerit cùm in philosophia tum historia uersatus, facilè liquet. Id non in Admonto, sed ad lacum Venetū in Sueuis cœnobio Salmersuuilensi repertum, dum bibliothecas perlustraremus, à tineis eruimus. cuius initium siue præfatio sic habet: Excellentibus & gloriosis principibus, Dominis suis, Ottoni & Henrico, illustribus ducib. iunioribus Austriç & Styriæ, Engelbertus licet immeritus abbas monasterij Admontensis, ordinis S. Benedicti, Salisburgen. Diœcesis, cum orationibus tam deuotū 10 quàm condignum ad ipsorum beneplacita famulatum. Cum publica & solenni fama teste certius cognouissem uos inclytos Principes generosam propaginem uestram à patre, & à serenissimorum Rom. regum stirpe clarissima descendentē, summo uirtutum Regalium conatu ac studio decorare. & quæ sequuntur. Postremus sex

Historia Alberti ducis Austriæ.

fratrum ALBERTVS extitit, minor natu, dum fratres in humanis erant, sacris initiatus, canonicum Patauiensem & parrochum Viennen. egit: uulgò Sapientis nomē sortitus, uel à uestigijs hausti aliquando ueneni, quod ac 20 ceptū fraude nescio cuius medici in neruos diuerterant ex necessitate, Cōtractus cognominatus, solus, fratrib. omnib. sine hærede extinctis, superstes fuit. & nō solùm dum adhuc in sacris esset, utpote ex professo, ad pietatis studia animum propensum habuerat: uerumetiā cum iam ducta uxore prolem progigneret, quç genus nobile

Studia pietatis Alberti.

seruaret, religioni ita deditus perpetuò fuit, ut & cum sacerdotibus diebus festis ad S. Stephanū psalmos cōcineret, & religiosos ubiq; foueret, monasteriaq; à maiorib. suis posita donarijs quamplurimis locupletaret: deniq; 30 pro Carthusianis quos unicè obseruabat, monasteriū à fundamento in alpibus Noricis extruerat, quod Gamingam appellauit, ubi & post mortem conditur. Tradunt Annales, hunc principem prima fundamenta iecisse cùm Academiæ Viennensis, constituto collegio prope arcem, non ita procul ab Augustinianorum templo: tum Capituli Viennensis ad sanctum Stephanum, empta

empta domo ab abbate Zuetlensi, qui adhuc nomen uetus retinet, & altera pro canonicis noua extructa. Huius præterea auspicio comitatus Pfyretarum Burgundiæ & Sundgouiæ uicinis Austriæ accesit. Quippe cum liberatus sacris ordinibus à Romana sede, coniugem adsciuisset, Ioannam Vlrichi Pfyretarū comitis filiā, uiraginem ac doctam fœminam (quam tradūt Romam profectam, Latinè cum summo pontifice locutam fuisse) mortuo paulo pòst socero sine prole mascu-

10 la, à Carolo quarto Imperatore comitatū Pfyretensem comparauit, non solùm quòd sanguinis uinculo Habsburgenses quondā comites illos cōtigissent: uerumetiā quòd cum comitibus Montis Belgardi, ac præcipuè episcopo Basiliensi, qui ius quoddam hæreditatis prætendebant, intercesione Cæsaris aliorumque principum amicè transegisset, uxoris sororculæ uirgini morbis conflictatæ octo millibus ducatorum pro dote confectis. Progenuit autem ex ea, de qua loquimur, coniuge Rudolphum quartum, quem fundatorem cognomi-

20 nant, authorem Gymnasij Viennen. & ecclesiæ cathedralis sancti Stephani: Albertum tertium, quem cùm Trica cognominant Annales, conditorem arcis Laxenburg: Lupoldum secundum, ex cognomine Probum, authorem arcis in Noua ciuitate, qui ab Heluetijs postea in acie occisus est ad Sempach, anno millesimo trecentesimo octuagesimotertio, Fridericum secundū, in puericia mortuū: Margaretam, Mainhardo marchioni Brandeburgensi & Tyrolis comiti, Ludouici IIII. Imp. filio coniunctā: & Catharinā, quę monasticen pro

30 fessa, cœnobio se S. Clarę Viennę nuper ab Anna Friderici Cæsaris patrui nata posito, inclusit. Erat autem princeps mansuetus & prudens (unde & Sapiētis cognomē adeptus est) mediocriter doctus & qui æquè honestas disciplinas atq; religionē colebat. Vnde & basilicā S. Stephani, quæ ante aliquot secula ab Henrico I. Austriæ duce sanctorū omniū nomini consecrata fuerat, in altiores fornices extulit, multoque sculptili, & turri admirandi

Comitatus Pfyretarum.

Liberi Alberti.

Templū S. Stephani Viennæ.

operis exornauit: quam filius postea Rudolphus ad extremam manum perduxit, & turri Argentoracensi æquauit, & accersitis è Lutecia Parisiorũ Theologis, Occa quodam, ac Henrico de Hassia, cæterisque, præmijs inuitatis doctis undiq; uiris, ut tum secula tulerant, collegium auspicatus est in Arcis uicinia: cuius professores à filio Rudolpho translati posterius ad mœnia portám que quà in Hungariam iter est, & in plures domos contuberniaque clausi, publici Gymnasij formam fecêre. Qui tametsi princeps ad pacem magis natus quàm arma uideretur, religiosisque hominibus ac pijs magis fores quàm militibus paterent: tamen quatuor bella, sed congressu magis amico quàm sanguine, feliciterq; confecit. Quorum primùm Bohemicũ erat, ad quod à Ioanne rege Bohemiæ Henrici septimi filio coactus fuerat. Is quippe Tyrolis comitatus possessionem inuidens Austriacis, Ludouico iam Cæsare quarto extincto, cuius authoritate Bohemiæ adempta ditio illa, Austriæ domui cesserat, infestis signis, nulla facta prius belli denunciatione, Austriam ingressus fuerat, anno millesimo trecentesimo trigesimoseptimo: ad Teyamque & Morauiam expugnato castello, alterum quoque in finibus Bohemiæ obsidione premebat. Erãt Bohemici duces, duo fratres à Lippe, cum quib. Austriaci congressi, ductoribus comite ab Hardecke & marescalco à Meyssauu, cęsa acie, duces in captiuitatẽ redegêre. Qua de causa, & ut semina maximi futuri belli pręciderent, Viennã ad Austriæ ducem ultrò conuenêre Ludouicus Hungariæ & Carolus Bohemiæ, reges, duces Boiariæ, & episcopi eius prouincię. horũ congressu atque authoritate ad certam formulam conciliatis animis principum, pax constituitur, & ablata redduntur, anno millesimo trecentesimo quadragesimoquinto. Quæ primo mox anno uiolata ab his qui fines colũt, satrapis, Henrico à Rosenberg, & quodam à Noua domo, rursus in nouum incendium efferbuit. Hi quippe maleficio loca uicina infestantes, Vuaydhouen oppidum Austriacum occupaue-

Bellum Bohemicũ Alberti.

pauerat. Contra quos Albertus cū copijs re subita euocatis, Rudolphum filium misit: qui & oppidum recepit, & Bohemos intra fines compulit. Ad quam uictoriam rursus conuentus principum ad Laam factus, anno millesimo trecentesimo quadragesimooctauo, matrimonio omnem contentionem sustulit. Catharinam enim, Caroli Bohemi filiam, qui in Imperio postea Quarti nomen adsciuit, Rudolphus Alberti archiducis filius uxorem duxit: & repetitis postea cōgressibus principum, (quorum unus Viennæ est habitus, anno 1349, cui rex quoque Hungarię Ludouicus interfuit: secundus Monoci, millesimo trecētesimo quinquagesimo: tertius Lynczij eodem anno) semina bellorum cuncta sublata fuêre, & tam Bohemiæ regno quàm Austrię tranquillitas recuperata. Sed alius in Heluetijs ignis exortus, Austriacum nouo bello implicuit. Concesserat fatis eo tempore postremus comes à Rappersuuyl, & Vuandelberg, cuius erat ditio ad lacum Tigurinum: quam armis Tigurini occupauerant. Ioannes uerò comes ab Habspurg & Laufenburg, propinquus Austriaci, iure repetebat, quòd natus foret ex filia comitis Rappersuuylensis. Ea de causa cum amicè transigi negocium non posset, ad arma uentum erat: in quibus Tigurini uictores, comitem cœperant. Ad quem liberandum cum exercitu amplissimo profectus Albertus, anno millesimo trecentesimo quinquagesimoprimo, Tigurum obsedit: liberatoque propinquo, ditionem illi ademptam reddidit. Quam non ita multo pòst, rebus humanis exemptus, Austriaco legauit: etsi comites Montis Belgardi, diu alieno iure possessionem ad se trahentes, postremo Tigurinis ac confœderatis cæteris, quorum auxilio ad uim utebantur, eandem tradiderint. Hac de causa, & quòd auxilium eius implorarent contra confœderatos proximi comites ac propinqui, à Kiburg, Tyersteyn, Regensperg, Vueyssenburg, Dockenburg, Sargans & Coriers, quasi ex itinere ad tertium bellum

Bellum Heluetiicum Alberti.

com-

compulſus,magnis coactis copijs,qui defecerant,Heluetios adgreſſus eſt:ſed propter montium anfractus,quos inſederant illi,& deſuper ex ſcopulis ſaxa iactabant, nihil magnopere eo bello confecit. Auocabat eum praeterea,ne pergeret,triſtis de obitu uxoris nuncius allatus: & quòd Veneti Auſtriacos fines in Foroiulio & Taruiſiana marcha tum infeſtare cœpiſſent. Sunt ex Annalibus qui adnotarunt, Auſtriacum octuaginta millia hominum habuiſſe in exercitu,atque Romani etiam cùm Imperij principum, tum Cæſaris ſubſidia ampliſsima. 10

Bellum Venetū Alberti, & pax. Inſtabat iam Auſtriaco ad annum proximum, qui erat à relata Salute 1353, Venetū bellum. Ad hoc compeſcendum, pontifice Romano interpellante, ad Viennā Auſtriæ conuentus indictus eſt: ad quem uenerunt Carolus quartus Imperator, Ludouicus rex Hungariæ, Romani pontificis legatus, patriarcha Aquileienſis, orator Venetorum,marchio Brandeburgen. & Boiarij duces:qui alternis conſultantes,tandem abiectis armis,pacem amplectuntur. Rebus feliciter confectis,principes ex conuentu Pragam omnes cum Carolo Cæſare abierunt,deducēte eos Auſtriaco duorū millium equitū comitiua. Iſthic formula perpetui fœderis dicta fuit: quod uix tamen quadriennium ſtetit. Rurſus enim Veneti ex inſidijs Hungaricos fines in Dalmatia,& Auſtriacos in Taruiſiana marcha adorti,aliquot arces & caſtella præripuerant.ad quæ recuperanda,aliosq; fines tuendos,uterque iterum princeps ad arma uocati ſunt. Sed & hæc ſcintilla Martis, conuentu ad Viennam conſtituto extingitur,per Romanum legatum,Cæſarem Carolum, præſentibus partibus Ludouico Hungariæ rege,Alberto duce,& oratore Veneto,Anno 1357. Nondum is annus excurrerat,paulo antè mortē, quarti belli neceſsitas Alberto imponitur. Eberhardus enim Vuirtenbergiæ comes,ſtudijs belli eo ſeculo clarus, armis liberas ciuitates circùm,comitesque urgebat: inter quos Albertus & Rudolphus comites ab Hoenberg & Haigerloch Auſtriaci, propinqui extiterant, ut cuius auia

Anna

Anna nomine, Alberti Hohenbergensis filia extiterat. Ea de causa Austriacus eductis in aciem copijs, auxilio profectus, iam senior, si conciliatis animis comitum, pace transigere negocium posset, cogitauit. Aderat & Cæsaris authoritas, & aliquot uicini principes interpellabant. Ita armis depositis, Vuirtenbergensis Hohenbergensibus Rottenburgum, Horbum & Buckingum, cum Pusso monte, quæ occupauerat, restituit: & tranquillitas ad Neccarum relata fuit. Cum aliud rursus in-
10 cendium idem Vuirtenbergius in Hægouia excitauit. Erat ea tempestate in acie occisus postremus Klingenbergensis stirpis, eo bello quod inter Anglum, Gallum, Bohemum & Flandrum cum multo sanguine gestum fuerat: cuius ditionem in Hęgouia armis ad se Vuirtenbergius traxerat, Altum Tuuyelum, Stayn oppidum cum arce, ubi Rhenus ex lacu Veneto effluit, & Schafhusium. Erat uerò stirpis Klingenbergensis adhuc quispiam in uiuis, sed cui nullæ ad resistendum tam potenti bellicosoque comiti uires erant. Huius causam Austria-
20 cus, ut propinquus suscipiens, ab armis rē ad cognitionem legitimam transtulit: & ad Cæsarem interpellans, ut propinquus in possessionem mitteretur eorum quæ Vuirtenbergius præripuerat, effecit. Qui post aliquot annos cum sine prole mascula obijsset, Schafhusium ac Stayn Austriacis testamēto legauit, Tuuyelo genero concesso. à cuius posteritate non ita pridem Vuirtenbergius recuperauit, cum Schafhusium multo antè ac Stayn confœderati Heluetiorum è potestate Austriacorum adseruissent. At Albertus archidux altero
30 anno, qui fuit à Christo nato millesimus quingētesimus quinquagesimus octauus, XIII Calend. Augusti, hoc est 22 Iulij, plenus annorū ac laborum, uitam cum morte commutauit: conditus in Carthusa Gamyngensi, sua fundatione, ubi plurimum morabatur, ac cum fratribus operam sacris dare solebat. Quo loco nos historiam Rudolphi ac Alberti primorum, rhythmis Germanicis prolixè ac eleganter cum coloribus poeticis à

Bellum Alberti Vuirtenbergicum.

quodam equite Styro Ottocharo ab Horneck descriptam, è tineis eruimus. Est autem uerisimile, duos istos codices, qui magni sunt, in regali papyro, parentis eius, hoc est Alberti I. Rom. regis fuisse: cuius ibi quoq; historia cōtinetur. Idq; conijcio ex inscriptione, quæ his uerbis primæ paginæ indita est: ISTE LIBER EST ROM. REGIS A. Cæterùm coniuncta hæc tēpora fuêre, quib. ad clauū Austriç sedebat Albertus, nō solùm cum maximis calamitatib. uerùm etiam charistias, lues pestilētiales, ac reliquas magni nominis clades unà secū 10 adferebant. Iam primùm omniū locustç uolātes, anno 1339, fruges omnes consumebant. deinde anno Domini 1347, uina ac fruges intempestiuo frigore ueris perierāt. Terręmotus secuti erāt horrēdi, anno 1348. quo pleraq; oppida Austriç ac Styriç cōciderāt. Noriberga quoq; ac Basilea cōflictabant, anno 1357. Secuta est maxima lues, in qua (præter multa milia) ante diem ablati fuêre, Ludouicus comes ab Ottingen, archiducis sororius, sepultus in Czuetl Austriç: Henricus comes à Pfannberg, marescalcus principis: Lutoldus à Kunring, & Vuilhelmus 20 à Landstayn. Obscœna quoq; eodē tēporis horrenda ac miracula contigere. Iudçi passim per Austriç oppida dispersi (quos ex antiquo priuilegio Albertus hospitatus erat: idq; iussu Caroli Cæsaris, ut literæ declarant, datæ Brynnæ, anno 1348) hostiam sacram furati fuerāt eodē propè tempore, puerosq; Christianos cultellis percusserant, atq; cōfecerant locis diuersis, Egenburgç, Herczogburgç, Neuuburgç, & Cznoymæ. Quorum antesignani cum ad supplicium rapti fuissent, reliqui infectis fontib. ac puteis, luem illam introduxisse ferebantur. Ea tem- 30 pestate pariter fama spargebatur de Antichristo in Babylonia nato: & puella quædam erat in Austria, quæ in magna charistia, cum à matre panem postulasset, & illa fortè impatiens dolore, famem decennem imprecata fuisset, decennio cibo omni abstinuerat, raro admodùm aquæ se potu reficiens. Ob quas calamitates publicè notas, conuersi multorū animi ad Deum, pœnitentiam

Calamitates ac clades Austriæ.

tentiam publicè egerũt, circumeuntes prouincias cum flagellis, ac ad sanguinis se effusionem lacerantes. Et hactenus de Alberto archiduce, eiusque pręclarè gestis. Quem in gubernaculis secuti sunt, nulla tamen certa diuisione facta, ne priuilegijs Austriæ iniuriam facerent, filij: Rudolphus in Austria, Albertus in Styria, & Lupoldus in Sueuia, Sundgouia, Brisgouia & Alsatia. Quorũ RVDOLPHVS, ut primogenitus, gubernacula capessens, hoc nomine, quoad in Austria rerum potiti fuerãt,

Successores & filij Alberti.

10 Quartus ex cognomento (quod ex moribus sumptum erat) magnanimus, & ob adiutam ubique religionem Fundator publicè Annalib. dictus, paternis uestigijs insistens, religioni cum primis operam dabat, huicque addictos præ cæteris & fouebat; & extollebat. Quapropter & quæ parens incœperat, basilicam S. Stephani, & Gymnasium, ad extremam feliciter manum perduxit: quorũ hoc quidem ab arce ad alium locum magis tranquillum transtulit, ædibusque Templariorum ac reditu annuo mille aureorum locupletauit: illam uerò turri

20 admirandi operis editissima, ad imitationem Argentoracensis sculptam, elatamque, & collegio Canonicorũ cathedrali ornauit, reditibusque multis ac prærogatiuis insigniuit, dato prępositо, cui proximum à se locum concessit, & aliquot arces prædiaque designauit: habitumque peculiarem à Romana sede & illi & canonicis impetrauit, quo magnificentiam ordinis apud posteros testaretur, ut longis rubris ex Scarlaco tunicis induti, auream in pectore crucem præferrent, neque inferiores Coloniensibus ac Moguntinis publicè fulgerent.

Capitulũ Viennense, & Præpositus.

30 Quos ut ad pietatem ardentius amplectendam hortaretur, uoluit ut diebus festis, solennibusque supplicationibus Carmelitæ monachi, quorum similiter cœnobiũ posuerat, canonicos suos præsentia sua in S. Stephani æde precibusque adiuuarent. Constituta lege insuper, ut canonici ex curialibus partim, partim uerò professoribus Gymnasij, qui iam rude donandi forent, legerẽtur. Quæ magna ex parte fratres illius, ac Albertus præci-

puè quem cum Trica appellant, aut inuitauit, aut imminuit, magnificentia abrogata, ac opibus cùm canonicis tum præposito ademptis. Largitus est porrò idem Rudolphus non minora donaria cæteris cœnobijs, ac maiorum suorum fundationibus, ut nullus sit religiosorum cœtus tam in Austria utraque quàm Styria atque Carinthia, qui non aliquo sit reditu ab hoc principe adiutus. Ita reuerà Fundator cognominatus, bonum in se & frugalis principis exemplum statuens, gubernacula Austriæ capessiuit, quæ pater testamẽto moriturus, ut seniori ac sapienti commiserat: fratribus ad consilia tantùm admissis, & certa reditus annui summa designata. Ea de causa ut publica autoritate ditiones paternas possideret, à Carolo quarto tum temporis Imperatore, archiducalem (quam uocant) inuestituram solus acceperat, anno Salutis 1360. fratribus nihilominus ex liberalitate, Alberto Styriã, & Lupoldo Sueuiam Alsatiamq; cum Brisgouia, ut isthic ad clauum sederent, concessit. Sunt ex Annalibus qui scribunt, Austriæ tum priuilegia ipsi ab Imperatore, cuius fuerat gener, aucta fuisse: diplomateque autentico cautum, ut nemini liceret aduersus Austriades ad Cameram Imperij prouocare: neque ulla etiam ab archiduce, à subditis prouocatio fieret: & si qui litem archiduci intenderent, respondere his non teneretur, nisi iusticiam aduersarius temerè forsan negaret. adiecta postremò appendice: Si solennia omnia quæ ut archiduci debentur, non fierent, Rudolpho sine fraude forent. Eâdem ratione ex beneficio à socero & Taruisianã marcham accepit: & Nicolaus similiter patriarcha Aquileiensis Forumiulum, Peyschldorfium, ac circùm sitas ditiones, libenter Rudolpho, præteritis fratribus, tum concesserat. Nondum uerò sequebantur fidem Austriacorum Carinthij, Goricenses, ac Athesini. Itaque extincta prima uxore Catherina, quã diximus Caroli quarti natam extitisse, Margaretam sibi cum coniunxisset, Henrici Bohemiæ exregis & Carnorum ducis filiam, uiduatam duobus iam maritis (Ioanne

Inuestitura Rudolphi in archiducem.

anne

anne Brandeburgensi, Ioannis Bohemiæ quondam regis filio: & Maynhardo, Ludouici quarti Cæsaris nato) fœminam admodum opulentam, deformi tamen faciei, quam uulgus idcirco ex risu Multaschyn cognominabat, genus suum duabus maximis prouincijs locupletauit, auxitque: Carinthiæ uidelicet ducatu, & Tyrolis comitatu, mineris auri, argenti, argenti uiui, ferri ac plumbi, salisque coctione quàm fœcundissimis. Quarũ non solùm hæreditatem Margaretha adierat, sed facile

Carinthia ac Tyrolis Austriæ accedit.

10 etiam maritus eius Rudolphus à Cæsare socero Carolo quarto, ex beneficio Imperij obtinuerat. Cuius ut beneficia in domum Austriæ collata aliquo officio reponeret, euntem Romam ad Imperialem coronam suscipiendam, splendidissimo equitatu quingentorum comitatus est. Vbi ex itinere Mediolani defatigatus æstu ac labore, iuuenis etiamdum obijt, in die sancti Iacobi, anno millesimo trecentesimo sexagesimotertio. Cuius corpus relatum in Austriam, quarto Nonas Decembris in basilica sancti Stephani, quam à patre incœptam, ad

Obitus Rudolphi quarti.

20 extremam manum perduxerat, in crypta sub choro, quam suo generi isthic primus posuerat, primus etiam generis sui inclyti sepelitur. Cuius anniuersarium eodem die mortis suæ, uigesimoquarto Iulij quotannis à Capitulo cathedrali & Gymnasio gratæ memoriæ ergò peragitur. Fratres partiti prouincias (nullam enim reliquerat Rudolphus prolem) Austriam utramque, Styriam ac Carinthiam, cum Carniola, Vuyndorum marchã, Taruisianaque, Albertus: Lupoldus Tyrolim, Burgouiam, Sueuiam, Heluetiam, Sund-

30 gouiam, Pfyretensem comitatum, Brisgouiam ac Alsatiam, gubernandas desumpsere. Quorum ALBERTVS hoc nomine in familia tertius, ex cognomẽto publico cum Trica, dictus est: quòd hanc uidelicet tam in barba quàm capillo ferre solitus sit, eamque peregrinatus ad terram Sanctam, uxori suæ Beatrici, burggrauij Noribergensis filię, memoriæ ergò dedisset. Alij diuersum tradunt: quòd reuersus Hierosolymis,

Alberti tertij historia.

anno 1385,in Nouo castro à se constructo,quo pręcipuè delectabatur, cum coniugem lauantem,ut erat,solutis criminibus reperisset, subitò uolenti more mulierum in nodum constringere,eundem praescidisset. Vtcumq; sit,trica adhuc illa in Laxenburg castro adseruatur, memoriamque illam cognominis,amorisque coniugalis attestatur. Quàm aũt loci illius amoenitate hic princeps sit delectatus,uel uiuarium coarguit,quod amplissimũ in nemusculo muro isthic cinxerat: ac duo lacus, quos suffoderat in uicinia, Gundersdorfensis ac Pidermansdorfensis,demonstrant. Condidit his finibus & aliam arcem supra oppidulum Medlingam, ubi ob uineta propinqua non rarò commorabatur. Et quanquã ad pacis magis studia quàm arma natus esset,tamen tria illum inuenio,non magni tamen momenti,bella gessisse. Quorum primum aduersus comitem Schauunburgensem Henricum susceperat, qui in Austria superiori congestis opibus obsequium remiserat,inuadereq; principis dignitatem libertatemque conabatur. quem mox inter initia belli,expugnatis Peurbacho oppido, & arce Leonsteyn: etsi ad fidem reduxisset, tamen accusatus à comite coram Imperatore, hic quoq; cognita causa uictor euasit,arbitris impetratis burggrauio Noribergensi Friderico, Berchtoldo burggrauio Magdeburgensi, comite ab Hardecke,& domino Babone ab Abensperg Boiario : qui, causa controuersa examinata, comites Schauunburgenses non solùm Austriae subiecerunt,uerumetiam ditiones quasdam ademerunt, Atergouiam cum lacu,& arce Kamer, Viechtensteyn & Neuuhaus, & mulctam insuper accusatori indixêre XII milliũ aureorum. Secundo bello,Friburgensi comiti propinquo suo auxilio profectus,qui Brisgouiã obtinebat, aduersus ciuitatem Friburgensem propriam bellum gerenti:quae subsidijs Tiguricensium, Basiliensium atque Argentoracensium,spiritus cõtumaces extulerat. Hoc sine sanguine bellum ita confecit, ut propinquus Ioannes nomine,acceptis XII millibus florenorum ab oppidanis,

Bella Alberti tertij.

10 20 30

danis, aliquam illis libertatem, ius uerò aduocatiæ perpetuæ Austriadis concederet. à quo tempore Friburgum Austriadum fidem secuta ciuitas fuit: & Friburgensis comes accepta pecunia, comitatui eius subsidio Badenuuiler comparauerat. Cuius filius postea cum sine prole mascula obijsset, magnam Brisgouiæ partem Austriadis, ut propinquis reliquit: parte eius tamen aliqua cum Sulczbergensi, Susenburgensique comitatibus, ob matrimonium postremi filiæ, ad marchiones 10 Badenses deuoluta. Secutum hoc est tertium ac sibi fatale Bohemicum bellum, ad quod ob continuas excursiones Morauorum Bohemorumque coactus fuerat. In hoc bello, antequam finem imposuisset, ad Znoymam, ex uenationis paulo uehementioris exercitio, soluto uentre, rebus humanis eximitur, die Augusti decimooctauo, Anno millesimo trecentesimo nonagesimoquinto. Cuius corpus Viennam delatum, in crypta fraterna sub choro sancti Stephani basilicæ, terræ conditur: ita tamen aromatibus differtum, ut reli-20 quiæ quædam adhuc supersint. Parum aberat uerò, quin & intestinum cum fratre Leopoldo bellum gerere coactus fuisset. Is enim cum plures liberos acquireret, ac de sterilitate suarum ditionum, inæquali'que diuisione quereretur, armis inferiores etiam prouincias ad se trahere cogitabat. Quæ consilia præueniens Albertus, Styriam fratri, ac Ciuitatem nouam in Austria inferiori, cum proximo comitatu Butensi concessit: ubi & arcem construere primus cœperat, quam filius cognominis postea finiuerat: ho-30 die etiamnum loci amœnitate, uiuario amplissimo ædificio'que, Austriæ principum regiam. Cæterùm ut de Alberto finiamus, fertur is princeps tanta præditus & religione & probitate fuisse, (imitatus uidelicet in hoc fratrem ac parentem) ut psallere cum Canonicis ad sanctum Stephanum subinde, Carthusianis'que in Gamynga, quam ob patris tumulum sæpe inuisebat, solitus fuerit. Et cum honestis disciplinis

Diuisio secunda Austriadū.

Arx Nouæ ciuitatis constructa.

Mores Alberti tertij.

plinis addictus fuisset, præter cæteras tamen, Astronomiam coluit: alumnosque illius dilexit sic, ut & naturalem filium Leopoldum, cuius Astronomicum opus extat, huic initiari curauerit. Fuitque primus hic, qui in Academiam Viennensem, quam pater incœperat, & Rudolphus frater finierat, Mathematicas lectiones attulit: cuius confirmationem pariter à Papa Vrbano sexto impetrauit, Anno millesimo trecentesimo octuagesimoquarto. Huic principi deniq; exordia debet diui Hieronymi Vestalium cœnobium: quod sub Alberto postea quinto, Chūradus Holczler quęstor Ducalis & consul Viennen. locupletatum, pro pœnitentibus, quæ Germanica lingua psallerent, finiuit. Genuit porrò Albertus iste, ex Beatrice burggrauij Noribergensis filia, unicū filium legitimum, cognominem: de quo suo loco postea dicemus. Interim se nobis LEOPOLDVS secūdus, siue secundum alios tertius, offert, superioris Alberti frater germanus, ex cognomento Probus: quem, dictum est, in diuisione cum fratre, mortuo Rudolpho quarto, Tyrolim, Sueuiam, Burgouiam, Sundgouiam, Brisgouiam, Heluetiam ac Alsatiam sortitum fuisse. Qui tametsi nullo Imperij beneficio à Cæsare Carolo quarto, uiuentibus fratribus, ornatus esset: tamen in possesione, de quibus locuti sumus, prouincias, concedente Alberto fratre, tenuit. Et cum multos filios ex Virida Barnabonis Mediolan. uicecomitis nata procreasset, iuuenis etiamdum, Vilhelmum uidelicet, Fridericum, Ernestum & Lupoldum, causatus inæqualem diuisionem, Albertum fratrem adegit, ut Styriam superioribus prouincijs, cum tractu Nouæ ciuitatis, adijceret: nec ita etiā satiatus, post quinquennium & Carinthiam extorsit, & Taruisianam marcham: quas, interfecto illo postea ab Heluetijs in acie, filij ita inter se diuiserūt, ut Vilhelmus Carinthiam cum tractu Nouæ ciuitatis, ac marcha Taruisiana, Foroiulijq; ditione: Fridericus Tyrolim ac Heluetiam, Sueuiamque: Ernestus Styriam cum Carniola ac Vuindorum marcha: Leopoldus uerò minimus natu Alsa-

Fundationes Alberti tertij. *Leopoldi secūdi historia.* *Diuisio secunda Austriæ principum.*

10 20 30

Alſatiam,Sundgouiam,Briſgouiam,ac Pfyretenſem comitatum, Nellenburgenſemque & Hohenbergenſem ad Neccarum,obtinerent. Quorum pater, de quo ſcribimus,ſtudijs belli peritior fuerat,quàm felicior. Nam cū duo maxima bella geſsiſſet, in primo quidem, quod cum Venetis ob Taruiſianam marcham ſuſcipere coactus erat,uictor auitas ditiones maiorum ſuorum,multis opulentis per Forumiuliū ac Iſtriam, ciuitatib. oppidisq; auxit,Tergeſto,Cenadio,ciuitate Iulienſi quæ hodie etiamnū Auſtriæ uocatur, Spera ualle,Beluino,Feltre,ac S.Victoris caſtro.Hęc pręda fuerat eius belli,quod cōmunibus auſpicijs cū Ludouico Hungarię rege,Franciſco Carrarien.marchione Patauino, Maſtino de la Scala domino Veronenſi,& Rumboldo de Colalto,aduerſus Venetos tum geſſerat,ut diximus,uictor:è quib. Carrarienſis fraude, ac defectione Feltre, Speraualle,Beluinum,& ciuitatē Iuliēſem rurſus amiſerat:ut reliqua teneret in fide,cum Venetis amicè tranſegit,fœdere icto cum ducib.illorū. Cæterùm cum & ſecundū poſtea, anno à nato Chriſto 1383 meditatus,ingentem aduerſus Heluetios,qui à fide Auſtriaca defecerant,Suuitenſes in primis,Zugenſes,Vrenſes & Vnderuualdenſes, procinctum feciſſet,in quo auxiliantes uicinos etiā cùm principes tum comites, atq; adeò Rom. Imperij ſuppetias habuerat,dum inexploratò montiū fauces,anguſtasq; ualles ingreditur,concluſus undiq; ab hoſtibus,qui ex montium præterea apicibus ſaxa in exercitum tanquam certam ad metam deuoluebāt,ad internecionem cæditur: ac dum in acie fortiſsimè dimicaret,haud procul à Sempach occiditur,cum maximi nominis principibus ac uiris,qui periclitantem non deſeruerant.Quorum adnotarunt Annales præ cæteris, Ottonem marchionem ab Hochperg, Vlricum palatinum Tubingenſem,Petrū comitem à Tyrſteyn, Fridericum cognomento Nigrū comitem ab Hohenzollern, Vualtherum ~~comitem~~ à Gerolſeck,Ioannem comitem à Schuuarczenburg, Vlrichum ~~comitem~~ ab Haſenburg, Ottmarum dapife-

Bellum Lupoldi ſecundi.

Lupoldus occiditur ab Heluetijs.

Qui cum Lupoldo occubuerunt.

rum de Vualpurg, Ioannem baronē ab Oxenſteyn, Fridericū dominum de Monſtral, Gotofridum de Vuynsheym, Fridericū Schuuiggerum de Gundelfingen, Ioannem à Seldeneck, Reynhardum de Niberg, Bernhardū de Saxenheym, Benczonē ab Hohenſteyn, Vuolfgangū de Staynheym, Ioannē à Rudenberg, Sifridū de Villenberg, Vualtherū de Hohenfels, Sigefridum ab Erpach, Chunradum de Heffingen, Schuuiggerum de Gruningen, Scharbonem de Berlichuſen, Chunonem dapiferū de Bachuſen, Ioannem de Sperberſeck, Henczonem de Liechteneck, Eberhardum de Sternfels, Andream de Guſsingen, Diepoldum de Nidlingen, Vuolfonem de Pfanhuſen, Gunczonē de Staynhaym, Ioānem à Grumpach, Chunradum à Lympach, Chunradum de Edecken, Albertum à Rechperg, Vuolfgangum de Kruten, Rupertum de Gelſydl, Henricum Vualler, Chunradū Kiffer, Ioannem de Lar, Raue de Liechtenſteyn, & Vualtherum Sper de Eſelen. Occubuêre tum & ex Auſtriacis, Styris ac Tyrolen. Dominus ab Arberg, à Reyffenſtayn, à Greyfenſteyn, ab Horneck, Hieronymus à Boienſteyn, & quidam Slanderſperger. Facta eſt hæc clades decimo Iunij, anni 1386. Funus ducis, aliorumq; quos memorauimus, à Sempach Kunigsfeldam in cœnobium Sanctionialium ducta, ibique in templo paſſim ac circuitu condita fuêre, quod auia quondam Eliſabetha in locis cædis mariti Alberti regis, à fundamentis poſuerat. Hac uictoria exultātes Heluetiorū pagi interiores, de quib. locuti fuimus, facile in ſocietatē reliquas uicinas non ſolùm Auſtriacorū ditiones, uerumetiā Imperiales urbes, ac epiſcopales, comitūq; propinquorū agros traxêre. Itaque defecêre tum ab Auſtriadis rurſus, Vchtlādia, Friburgū metropolis illius, Berna, Lucerna, Schafhuſiū: à Romano uerò Imperio, Tigurū & Glarona: à monaſteriorum obſequio, S. Galli urbs, & Eynſidlē oppidū: ab epiſcopis deniq; uicinis, Baſilea, Dieſſenhouē, & alia pleraq;. Manſit aliquādiu cladis illius apud Heluetios memoria, cū lamentabili oratione cōiuncta, qua in con-

Defectio Heluetiorum totalis.

concionibus paſsim ſacerdotes plebem ad preces inuita re ſolent, lingua uernacula: Laſzt vnns bitten vmb Hertzog Leopolds vonn Oſterreich ſeel/der vmbkhummen iſt vonn den ſeinen / ~~vmb das ſeine~~ / vnnd in dem ſeinen. (*mit den ſeinen.*)
Is Leopoldus etſi in primo flore raptus, fatorum iniquitate occubuerit: tamen ſtemma ſuum inclytum, & ſobole quatuor filiorum, ac trium filiarum auxit: acceſsioneque nouarum ditionum, in Iſtria quidem, Tergeſti, Mitterburg & Merrenfels: in Sueuia uerò, comitatus Hohenbergenſis ad Neccarum, Veldkirchen, & Bludencz in Rhętis, acceſsione locupletauit: caſtrumque in Noua ciuitate Auſtriæ unà cum uiuario, à ſolo primus incœpit. Cuius filię, Margaretha Maynhardo Boiarię duci, ac poſtea Caroli IIII. filio, Morauię marchioni: Eliſabetha Hērico Goricen. comiti, & tertia Chūrado burggrauio Magdeburgen. comiti Hardecenſi in Auſtria, coniunctæ fuêre. Cum filij, extincto patre, ditionem eius inter ſe ita partiti: Vilhelmus natu maior Nouam ciuitatem cum agro proximo, Iſtriam, portum Naonis, & partem Carinthię orientalē: Erneſtus Styriā, Vuindorū marchā, Carniolā: & Fridericus Tyrolis comitatum, Sueuiam, Burgouiam & Heluetiam: & Leopoldus, minimus fratrum, Sundgouiam, Briſgouiam, Pfyreten. ditionem & Alſatiam, cum landuogtia Hagenouienſi, in iura acceſsiſſent. Quorum VILHELMVS cognomento Ambitioſus, maior natu inter fratres, ex priuilegiorum ueterum authoritate gubernacula paucis annis ſolus capeſsiuit: orta deinde ſimultate inter fratres, traditis prouincijs, pro ſua parte tractum Nouæ ciuitatis, Vuindorum marcham, Taruiſiam, Iſtriam & Forumiulium, cum aliquot in Carnis arcibus retinuit: profectusque ad terrā Sanctam, ex itinere Sydonem, Tripolim & Cappadociā inuiſit: ac fortè obſidione preſſos Tripolitanos, qui adhuc præſidio Chriſtiano defendebantur, armis iuuit, & Sarracenos profligauit. Quam hiſtoriam, ſed utplurimùm fabuloſam, poeta quidam illius temporis Germanicis rhythmis ſcripſit: cuius exemplum in membrana

Quæ Leopoldus Auſtriæ adiecerit.

Vilhelmi archiducis hiſtoria

inuenimus, ſcriptum anno 1422. Habuit uerò tres ordine coniuges Vilhelmus, ſed ex nulla prolem tulit: primam, Ioannam Caroli Pacis Hungariæ regis natã, cum dote ducẽtorũ milliũ ducatorũ: quæ ante nuptias obijt, anno 1394. Inuitatus deinde in Poloniam ab eius regni procerib. cum ſtirpe ueterũ regum ceſſante, ea gens rectorẽ quęreret, & magiſtratus ordinesq́; in ſtudia diuiſi diſcordarẽt: ſupereſſet uerò filia poſtremi regis, Heduuigis nomine: hanc pleriq; cupiebãt Vilhelmo coniunctã. Quocirca accerſito illi, ſponſaliorũ ſolennib. Cracouiæ 10 heredẽ coniungũt, gubernaculaq́; cõmittunt. Sed inualeſcẽte factione illorũ quib. erat odioſum Germanorũ nomen atq; Imperiũ, accerſitur Vladislaus, frater Vitoldi Lituaniæ principis, homo barbarus, & tum primùm ad conſequendum tantum principatum Chriſto initiatus: & Auſtriacus eluſa fide, matrimonio, & clauo ad quem uix mẽſem ſederat, magna rei indignitate deturbatur. Hinc illi ſunt rhythmi poetę cuiuſdã Germanici, qui de iniuria iſta his nominatim rhythmis queritur:

Darnach in Khrakgawer landt 20
Viel vntrew ward erkhorn
Ein Hertzog Wilhelm iſt genandt
In Oſterreich geborn/
Des jugend vnd des werden leib/
Verratens thet viel lande
Der mußt laſſen dort ſein weib/
Zů Krakgaw in dem lande/
Wann er mit deß falſches gutes hab
Ward von danne verkhaufft/
Eynem Hayden man ſein frawen gab/
Der ſchalkleich was getaufft.

Sic Polonia pulſus, quoad Polona ſibi ſolenniter iuncta 30 in humanis fuerat, cœlibem uitam duxit. Et illa defuncta, Goriciæ comitis filiam, uel ſecundum quoſdam Caroli quarti Imp. ſibi cõiunxit. Quæ obijt ſine prole, Viennæ ſepulta, anno 1406. poſtquam altero anno & ipſe uitam cum morte commutaſſet, conditus in crypta cathedralis baſilicæ Vien. iuxta patrem, auum & patruũ. Cuius donationes legũtur, in abbatia Sittichenſi Carniolæ,

Seiſen-

Seisenbergen.& Dobernickenses parrochię,& alia quędam in Goss,sanctimonialiũ in Styria nobiliũ uirginum monasterio. Eius frater LEOPOLDVS,hoc nomine in gente tertius; cognomento à corporis strue Crassus, Lupoldi secundi ab Heluetijs occisi filius, quẽ diximus partitũ paternas cum fratrib.ditiones, in iura sua accepisse Rhenenses prouincias,Alsatiã,Brisgouiã, Sundgouiam,Pfyreten.& Hohenburgensem ad Neccarum,Kiburgensemq; ac Habesburgen. comitatus, cum reliquo Hercinię syluę agro,cum diu bello conflictaret,cum fratrib.inęqualẽ diuisionẽ causatus,etsi post diuturnã lanięnam interpellantib.principib.proximis,in gratiã redierit: tamen mortuo ad Znoymã Alberto tertio patruo, cui utraq; Austria iampridem in prima diuisione obuenerat,ueteres rixæ rediuiuę nouũ incendiũ suscitarunt. Quippe Albertus cum filiũ quinquennẽ reliquisset, qui postea Alberti quarti nomen sortitus fuit, huius tutelã ad se fratrueles trahẽtes,Leopoldus,Fridericus ac Ernestus,gubernacula Austrię,ut fœcundioris prouincię, singuli adire conabantur.Sed cum procerũ suffragijs Leopoldus,ut senior, administrationem suscepisset, fratres sumptis armis,ui è tutela Leopoldũ eijcere cogitabant. Qua ex contentione fratrum noua iterum laniæna exorta,ditissimum & optimum quemque,pręcipuè uerò ex numero Viennensium ciuium,absumpsit:dum nunc hunc,nunc illum,ut quiuis armis urbem in potestatẽ redegerat,necessitatis imperio sequitur.Quorum tumuli adhuc, capite plexorum, in S. Stephani templo & alibi supersunt.In quorũ uno,qui habet inscriptionem æneis typis in marmore,hi uersus leguntur:

Leopoldi tertij historia.

Bellum fraternum Lupoldi.

STA, FLE, PLANGE, &c.

Hanc tragœdiã ex tutela Alberti iunioris ortã, Carolus IIII.Imp.sua autoritate sustulit, Lupoldũq; ut frẽs in partẽ tutelę admitteret induxit his illecebris, ut annuí puętus Austrię Lupoldo 40 milia aureorũ cõficerent.Huius pecunię accessiõe ditatus,ulturus nimirũ patrẽ,& ablata recepturus,arma in Heluetios cõuertit:adgressusq; illos

Heluetiсum bellum Lupoldi tertij.

H 3 suppe-

ſuppetijs Imp. ac comitum à Dockenberg ac Vuerdenberg, haud procul Glarona prælio funditur, deſideratis mille & quingentis. Vt operæprecium tamen belli faceret, Dockenberg arcem, interclusione ſalis quo Heluetij carere non poterant, à Cōfœderatis extorſit, Comitiq; reddidit. Secundum hoc bellum, & ex occaſione illius, in Guydonem de la Turri principem Mediolanenſem, expeditionem cogitarat, quòd cōtra ſe auxilia Heluetijs miſiſſet. Sed Caroli quarti authoritate & hoc incendium, ne latius ſerperet, extinctum fuit. Itaque cùm Nouæ ciuitatis in Auſtria inferiori, cuius agrum in diuiſione parenti adiectum tanquam auctarium, in fide habuerat, arci extremam manum impoſuiſſet, dolore conflictatus ex fiſtula pedis, obijt, anno 1412, in ferijs Pentecoſtes: ſepultus in Kunigsfelda apud Heluetios, maiorū conditorio: cū ex Catharina Philippi Audacis Burgundiæ, ducis nata unam modò filiam procreaſſet, Goricenſi comiti deſponſatā. Itaq; ditiones illius ad Rhenum, fratres inter ſe partiti ſunt: Erneſtus Briſgouiam, Sundgouiam & Alſatiam, Lauffenburgen. ac Rhynfeldenſem comitatus, cum aduocatijs Turicenſi ac Seckingenſi: Fridericus, qui iampridem rerum in Sueuis & ad Atheſim Oenum flu. potiebatur, Sueuiam, Ergouiam, Heluetiā, Veldkyrchenſem, Badenſem, Kiburgenſem ac Vuandelburgenſem comitatus, cum Vchtlandia, Burgdorf, & locis uicinis. Qui FRIDERICVS, ut ſynchronus fratrum, cognomento (quòd ſemper indigeret) uulgò ab Atheſinis, & eorum præcipuo regulo à Rottenburg, **Fridel mit der lähren taſchen**, cognominatus, ex Anna Brunſuuicenſi tulit Sigiſmundum archiducem, Friderici Cæſaris tertij contemporaneum: & qui filiū eiuſdem, Maximilianum Cæſarem, patruelem ſua ſponte adoptauerat. Duo bellorum magis incentiua quàm bella geſsit: eaque ut nec ad extremam manum perduxit, ita ſiniſtra uſus, ob fidem Eccleſiæ præſtitam, fortuna, in Imperij Cæſariſque indignationem incidit: legemq; illam ferre coactus eſt, quę in proſcriptos eſt lata.

Hiſtoria Friderici archiducis.

Quippe

Quippe primùm omnium abbati S. Galli auxiliatus, in-
centore comite à Vuerdenberg, ab Heluetijs cæſo exer-
citu, fugatus eſt. Quo prælio, præter gregarium mili-
tem, deſiderati fuêre, comes à Tyrſtayn, Ioannes ab
Hāluueyl, Dominus à Landêberg, & Dominus à Klyn-
genberg. Deinde cum ex concilio Conſtantienſi Io-
annem papam XXIII, depoſitum clàm abduxiſſet per
lacum Venetum, in cenſuram Imperij incidit: proſcri-
ptaque ditione illius, præda quaſi uicinijs, ac præcipuè
10 Heluetijs factus, amiſit paucis diebus omnem ad Aru-
lam & circùm ditionem, qua adhuc Auſtriades carent.
Quarum Tigurini Kiburgenſem, Vuandelbergenſem,
Rapperſuuilenſem comitatus dominiaq; Bremgarten
& Melligen, cum aduocatia Turocenſi occupauerunt:
Vchtlandiam uerò, Burgdorf ac Ergouiam, Bernates:
Suſgouienſem uerò landgrauiatū, cum comitatib. Tyr-
ſtayn, Baden, & Dorneck, ſui tum iuris relinqui fecerūt.
Ferunt hunc principem primis annis gubernaculorum
ſuſceptorum, nimis ad rem attentum fuiſſe: & à quodā
20 ſatrapa à Rotenburg ita poſſeſſum, ut non ſolùm omnia
is ad ſe traheret, uerùm domino inſuper illuderet: ac il-
lud ſubinde dicterium, ſicubi obuium herum haberet,
obijceret, **Fridel mit der låhren taſchen.** Quas contume-
lias progreſſu ætatis egregiè ultus fuerit, ademptis tri-
bus maximis Atheſinę ditionis dominijs, Ritten, Griers
& Valedibl. Indeque prouerbium tritum ortum fuiſſe,
Er hat den Griers Ritten / vnnd Valetybl / ubi de in-
ſigni aduerſa fortuna mentio incidit. Sunt qui
huic principi alteram uxorem tribuunt, Eliſabetham
30 Ruperti Cæſaris Bauari natam: quæ dotem illi quadra-
ginta milliū aureorū attulerit. Ex qua tamen cum nullā
prolem tuliſſet, obijt anno 1440, illatus primus ſuæ gētis
cœnobio quod ſupra Oenipontē locupletauerat, Stanis
nomine: ubi & F. Sigiſmundus archidux, & propinquus
ſuus Fridericus poſtremus dux Teccenſis, conditi cer-
nunt. Quorū SIGISMVNDVS, utpote Friderici ſu-
pradicti, comitis Tyrolen. de inclyto genere Auſtriadū
oriundi

Sigiſmundus archidux.

oriundi filius unicus superstes, cognomēto Simplex, patrem & in Tyrolis comitatu, & cæteris quæ post cladē Sempacen. & patris ab Imperio proscriptionem superfuerant, ditionibus, in Sueuia præsertim, Seckingensi ad uocatia, Kiburgensi Laufenburgensi ac Pfyretarum comitatibus consecutus, inter initia gubernationis nihil antiquius habuit, quàm ut ea quæ parens in Heluetijs ex proscriptione, ob abductū pontificem Ioānem ex Constantiensi concilio, amiserat, armis, cum iure nequiret, recuperaret. qua de causa cōducto Peregrino ab Heuudorf, Schafhusiensibus, qui recens fidem Austriacā deseruerant, bellum intulit. in quo, etsi consulem Schafhusien. Ioannem Am Stadt cepisset: tamen, interpellantibus palatino Rhen. Ludouico, & Rudolpho marchione ab Hochperg, bellum componitur: & Austriacus, pro belli expensis, Confœderatis decem millia flor. numerare coactus est. Quæ quoniam conditiones iniquæ uidebantur, pertęsus iam laboris, ac desperans recuperari ea posse quæ pater amiserat, ditiones omnes Austriacas Carolo Burgundię duci uendidit, LXX millibus aureorum acceptis. Qui armis sumptis, mox in ipso limine occisus est ad Nancetum, quod est in finibus Lotharingiæ municipiū. Fridericus uerò, cum in nullo alio spem collocaret quàm ut Cōfœderatorum fœdere reliquas in fide ditiones teneret, quæ ad Rhenū sunt, in publico conuētu Cōstantiæ accepto belli sumptu LXXX. M. aureorum, illud cū ipsis percussit, XXX Martij, anno 1474. designato landuogto suæ reliquæ ditionis Hartmanno ab Eptingen. Etsi autem natura ad pacem magis natus esset Sigismundus archidux: tamen mortuo Ladislao rege patruele, cum in partem hæreditatis & ipse ueniret unà cum fratruelibus suis, Friderico Imperatore, eiusq; germano Alberto archiduce, ꝓfectus Viennam anno sexagesimo post millesimum & quadringentesimum, huic bello se immiscuit, quod Albertus archidux cruētum cum fratre Friderico Imp. pro Austria utraque gesserat. Sed inter initia reconciliatus, accepta parte

parte tertia gazæ Austriacæ, quam in arce Viennensi
hi tres principes inter se diuiserant: ac superiori Carin-
thiæ parte quam palatinatum uocabant, à Luentio Dra
burgum, ubi ditionem suam Tyrolis comitatũ hæc cõ-
tingebat prouincia, & eius præcipuè ualles Pursterstall
ac Kreytzperg: Alberti partes deseruit, ac Friderico Im-
peratori fratrueli suo pacẽ dedit. Et cum ex duab. uxori
bus, Catharina Alberti Saxoniæ ducis filia, ac Leonora
Iacobi Scotiæ regis nata, nullã prolẽ genuisset, iã grandę
10 uus ac uiduus, Friderici Imp. filiũ Maximilianum Rom.
Cęsarẽ adoptauit. Sed cum in ea adoptione diutius su-
peruiueret, comitis à Macz Tyrolen. factione filiũ ado-
ptatũ repudiare conabat̃: sagę cuiusdã mẽdacio, quã co-
mes subornauerat, instigatus, tanquã toxico petiturus eũ
adoptatus foret. sed cũ bonis uiris interpellantib. nugæ
deprehensę fuissent, in gratiã Maximilianũ recepit: con-
ditoq́; testamẽto, quo omnis suę ditionis hæredẽ illũ in-
stituerat, multo senio obijt, anno 1497: Tyrolis prouin-
cia, cũ cõiunctis prouincijs, Burgouię, marchionatu Ho
20 henburgensi ad Neccarũ, Veldkyrchensi, Hęgouię, Lau
fenburgen. Pfyretarũ, Sundgouię Brisgouię comitatib.
Alsatięq́; ac Sueuię Hagenouiẽsiq́; landuogtijs, ut uocãt,
ad Maximilianũ Cæsarẽ, qui de Ernesti stẽmate superer-
rat (quẽ dictũ est Sigismũdi archiducis patruum fuisse)
deuolutis. Nam Turgouiã, Ergouiã, Pugsgouiã, Schisgo
uiã, Vchtlandiã, aduocatiãq́; Turocẽsem, ubi hodie inte
riores sunt Heluetiorũ confœderatorũ pagi, Schuuicz,
Zug, Vri, Vnderuualdẽ, Lucerna, &c. paulo antè (uti di-
ximus) proscripto à Sigismundo Imp. ob abductũ è con
30 cilio Constantiensi Ioannẽ Antipapã XXIII, Friderico
Sigismundi parẽte, Confœderati earũ Alpiũ quæ Iuræ
quondã mõtis erãt (nũc Aydgnossen/ à fœdere pro tuen
da inter se libertate icto dicuntur) ademerãt. Et sic desi
nẽte in gente Austriadũ propagine Friderici II, pòst Fri
derici I. Pulchri, Rudolphi II, Ottonis, Lupoldi utriusq;
extincta stẽmata, ad Lupoldi III prosapiã, cognomẽto
Probi, quẽ diximus ab Heluetijs cõfœderatis occisum,

prouinciæ Auſtriacæ ſuperiores atq; ulteriores omnes, quæ antea ſeiunctæ fuerant, redierunt: hoc eſt, Maximilianum primum, Friderici filium, Erneſti nepotem, & Lupoldi Probi pronepotem: in cuius propaginis gubernaculis adhuc feliciter uertuntur, Chriſto auſpice. Itaq; deficiente uno germine in Auſtria inclytæ gentis Habſpurgicæ, quod rerũ in Tyroli, ad Atheſim, & Heluetijs reſplendebat, etſi unicũ adhuc ſuperfuerit, quòd à Lupoldo ab Heluetijs occiſo propagabatur (quod etiamnũ in cremẽtis fortunę iubare ſuo per Europã relucet, ac qnq; 10 Cæſarib. duobusq; potẽtiſsimis Regib. & nouẽ archiducib. claret) tamẽ paulo antè propago adhuc quępiam ab Alberto III, de quo diximus, profluẽs extabat, cui ex diuiſione Auſtria ſupra ac infra Anyſum ceſſerat. In qua Albertus IIII archidux, Albertus V Cæſar, Hungariæ & Bohemiæ rex & archidux, Ladislaus rex Hungariæ & Bohemiæ atq; archidux, ad clauũ ſedebãt. Quæ licet defeciſſet in Ladislao, anno 1458, Friderico tertio ex eadẽ Habſpurgica gẽte imperãte: tamẽ cũ eiuſdẽ inclyti ſanguinis extiterit, de ea dicẽdũ breuiter eſt. ALBERTVS 20 itaq; hoc nomine in illuſtri proſapia quartus, cognomẽto Patiens, & Mirabilia mundi ex eo euentu dictus uide licet, quòd iuuenis in terrã Sanctã profectus (quæ cõſuetudo familiæ, ut pia ac laudabilis, ita perpetua fuit) mirabilia orbis uidiſſet: quemadmodũ poetæ Germani quidam, quorũ nugis tum principes delectabantur, rhythmis gentilicijs cùm de hoc Alberto, tum uerò fratruele eius quoque Vuilhelmo archiduce finxerunt: tanquam per cæcas uias perruptis ſcopulis, ſplendore carbunculi inuenti, in Indiam uſque penetrarint, roſtratos'que 30 homines, ac gigantum pumilionumq; uiderint exercitus. Erat uerò is Alberti tertij filius, quem cum Trica uulgò, mit dem zopffen/ Annalibus cognominatum diximus, arcis Laxenburgenſis conditoris, nepos Alberti ſecundi. Is iampridem patris portionem ex diuiſione nactus, hoc eſt Auſtriam ſupra ac infra Anyſum, ut uocant: occiſo ab Heluetijs Lupoldo fratre, Vilhel-

Propagines duæ Auſtriadũ deficiunt.

Alberti quarti hiſtoria.

Vilhelmoq; Lupoldi filio sine liberis mortuo, inęqualitatē diuisionis causatus, à Vilhelmi fratrib. Ernesto Styriæ & Carinthiæ duce, Friderico Tyrolis comite & Heluetiæ principe, nec nō Lupoldo tertio cognomento Crasso, Alsatiæ & Brisgouiæ landgrauio, Sundgouiæque comite, Carniolam ac Vuyndorum marcham insuper obtinuit. Qui à belli studijs tametsi natura abhorreret, tamen in terra Sancta, quam religionis ergò accesserat, egregium facinus edidit. Quippe explo-
10 ratus isthic à Franciæ regis hominibus, insidias pulchrè euitauit: littoreque præter omnem spem soluens, ut hostibus illuderet, erectis uexillis ac insignib. Austriæ, clangore tubarum accedente, uictor abscesit, incolumisque in patriam ditionemque suam redijt, Anno 1392. Ductaque uxore Ioanna, Alberti Bauariæ ducis ac Holandiæ comitis nata, ex ea filium genuit Albertū cognomento Honorificum, hoc nomine in gente sua quintū, postea Cęsarem, Hungariæ Bohemiæque regem: & Annam, Henrico Boiariæ duci nuptam. Qua post paucos
20 annos extincta, secundis nuptijs sibi coniunxit Mechtildem, Ludouici Boiariæ ducis filiam, uiduam comitis Vuirtenbergensis: ex qua nullam prolem suscepit. Erat uerò, ut de illo Annales adnotarūt, architectus insignis, pictor & sculptor, Doctorum ac Musarum præcipueq; religiosorum unicus eius seculi Mecœnas, cum quibus loqui ac subinde cibum capere solebat, à proceribus ac curialibus suis idcirco etiam sæpenumero reprehensus. Vnicum gessisse hunc bellum inuenio, aduersus Iodocū Morauiæ marchionem, Caroli quarti filium, & Sigis-
30 mundi Imp. fratrem germanum, qui Austrię fines latrocinijs occultis uexare non desinebat. Erat & alia eius belli causa, quòd Sigismundo tum Cæsari aduersus fratrem auxilio profectus cum exercitu tradit. Qui cum conciliatis fratrib. rediturus in Austriā erat, apud Znoymam Morauiæ limitaneam urbem, accepto lethali poculo, in dysenteriam resolutus, Korneuuburgæ ex itinere rebus humanis eximitur, anno 1404. relicto filio co-

gnomine,nondum quintũ egresso annum.Cuius funus Viennam deuectum, magnificè deductũ,ac aromatib. differtũ,in basilica S.Stephani,in crypta sub choro,ad latus patris patruiq́;Rudolphi,qui primi omniũ eius generis isthic cõditi fuerant,deponitur, lętus Domini buccinã expectaturus. Huius filius ALBERTVS hoc nomine V, cognomento Honorificus, nondũ quinquẽnis,cũ in tutela patruelium suorum,Lupoldi III, Friderici II, ac Ernesti, fuisset(quorũ hic in Styria & Carinthia,ille in Tyroli ac Heluetia, & tertius in Alsatia ac Brisgouia 10 gubernacula ex diuisione usurpabãt)sub pręfecto domino Rãperto à Vualse,& M.Andrea Blãco Garstensi parrocho,tandẽ urgentib. prouincialib. cum nondũ ephebos excessisset,gubernacula adijt,anno Salutis 1410,Iulij mẽsis die XVI:pręceptore,qui in odiũ procerũ ob rectã principis institutionẽ incurrerat,relicto.Quem tamẽ altero anno,ex Italia, ubi ad Patauiũ honestiorib. disciplinis operã nauabat,reuocauit Albertus:ac memor operę in se locatæ,scrinijs pręfecit.Sed cũ senio fessus tantis laborib.nõ duraret,cõstructa basilica Viẽnę S.Dorotheę, 20 & pręposito cũ sodaliũ collegio cõstituto,Misnẽsi cuidã docto uiro Casparo Schlyck, in laterculo sponte cessit. Is est Schlykius, qui scrinijs postea & Ladislai regis pręfuerat,ac Friderici Imp. à q̃ Comitis titulo ornatus de Bassano,possessioneq́; in finib.marchę Taruisianæ,cum iam antea à priorib. heris parte Ioachimicæ uallis accumulatus fuisset,illos in orbẽ satrapas produxit, q etiãnũ in Ioachimica ualle ac finib. Bohemiæ amplã ditionẽ retinẽt,& uulgò Comites Schlyck à Bassano & Vueyssenkyrchẽ nominanť. Quorũ,ut diximus,autor & cõditor 30 generis Casparus,cum à secretis paulo antè Sigismũdo Cęsari fuisset,& in familiaria iura acceptus, ut is filiã Elisabetã hero suo Alberto archiduci desponderet,legationib.ac interpellationib.suis effecit.Qua ducta,dote constituta Morauiæ marchionatu,Anno salutis 1420: sedecimo exin anno,testamento soceri in Bohemiæ regem renunciatur.Annoq́; rursus sequenti,qui fuit à nato Ser

uatore

NB. Casparus Schlyck Misnensis.

Comes de Bassano (prope Taruisium) ab Imp. Frid. creatus.

uatore 1437, ad Imperij apicem à ſeptemuiris Germaniæ ſuſtollitur: & mox ab Hungariæ quoq; proceribus pleno quaſi copiæ cornu in regem poſtulatur, ſibi (ut exitus docuit) fatali electione. Quippe biennio pòſt, cum Thurcarum tyrannus obſidione Albam Græcam cinxiſſet, impulſus à proceribus regni, cum copijs ſe oppoſuerat: ſed regrediente hoſte, in reditu, in inſula Schut, Auſtriæ uicina, cum auidius paulo æſtatis æſtum, qualis eſt ſub Cane, melonum eſu temperaret, in dyſenteriam incidens, paucis diebus uitam cum morte mutauit, in ipſo iuuentutis flore: filio poſt ſe poſthumo relicto, quem Hungari Ladiſlaum nominarunt. Sunt qui ſcribant, fati conſcium, electionis cùm Romanorum regis ægrè probaſſe, tum uerò præcipuè Hungariæ gubernacula perhorruiſſe: quòd quanto cum periculo, qui illud regnum ante ſe adminiſtraſſent, uitæ'que diſcrimine in ſeſe receperint, non ob hoſtem tantum potentiſsimum, qui in ipſis propè uiſceribus exhauſtum regnum depopularetur: uerùm ob inſidias etiam factioſiſsimi cuiuſque, & laniænas perpetuas, probè exploratum haberet. Perſuaſum tamen à Friderico patruele, qui poſtea in Imperio conſtitutus Tertij nomen adſciuit: & ab Electoribus rogatus, qui fidelem uſque operam promiſerant, Romani quoque pontificis legato interpellante, ægrè, ac ueluti præſagiente ſibi futura animo, gubernacula ſubijſſe: Varadinique corona regni, quam Sanctam uocant, redimitum. Inuenio in Annalibus, grauia huic etiã principi initia in Bohemia fuiſſe, ob Cazimiri Polonię regis factiones, qui Barbaræ uiduæ Sigiſmundi Imp. relictæ nuptias ambiuerat, ſciſsis ea propter in partes ſatraparũ ſtudijs. Quibus Caſpar Schlyckius ſcriniorũ præfectus, ut familiaris ac notus iam inde, cõmemorare non deſinebat ueteres coniunctiones, ac fœdus iam tum à Rudolpho Cæſare inter domos (ut uocant) Auſtrię Bohemięq; initũ, ſi unã uidelicet prolis maſculę ſterilitatẽ pati cõtingeret, altera mox hęreditatẽ adiret.

Quibus uerbis delinitos ſatrapas, ſtudia ſua pollicitos, poſtergatis Poloni poſtulatis, mox regem renunciaſſe. Tria ab hoc principe, etſi breui admodùm uitæ interuallo, geſta bella reperio. quorum primùm aduerſus Huſsitas, & ducem illorum Ciſconem cæcum, dupli ci nomine, egit: ut ſocero in primis Sigiſmundo Imp. au xilium, pietatis ergò ferret: deinde, ut ſe uindicaret, ob Zuetlam & Reczium Auſtriæ oppida ab Huſsitis in rapinas uocata, comitemq́ue Hardecenſem (qui eos fines nomine Auſtriadũ tuebatur) captũ, crudeliſsimeq; Pragæ interfectũ. Secundũ uindictæ magis ſimile erat, aduerſus latrocinantes milites quoſdam, quos in aciem an tea contra Huſsitas eduxerat: qui, autore quodã Schekl facinoroſo homine, dimiſsi ac liberati militia, Auſtriæ fi nes populabãtur: direptis caſtellis, ac infeſto reddito Au ſtriæ eo agro qui Bohemiæ ac Morauiæ adiacet. Has turbas potius quàm bellum, in ipſo limine Albertus extinxit, autore ac cæteris complicibus comprehenſis, ac ad ſupplicium raptis. Hæc initia regnorum Alberti fuê re, ſatis quidem proſpera, ſi applauſum humanum & caducam pompam reſpicias: ſed breuis admodũ gaudij, & cum ſummo diſcrimine, immaturoq́ue exitu cõiuncta. Vix enim bene ingreſſus gubernacula fuerat, cum Thurcarum tyrannus Amurathes, ingenti coacto exercitu, Seruiæ Deſpotam adortus, Albam quam uocant Græcam, ad confluentes Danubij & Saui poſitam arcẽ, naturà & opere munitam, obſidione cingere cogitabat, omni genere apparatus terra & aqua inſtructus. Quam uim ac potentiam hoſtis conſiderans Deſpota, quo in cæteris tuendis ſibi auxilio eſſet Hungarus rex, munimentum illud Alberto donauit. Ab hoc, quamuis belli ſtudijs tum clariſsimus Ioãnes Huniades, eſſet loci præfectus deſignatus: monachuſq; quiſpiam Franciſcanus Italus, Ioannes Capiſtranus, adhortatione ſua ad CHRISTVM crucifixũ accenſis animis præſidiariorum, locũ ad annum penè uſq; uirtute incredibili ac uarijs reſiſtendi ingenijs tutati fuiſſent: tamẽ numero potius, laboreq; conti-

continuo quàm uirtute superati, regis implorare in tanto discrimine suppetias coacti fuêre. Isque animaduertens, quantū momēti ea in arce situm esset, periculúmque Christiano orbi immineret, si expugnaretur: quippe quę in confluentibus trium maximè fluminum sita, Sauo in Italiam, Histro in Austriam atque Germaniam, Tibisco deniq; in Transyluaniam Poloniam & Morauiam, hosti potentissimo uiam ostentaret: facile inductus est, publica necessitate urgente, uti se ad apparatū 10 compararet, hostique iam annum obsidenti arcem opponeret, miserosque atq; fessos obsidione periculoq; liberaret. Itaque cum instructo exercitu in autumno, sole uehementer adhuc flagrante, Albam Gręcā Albertus fuisset profectus, tyrannus animo deiectus, qui magis de fuga Christianorū q̃ audacia cogitauerat, discedere ab armis, & q̃ maximè poterat intētis itinerib. re infecta Cōstantinopolim redire cōtendit: omnē interim occasionē obseruās, qua ex insidijs imparatos adgrederetur. Albertus quoq; satis effectū existimās, quod suos obsidione 20 liberasset, inclinante præsertim iam autūno, cū paucis aliquot leuiorib. pręlijs hostē lacessisset, remittere bellū cœpit, & in Austriā reuerti. Quo in regressu, imminēte iā fato, ad pagū Megher, in insula Schut, nō procul Comoro arce, ad cōfluentes Danubij & Vagi flu. dū p æstū melonū refrigerio, quorū hęc regio copia abūdat, sitim extinguit, aluo in dysenteriā soluta morit, nō sine cōmuni totius orbis lamētatione ac iactura maxima, anno 1439, in uigilia Simonis & Iudæ: arrecta non solùm patria, ac subiectorū in hūc iuuenē, uerūetiā externorū animis, ob 30 insignē animi moderationē, usum rerū, & singularē humanitatē in omni functione. Quę ingentē etiā trepidationē hosti potētissimo iniecit, ut nōdū uisis nostris copijs fugā inierit, de uirtute periculū facere nō ausus. Morabatur tum Elisabeta cōiunx Viennæ, quæ tam tristib. nuncijs certior facta, celerrimis itineribus in insulam contendit, ubi mariti funus erat. Quod regio apparatu instructū, Albā regalē, solitum regū Hūgariæ cōditoriū transue-

Mors Alberti quinti.

transuectum, cæteris illatum est: testamento prolato, & coram satrapis qui frequentes tum aderant prælecto. quod summa quidem prudentia confectũ fuerat: quippe quia trium linguarum populos, filio posthumo relinqueret, cui postea Ladislai nomen inditum fuit. tales etiam tutores dederat, qui non genere solùm & autoritate, sed industria etiã sua quisq; in gente & gratia pollebat. hi erant, Fridericus Cæsar posthumi patruelis, qui Austriacas prouincias administraret, hoc est, Austriã supra atque infra Anysum, Carniolam & Vuyndorũ mar- 10 cham: Vlrichus comes Ciliensis, patruus maternus, qui ad Slauinorum ac Croatarum gubernacula sederet: & Ioãnes Huniades, belli studijs iampridem probatus, qui Hungariam, Bosniam ac Transsyluaniam possideret, & à Thurcarum irruptione tueretur. Quæsierat filio suo post se nasciturо moriturus aliud subsidium, ne alieni in spem regni, antequam adolesceret, uocari possent: sacramque regis beati Stephani coronam (sine qua qui re dimitus fuerit, non legitimè coronatus gentis princeps existimatur) clàm per fidum aliquem ad Fridericũ Cæ- 20 sarem patruelem suum transmisit, precibus adiectis, uti posthumo suo, cui postea nato Ladislai nomen impositum fuit, illam cum utraque Austria supra & infra Anysum, Carniolaque & Vuyndorum marcha redderet, cũ ephebos esset egressus: atq; ut regna paterna reciperet, unà cum Ciliẽsi comite ac Huniade, auxilio esset. Dum hæc in Hungaria fiunt, & puerperiũ reginæ in arce Comaro proxima instruitur, præfectis illi datis Brandeburgensi marchione, & regni palatino, haud ita paulo pòst partus instat. Qui ne simulatus Hungaris aut sup- 30 positicius fingeretur (erant enim qui dolum subesse suspicarentur, atque ex his præcipui satraparum) fores cubiculi aperiuntur, accersitis caterуis nobilium, qui uagientem infantulum audirẽt, & solennia coronationis coràm aspicerẽt, matre ipsa cum episcopis regni potiori bus præsente: & ex lectulo omnia cernente. Sic in cunabulis adhuc uagiens inungitur, benedicitur atque coronatur,

natur,rara temporum felicitate.Sunt porrò ex Annalibus,qui non depoſuiſſe apud Fridericum Imp.S.Stephani coronam,de qua loquimur,Albertum ſcribant: ſed à Georgio Paleacio Strigonien. archiepiſcopo,in arce Viſchegradien. dum regiam gazam recognoſcit poſt obitum Alberti, obiter animaduerſam: & cum Ladislao infanti faueret, atque reginæ uiduæ, die Regnicolis dicta,ad Albam Græcam, eoque infante perducto, ſolennia coronationis peracta fuiſſe, præſentibus & operam
10 dantibus ſupradicto Strigonienſi, Dionyſio Varadienſi, Mathia Veſprimien. Benedicto Taurienſi, Vlricho comite Cilienſi,auunculo infantis regij, & Alberto Auſtriæ archiduce patruele: atque ab eo tempore mox à matre Poſonium deductum in arcem: & cum iſthic quoque inſidiæ metuerentur,in nouam ciuitatem Auſtriæ translatum extitiſſe, educatumque ibidem ſub matris cura, & patruelis Friderici Imp. tertij tutela. Qui dum aulę comitem haberet,ac Romam ſecum,comitiaque Germanię duxiſſet,ut aliarum nationum mo-
20 res experiretur, ac aliorum principum diſceret rectè amicitiam colere, in eorum odium incidit qui factionibus partium fortunam,adulationeq; iuuenis principis fauorem aucupabantur. Quorum anteſignani fuerant, Vlricus ab Eyczingen,Henricus & Nicolaus à Liechtenſteyn,Albertus à Pottendorf, Vlrichus à Graueneck, & Chunradus Fronauuer: & qui his aliquot conuentibus perſuaſi acceſſerant, Vitus ab Eberſdorf, Leopoldus ab Hohenburg,& Viennenſes. Hi copijs clàm contractis, Fridericum Romam contendentem in Ciuitate noua
30 obſederunt,atq; iuramento adſtrinxerunt, ut reuerſum è tutela eximeret, & ſuam in dignitatem ditionemque reſtitueret.Quod etſi haud grauatim Cæſar feciſſet, & ante pubertatis annos Ladislao Auſtriæ utriuſque poſſeſsionem,cum Carniola & Vuyndorum marcha reddidiſſet:tamen aliæ maiores paulo in Hungaria ex eadem Ladislai regis tutela, ſeditiones inteſtinæ ac ſimultates cruentę,non ſolùm inter proceres & plebē exortę ſunt,

K uerùm

uerùm adeò inter ipsos etiam tutores qui regna admini strabāt, Vlrichum Ciliæ comitem & Ioannē Huniadē, quorū alter alteri inuidus, & iuuenis principis præoccu pare animū contendens, cuncta rapinis ac incendijs miscebāt. Penetrabat odiū illud ad utriusq; amicos: ac delationes, suspiciones, fraudesq; & in aula, & in prouincijs cōtinuę erāt. Alterū, sanguinis uinculū nepoti cōmenda bat, & quòd in familiaria iura iam inde à cunabulis Ladislao adsuetus esset, eiusq; autoritas in aula pręcipua, erat grauis admodū regnicolis, ac ipsi pręcipuè Huniadi. 10 Qui ob singularē militię experientiā, in regnis à cunctis obseruabatur, ut quę nō semel à Thurcarū tyrānide uin dicasset. Itaq; cum huic leges dare Ciliensis conaretur, & repulsam semper in postulatis suis, quę ad regnorum cōmodū pertinebāt, pateretur, iampridem exulcerato animo, optimū quemq; in comitē concitare non desine bat. Horū Vlrichus ab Eyczingē, magnæ autoritatis in Austria regulus, cum fauorē sibi apud regē quęsiuisset, suffragantib. potiorib. aulæ proceribus, quib. eadem comitis grauis potentia fuerat, Ciliensem ita amarulen- 20 ter apud principem in odium uocauit, suspiciones ipso etiam Huniade augente, & uulgò passim sæuiente, ut curiam postremo relinquere, ac mutare solum cogeretur. Tradunt Annales, tantum furorem inconditæ plebis fuisse, ut concurrentes ueluti ad spectaculum, sublatos lapides in exeuntem passim iactarint. Ac nisi comite tum Vuerdenbergensi comitatus fuisset, uitæ periculum, antequam egrederetur, adijsset. Erat odium ea potissimùm causa exasperatum cunctis, & Hungaris præcipuè, Slauinis'que, quòd non solùm Io- 30 annis Huniadis præclara facinora comes perpetuò apud regem eleuarat, uerùm perfidiæ etiam fidelissimum heroa insimulare non uereretur, quem constabat non semel regna ab incursionibus Thurcarum conseruasse. Quæ indignitas rei, multorum animos à Vladislao abalienabat: eo'que tandem pertraxit, ut in Vladislaum Poloniæ regis fratrem inclinarent, nec

nec dubium erat, quin Vladislao Austriaco abrogato regno, Polono traderent, si sacram coronam in potestate habuissent. Erat enim & ratio quædã atq; occasio trãsferẽdorum gubernaculorum, quòd uidua regina à nuptijs Poloni nõ abhorreret, filijq; amori præferret: & in cuius cõmẽdatione adsidua, & aspectione oculari clàm deperiret. Sed hanc tragœdiam cruentam ac laniænam perniciosissimam futuram, utrinque mors interclusit. Regina quippe inter ipsa initia gubernationis uitam
10 cum morte commutauit: & Ladislaus Polonus ad Varnam, in acie contra Thurcas oppetijt, Christiano dissoluto exercitu. in quo & Ioannes dux Burgundię captus, inque Asiam abductus, redemptus postmodùm, Aurei uelleris ordinem instituit. Obierat eo tempore etiam Ioannes Huniades: dubium, maiori'ne emolumento, an iactura. Is enim, etsi impigrè regna tueretur, ac Thurcarum uim adsiduè propelleret: tamen exhulcerato in Ciliensem animo, uindicaturus dubio procul in illum, ac incẽdium cruentũ excitaturus fuerat, quod con
20 tagione quadam cum Hungaria Austriam miscuisset. Mansit nihilominus tamen scintilla quædam odij atq; uindictæ illius in animis filiorum Huniadis, Vladislai ac Mathiæ, qui in occasionem rei cruentissimæ intenti, necem Ciliensi coniuratione cum quibusdam satrapis facta, meditabãtur: cuius tempus modò ac locum circumspiciebant. Indixerat tum fortè Vladislaus rex regni cõuẽtum ad Albam Græcam, ut in ipsis regni auspicijs, de bello aduersus Thurcas suscipiendo consultaretur: qui iam extincto Huniade, passim absque terrore, nemine
30 resistente, latrocinijs suis agrum regni ad cõfluentes fertilissimum, infestum reddere non desinebant. Qua de re commoti satrapæ, & hi præcipuè qui ad limites colebant, infensi iampridem Ciliensi, qui regem totum quasi ad ludibrium suum possidere uidebatur, & in tutando regno cum optimi cuiusque discrimine remissior erat, coniuratione facta, in ipso cõuentu facinus atrocissimum adgrediuntur. Etsi enim germano milite stipatus

cò rex uenisset: tamen illo excluso, per speciem, & ut locum contemplaretur, & quæ restituenda forent, curaret: solùm cum paucis in arcem intromiserant, postero die de rationibus concilij tractaturi. Ibi proxima nocte, dum fessus itinere rex cum suis comitib. omnium rerũ securis, in somnum soluti diem operiuntur, ad consilia, tam ad regni utilitatẽ quàm loci necessitatẽ expediẽda: antequã dies adhuc illucesceret, satrapæ in habitatione occulta, de interficiendo Ciliensi comite, quem iam suę tyrannicę uoluntati obnoxiũ habebant, cõsilia inierũt. 10
Et quoniam surrexisset prima tum luce comes, sacrũ ex more auditurus, occasionẽ nacti, ne tempus elaberetur, in ipso sacro, dum ei intentus adsistit, misso Lambergio quodã Carniolano, homine ad consilia pestifera illa electo, ad cõsiliũ comitẽ uocarũt, quid urgentis cõsultationis pręferẽtes. Etsi aũt animus nõnihil homini mali pręsagiret, ut cui insolita tam manè illa ad consultandũ uocatio esset: tamẽ denuò accersitus, & fini iam sacris imposito, imparatus, nec satis munitus armis, præstò fuit. Quem, mox ut ingressus est fronte hilari, & ut ipse existimabat, ad amicos, circũdantes undiq; quasi in corona cõiurati, ictibus geminatis ad necẽ petiere, cũ ad defensionẽ sui nihil reliqui fecisset. Ad primũ tumultũ factæ cædis, cum cruẽtos gladios undiq; uersari in arce, sanguinẽ fluere, & ipse rex & comites uidissent, trepidi ad portã arcis accelerare: cum egredi nõ liceret, præstolati aliquandiu sunt, donec luce appropinquãte porta recluderet. postea quã uerò neq; tum aperiebat, toti in pauore & periculo constituti, alius aliò fugere. Qua rerũ facie pro rege fortiter pugnantib. comite Vuerdẽbergen. Germano, & duob. Hungaris episcopis Colocensi ac Varadiẽsi: à palatino tamẽ regni Ladislaus abreptus, Temesuuarũ trahit. è cuius custodia, interpellãtib. ijs de quib diximus episcopis & comite, & omni uerborũ lenocinio urgentib. uix tandẽ liberatus, paucis comitantib. Budã peruenit: curialib. in itinere spacioso, quod illis per patẽtes cãpos ac loca deserta emetiendũ fuerat, maceratis: plerisq;
etiam

etiam ab Hungaris,antequã Budam attingerent,interfe
ctis ac trucidatis.Cuius iniuriæ memoriã Vladislaus cũ
nõ deponeret,in uindictã quauis occasione intentus,cir
cũsessus tamẽ Hungarorũ & potẽtia & insidijs, cũ neq;
Buda egredi sine uitæ discrimine posset, literis ad Fride
ricũ Cæsarẽ Viennã datis,ab eo ut patruele suppetias tẽ-
pore tam necessario postulauit. Quibus primo quoque
tẽpore missis,Vladislaus ac Mathias Huniades, q rerum
omniũ securi,opinione gratię regiæ offensam omnẽ se-
10 pultã arbitrabantur,pręter omniũ spem accersiti ad cõ-
silium,comprehendũtur.Quorum Vladislaus, qui ma-
nus primus Ciliensi iniecerat,recenti adhuc ira regia ca
pite plectitur:Mathia fratre in Austriam ad Fridericum
Cæsarẽ transmisso,ubi aliquandiu in munitissima ac e-
ditissima arce Potenstayn in libera custodia est habitus.
unde postmodũ cum Hungarorũ insidiæ metuerent,
Pragham Bohemiæ est deportatus, magno regis exitio
ac futurę necis innocẽtissimi principis occasione. Quip
pe Georgius Bogiebrachius,qui regis nomine Bohemiã
20 administrabat,autoritatẽ in prauã cupiditatẽ cõuertẽs,
animo sensim inuadere regni possessionẽ, socios cõiura
tionis asciscere:cũ Mathia capto Huniade,cuius curã re-
gis nomine gerebat,consilia cõmunicare,omnib. uirib.
iuuenis regis necẽ meditabat.In cuius facinoris occasio-
nẽ cum omni tẽpore intenderet, absentiã tamẽ obstare
illius animaduertebat.Itaq; nuptias pmissę Magdalenæ
Frãcię regis filię modis omnib.urgebat,atq; ut illę Prag-
hę celebrarent, inculcare hero cęterisq; cõsiliarijs nõ de
sinebat.Facile erat iuuenis principis animũ,in hoc pręser
30 tim ætatis stimulo expugnare: nec socer admodũ,spon-
saq; refragabant.Mittuntur itaq; in Galliã,qui spõsam de
ducerẽt,Praghamq; aduehererẽt,archiepiscopus Colocẽ-
sis, Rudigerus à Starhenberg, & Osuualdus ab Eyczin-
gen.Interea dũ necessaria ad nuptias omnia instituunt,i-
pso etiã Georg.Bogiebrachio apparatus illius coryphęo,
nec multũ à Pragha spõsa distabat,cõparato clàm uene-
no in impios usus, rex in ipsa expectatione communis

læticiæ impetitur: contractaque prȩter ſpem febricula, qua triduo decubuerat, in ipſo die S. Clementis, anno ſalutis 1457, rebus humanis excedit, cũ nondũ XXIIII annos egreſſus eſſet: & in monte S. Venceslai ſepelitur, regio more. Auxit opinionem machinatæ cædis, ac conſilia tam nepharia detexit, gubernator ipſe, de quo diximus, Georgius. Qui mox iura regni (quod iampridem animo inuaſerat) ſuffragantibus complicibus ac conſcijs coniurationis, uſurpare cœpit, & adacto in uerba Mathia capto Huniade, ne ambire aut quȩrere illa deinceps uellet, eundem in libertatem adſeruit, honorificeq; in Hungariam deduci curauit. Hic finis rerum iuuenis ac innocentiſsimi regis fuit, qui ad omnis generis uirtutes potentiamque, qualem uix unus maiorum ſuorum conſecutus fuerat, ab optimo quoque expectabatur. Cuius ut præmaturus exitus, atq; cruentus extitit, ita puericia etiam & adoleſcentiæ curſus, aduerſis ſemper fatis conflictabantur. Iam primùm omniũ, cum patrem nunquam uidiſſet, infans etiam Hungarorum inſidijs ſubiacebat: quas tamen cum fuga matris ac patruelis Friderici Cæſaris ſubſidio euitaſſet, matrem, à cuius unica cura dependebat, puer adhuc amiſit: educatus deinceps liberaliſsimè in aula Friderici Cæſaris patruelis, cum uix XVII annos attigiſſet, immaturus adhuc tam amplis & ſublimibus regnis, Auſtriæ prouinciales cum patruele tutore inuitus & conſiliorum omnium neſcius commiſit, incentoribus ijs qui res nouas moliebantur, & iuuenis principis ætate ad priuata commoda & augendã potentiam per ſcelus abutebantur. Hi fuêre, Nicolaus, Rudolphus & Henricus, barones à Liechtenſteyn: Albertus à Pottendorf: Fridericus, Georgius & Iacobus, à Stubenberga, ditiſsimi Styriæ reguli: Vlricus à Graueneck, Andreas Pamkyrcher, Chunradus à Fronauu & Greyſnecker. Quorum cum quiſque fauorem atq; authoritatem apud adoleſcentem aucuparentur, antequã ut euenerat poſtea diſsiderent, communibus conſilijs rem adgrediuntur. Et cum potiores prouinciæ Auſtriæ

ſatrapas

satrapas in suas partes traxissent, Cæsarem Fridericum ex urbe regredientem, ubi sacra Imperij corona redimitus fuerat, & quò iuuenem etiam regem propinquum suum, ut mores hominum uideret & urbes, in comitatú suo duxerat, in Noua Austriæ ciuitate, imparatum & nihil tale metuentem obsederunt, periculum minati, ni extemplò pupillum tutela liberaret. Etsi aũt de ætate propinqui sui immatura tantis gubernaculis, multa Imperator præfatus esset: tamen coactus, & ne factionis a-
10 licuius argueretur, prouincialibus adolescentem, in præsentia Patauiensis ac Frisingensis episcoporum, & Ciliensis Vuerdenbergensisq; comitum, reddidit: multa monens atque docens, non sine optimi cuiusque lachrymis. Et cum metueret, ne animus iuuenis imbecillus à prauis corrumperetur, ac consortio hominum nequam facile posset ad uitia deflectere: moderatores illi ætate ac prudentia conspicuos uiros, sanguinis quoque uinculo iunctos, attribuit: Vlrichum Ciliensem, & Hugonem Vuerdenbergensem, comites. quorum consilijs
20 adolescens parêre iussus, mox inter ipsa initia gubernationis, ab his quos nominauimus uiris præoccupat. dum enim principê quisq; apud regem locum quærit, & adolescentis ætate ad priuata abutitur, fumos uendere alijs atque alijs non destitere, nequicquam his de quibus diximus comitibus reluctantibus. Qui cum inferiores se tantæ coniurationi animaduerterent, ne adolescens in ipso ætatis flore perderetur, & prouincialibus initia gubernationis aspera faceret, in aulam & consiliorum societatem adsciuere Albertum archiducem Austriæ, re-
30 gis cognatum: Dionysium archiepiscopum Strigoniensem, Mathiam Vesprimẽsem, & Benedictum Taurien. episcopos: à quibus Albam Regalem deductus, anno quinquagesimosecundo post mille & ~~trecentos~~, in regẽ Hungariæ solenniter sacra corona redimitur, dũ XVIII nondum esset annum egressus. Inde quòd insidias gentis hi metuerent, qui curam eius gerebant, mox Viennam Austriæ deductus, ne in discrimen regnum Hungariæ

quadringentos

gariç

gariæ daret, cuius limites iampridem atrocissimè Thurcæ infestare cœperant: simul ut animum strenuissimi Herois deliniret, ac spe amplioris præmij impleret, cuius uirtute constabat hactenus ac præclaris gestis regnũ defensum fuisse, Viennæ in foro, quod Aulam, à ruinis uidelicet ueteris arcis nominant, tabulato erecto, Ioannem Huniadem comitem Bistricensem ac Transyluaniæ Vueyuodam solenniter creauit, atque in frequentia multorum regni satraparum renunciauit. Dum hæc regresso ex Hungaria in Austriam Ladislao contin- 10 gunt, æmulatio magna exoritur inter eos qui iuuenis principis animũ iam tum, cum ex ephebis egressus fuisset, occupauerant, uti diximus. Quippe dum quiuis eorum apud herum principem locum obtinere conatur, factum est, ut hi præ cæteris in odium uocarentur, qui magis regem in potestate haberent. Quorum antesignanus Ciliensis comes fuerat, & sanguinis uinculo, & autoritate munereque, ut qui moderatorem eius iam inde egerat, adolescenti magis probatus, acceptusq;. Quem falsis criminationibus circumuẽtum Vlrichus ab Eyc- 20 zing Austriæ regulus, præcipuæ ea in prouincia existimationis, aula deturbat. Hunc rursus sensim euectum, quia herum quoque possidere suspicio inualuerat, cęteri in odium uocant: cuius apud Cæsarem dux quoque Albertus odium accumulare non desinebat. Inter hæc recuperato fauore, Ciliensis in aulam redit: eijciunturq; ex aula Varadien. episcopus, dominus à Plankensteyn: Eyczingius uerò capitur, multoque tempore Viennæ in domo Pragensi in custodia detinetur, tota prouincia non semel nequicquam pro illo interpellante. Com- 30 prehendit & quæstor prouinciæ Chunradus Holczler, qui magnã pecuniæ uim regi mutuò dederat, peculatus insimulatus: eratq; facies rerũ eiusmodi, dum alter alteri locum inuidet, ut laniænæ ac cruenti tumultus primo quoque tempore futuri expectarentur. Quæ omnia immatura regis mors, de qua locuti sumus, mox intercepit: sed ita, ut breuis temporis tranquillitate recuperata,

rata, in maius posthac incendium recrudesceret: quale inter fratres principes de ditionibus dissidentes, flagrare interdum consueuit. Siquidem mutato dominio, cum & fauor aulicus eorum qui rebus nouis studebant decresceret, alius aliò se contulit, ubi patrocinium quæreret. Ita germani postremò commissi sunt, Fridericus Imperator & Albertus archidux, qui cruentissimo bello, ab anno LVII usque ad annum LXII decertarunt: in quo non fortunis solùm plerique, & quidem innocentissimi exuti sunt, uerumetiam ad laniænas rapti, alienas culpas luerunt. De qua re deinceps nobis sermo erit, si prius, desinente in Ladislao iam quinto Austriadum stemmate, authorem prosapiæ ultimæ (ac quæ adhuc superest, & ditionem ex Austria ad columnas Herculis Alexandrique magni, in Dacia Pannoniaque, Sauia, Sirmiensique terminis positis, denique à supero mari ad inferum, inque Aphricam usque propagauit) etiam producamus. Is est ERNESTVS, Leopoldi cognomento Probi, quem diximus ab Heluetijs interfectum, filiorum quartus: patruelis nimirũ Alberti tertij, cui dictum est Austriam utramque supra & infra Anysum sorte euenisse, & Rudolphi fundatoris fratrem extitisse. Qui in diuisione cum fratribus, Lupoldo Crasso Alsatiæ landgrauio, Brisgouiæque Sundgouiæ, Ergouiæ Pfyretarumque principe: Friderico Sueuię duce, Burgouiæ ac Tyrolis comite: Vilhelmo maiore natu, cui pars Carinthiæ, Carniola, Vuyndorumque marcha parebant, partitus paternam hæreditatem, Styriam sortiebatur, cognomento ab animi constantia & corporis robore Ferreus: tantũ non attentus ad rem, ut mortuo fratre Vilhelmo sine liberis, Carniolam atq; Carinthiam Vuyndorumq; marcham fratribus, patrueliq; Alberto quarto relinqueret: & adolescẽs paulo antè, dum honestas disciplinas Bononiæ coleret, ex reditibus canonicatus Patauien. parrochiarumq; Vien. S. Stephani ac Perchtolsdorfen. rem familiarẽ sustinuisset, gubernacu lis fratrib. permissis. Posteaquã uerò adoleuisset, & Rẽ-

Ernestus archidux.

Matrimonia Ernesti.

berti à Valdsee consilijs atq; autoritate uxorē duxisset Margaretā ducissam à Stetyn, Sigismūdi Imp. amitā, dū fratres de tutela Alberti V. digladiant, uitās cōtentiones intestinas, sorte sua contentus, in Styria uitā traxit in ocio, procul ab omni ambitione atq; tumultu. ibiq; cū uxorē amisisset, primis cōsuetudinis annis, Cymburgim, Vitoldi Lituaniæ principis ad Christianā primū pietatē conuersi filiam secundis sibi nuptijs, ex hac occasione coniunxit. Quippe cum uiduus, Hungariæ aliquādo regis curiam inuiseret, cumq; eadem in gynæcio uisa etiā choreas duxisset, deperire in eam cœperat: adeò ut et regina & reliquæ uirgines, utriusq; facile amorē animaduetterēt: nec ipse ulterius postea uulneris uim pati posset, relata re ad reges, uoti cōpos discesit. Cum uerò necessaria sibi alieno in solo deessent, in Austriā reuertitur: cōmunicatoq; cum fratrib. cōsilio, & approbato, instructo comitatu Cracouiā regressus, spōsalia celebrauit, spōsamq; in Styriā deduxit. Vbi nuptiarū solennib. peractis, liberos ex ea procreauit, filios quinq;, & filias quatuor: Ernestū, sepultū in Noua ciuitate Austrię, in tēplo parrochiali, anno 1425: Rudolphū, Leopoldū, in puericia mortuos: Fridericum, postea Imperatorem, cognomēto tertium: & Albertum, Friburgensis in Brisgouia gymnasij authorem: Margaretham Ernesto Saxoniæ electori nuptam, matrem Alberti, qui postmodùm Maximilianū Cęsarem Brugis captum liberauit: Catharinam, Carolo Badensi marchioni locatam, matrem Christophori & Alberti marchionum, Elisabetā, comiti Vuerdenbergensi nuptā, genitricē Christophori, & auiā Felicis, qui belli studijs sub Maximiliano ac Ferdinādo Cęsarib. emicuit. Reliquę, Alexandra & Anna, puellę defunctæ sunt ad S. ind. Trinitatē in abbatia Nouę Austrię ciuitatis cōditę. Quorū omniū genitor Ernestus, de quo loquimur, in Styria, ad cuius clauū sedebat, obijt: ibidē in cœnobio Rhayn, quod à Vualdone quondā comite Runiæ incœptum, locupletatū uerò à Luipoldo Styriensi principe fuerat: sepultus anno 1435, cū ante a illud ipsum cœnobiū ac O-

ac Obernburgense prope Celeiam, suis donarijs accumulasset. In cuius ditionem etsi mox filij superstites, Fridericus & Albertus successissent, angustis gubernaculorum limitibus conclusi: accidit tamen postea, ut extincto sine liberis apud Alsatios Sundgouien. & Brisgouienses Lupoldo Crasso patruo, qui isthic rerum ex diuisione cum fratribus potiebatur, Albertus earum prouinciarum hæreditatē adiret: & solus in gubernaculis Styriæ ac Carinthiæ portionis, Carniolæq; Fridericus ma-
10 neret. Qui postea Alberto Austriaco patruele Cæsare, Hungariæq; & Bohemiæ rege, defuncto, in Cæsarem renunciatus, Vladislai posthumi Alberti filij tutorē egit: eoque sine liberis mortuo, utramq; Austriam supra & infra Anysum, cum Vuyndorum marcha, suum ad obsequium reduxit, Albertinorum uidelicet stemmate deficiente: cui in diuisione istę, de quibus loquimur, prouinciæ cesserant. Et quia altera adhuc in agro Athesino ac Heluetiorum, Sueuiaq;, propago supererat, Sigismundus archidux, Friderici quondam filius, quem di-
20 ctum est Lupoldi ab Heluetijs occisi natum, & Ernesti, Lupoldique Crassi ac Vilhelmi germanum extitisse: simulq; Albertus, Cæsaris Friderici frater, in Alsatia, Brisgouia Sundgouiaque gubernacula tenebat: intestinum cruentissimum bellum exortum fuit, arcessentibus Fridericum Cæsarē, & fratre Alberto, & Sigismundo fratruele, de inæquali diuisione. Et quamuis arbitris Georgio Bohemiæ rege, ducibus Bauariæ, ac episcopis Salisburgen. Patauiensi, ac Frisingensi, & aliquot prouincialibus, Alberto germano Austriam supra Anysum, cum
30 comitatu Neuuburgen. ad Oenum, Sigismundoq; fratrueli superiorem Carinthiā concessisset: tamē instigantibus quibusdam prouincialibus (quorum antesignani Liechtēsteynij, Pottendorfij, Ebersdorfij, Vlricus à Graueneck Sueuus, Chūradus Fronauuer, & Andreas Pamkyrcher, extiterant) intestinum illud bellum subinde recruduit, Alberto in primis Imp. fratre pacta rescindēte. de cuius gestis deinceps dicemus, non quòd maior natū

Ernesti filiorum extiterit: sed quòd ille quoq;, cum anno milesimo quadringentisimo sexagesimosecundo sine liberis diem suũ obijsset, stemma suum terminarit, omnibus prouinciarum gubernaculis ad unicum Fridericum imperatorem paulatim recidentibus: à quo ritè hi deriuantur, qui iam ab Herculis columnis in Daciam, & Saui cõfluentes, à supero mari ad inferum, imò usq; in Aphricam & Indiam, rerum summam tenent, & Austriaci archiduces, Imperatores, Cæsares, Regesq; non rerũ gestarum gloria magis quàm pietate resplendent, & suo iubare orbem terrarum illustrant. ALBERTVS itaque, Ernesti filiorum minimus natu, Friderici tertij Imp. germanus, hoc nomine in inclyta stirpe quoad in Austria rerum potita est, sextus: cum angustior paulo ante plures annos facta diuisio inter quatuor Lupoldi Probi filios, defuncto Lupoldo Crasso, cui Alsatia, Brisgouia ac Sundgouia in partitione fraterna euenerant, iterũ paulatim in latiorẽ campũ se propagasset, à fratre Friderico imperatore Brisgouiam & Sundgouiã gubernandas accepit, cum comitatu Pfyretarum: cum Alsatiam per propinquum suum, Fridericum ducem à Teck, administraret: ducta ibidem Mathilde comitis Vuirtenbergen. uidua, Palatini Rhen. filia, prima Gymnasij fundamenta apud Friburgũ Brisgouiæ iecit. Cæterùm cum interea Vladislao mortuo, Fridericus Imp. accessione utriusq; Austriæ tam supra quàm infra Anysum, ditionẽ suam propagasset: Albertus frater hæreditatis partem ad se quoque pertinere causans, quam fratruelis Vladislaus reliquerat, cruentiss. cum Imperatore bellum incœpit. Cui Sigismundus quoque Tyrolensis, alter fratruelis, sese immiscuerat, ut qui & ipse de tam opulenta hæreditate portionem requirebat. Et quoniam fratribus fratruelibusq;, Boiariæ principibus interpellantibus, & quibusdam episcopis, conuenire non poterant, ordines Austriæ, prouincias controuersas in sequestrũ, cum arce Viennensi accepêre: indictoq; cõuentu singulos uocarunt, diuersoriaq; extra arcem Viennæ distin-

distinxêre: Cæsari quidem amplissimam Petri Straſſer domum, haud procul à templo cathedrali, quod hodie Gundlehof appellant: reginæ Leonoræ coniugi Imp. exaduersò ædes Stegeri, quæ hodie Pyeschiorum nomen obtinent: quas quæ attingit domus nobilium equitum ab Esalarn, hodie Hohentanner appellatione nota, scrinijs, & qui illis præfuerat Vlricho Riederer, præposito Frisingensi, adsignata fuit. Reliqui principes, Albertus in domo Pragensi, quæ est in foro pini,
10 prope ædes meas: & Sigismundus Tyrolensis in ædibus Laurentij Haydem, eregionè curiæ urbanæ, hospitari iussi sunt. Sic locatis commodè principibus, locus conuentui Schola publica constituitur, quò senatus Viennensis uterque adparuit. Præstò erant & Albertus & Sigismundus archiduces: & Cæsaris oratores, Vlricus episcopus Gurcensis, Vlrichus Riederer præpositus Frisingensis, scriniorum præfectus, Rudgerus à Starhenberg, Georgius à Volkestdorf Austriæ, Ioannes à Stubenberg Styriæ, Nicolaus à Liech-
20 tensteyn & Muram Carinthiæ, barones: Ioannes à Rorbach, & Andreas ab Holneck è cubiculo Imperatoris, quorum omnium nomine episcopus frequenti prouincialium consessu orsus loqui, Cæsaris primùm omnium grauem ex patruelis obitu dolorem indicauit: quòd is non solùm ea in ætate immaturus fuisset, sed se insuper exclusisset eorum beneficiorum accumulatione, quæ cogitasset in iuuenem regem, propinquum suum, ex Cæsareæ Maiestatis perfectione edere: cum præteritorum obliuione, quæ ex Ordinibus
30 aliqui deliquissent, cum minorennis ex tutela, præriperetur. Qui quoniam fatorum iniquitate, ante diem è uiuis excessisset, & ipse ut maior natu ex superstitib. Austriæ principibus, & qui prolis fœcunditate reliquos superaret, rogare Ordines, quo peruetustis se quoq; prærogatiuis frui sinant. Cautum enim in hisce iam inde ab initio esse, ut ad gubernacula sederet: non solùm qui ætate reliquos, uerùm etiam qui prole excelleret.

Quod quoniam utrumque, propitio numine, consecutus esset, ut fructus etiam aliquis ad se rediret, ęquum uideri. Cum is dicendi finē fecisset, Albertus archidux, tam suo quàm Sigismundi nomine, in hanc ferè sententiam respondit: Se quidem & fratruelem, Cæsaris priuilegijs nihil detrahere: attamen cum in uacuas prouincias, absque consensu illorum se immisisset, quas non à parente, sed aliunde ex sanguinis uinculo comparasset: par omnino esse, idque ius gentiū dictare, ut æqualem cum ipso hæreditatē adirent, quam non minori quàm ipse uinculo contingerent: cessareque isthic & ætatis prærogatiuam & prolis foecunditatem, ubi non à parentibus, sed propinquis, extincto aliquo stemmate, hęreditates defluerent. Petere idcirco Ordines, ut in integro tantisper omnia manerent, donec secum Cæsar ex uoluntate confecisset. His peroratis, ad partem secéditur à Prouincialibus. à quibus habita consultatione ad semihoram, communi ore responsum est: Difficilius esse negocium exulceratis principum animis, quàm ut à subditis tam subitò responderi pro cuiusque uoluntate atque sententia posśit. Adsciscendos maiore autoritate uiros aliquot esse, qui & in medium rectius consulere, & proferre liberè, quæ censuissent, auderent. Itaq; rem totam integram ad alterum cōuentum differre uisum, qui ad festum diuę Agnetis indictus esset, loco patentiori designato, Augustinianorum cœnobio: electosque esse tradunt ex omnium numero qui huic concilio præessent, & consilia aliorum moderarentur, præpositum cathedralis ecclesiæ Viennen. Dn. Antonium, Gotuuicensem, Sanctæ crucis, Lilgenfeldensem, & Cellæ beatę uirginis, abbates: Albertum & Georgiū à Pottendorf, Albertum & Vitum ab Ebersdorf, Georgiū à Kunring, Georgium à Puecheim, Vlrichū à Starhenberg, Georgium Streuno à Schuuarczenauu, barones. Ex equestri denique ordine, Nicolaum Drugsacz à Staecz, Sigismū dum Eyczingen, Bernhardum Tahensteyner, Georgiū Seysenecker, Vuolfgangū Oberhaymer, Christophorum

rum

rum Pettinger, Sigismundum Friczendorfer, & Vuolfgangum Missendorfer. His coniungebantur ex ciuitatibus passim deputati: è Vienna Iacobus Starck, consul, Osualdus Reichuuolf, Christianus Vuisinger, & Vlrichus Herner: ex Stayn & Krembs, Rupertus Prætor: cæterisque oppidis, iudex Lyncensis, Michael Marckfelder nomine, iudex Tulnensis, & Petrus Vuattichan, prætor Closterneuuburgensis. Quibus omnibus conciliandis, sicubi discreparent, præponun-
10 tur à conuentu Michael burggrauius Magdeburgensis, comes Hardecensis, Bernhardus comes à Schaunburg, Vuolfgangus à Vualsee, & Vdalricus ab Eyczingen. Is exitus fuit primi conuentus, quem diximus in Schola diui Stephani, ad conciliandos Principes, à prouincialibus institutum fuisse. Quem alter mox sequitur, Dominica post B. Agnetis solennia, superiori & frequentior, & celebrior. Nam & prouinciales plures conuenerant, & rex Bohemiæ Georgius legatos ad hunc miserat, Venusium à Vueyd-
20 mul, & Iodocum ab Eynsidlen, qui pro Cæsare interpellarent, & conciliandis Principum animis, heri sui autoritate operam darent. Adfuerant & Cæsaris oratores, quorum suprà meminimus, Albertus archidux, adscito Vuilhelmo Saxoniæ duce, qui quartus in partitionem relictæ Vladislai hæreditatis uenire cupiebat, quòd ex Anna uidelicet Vladislai germana filium suscepisset, quem ex uetustis prærogatiuis successorem Vladislao destinare conabatur: Bohemus simul, quæ Vladislaus regno suo deberet, antequam res
30 controuersæ componerentur, repetebat. Adeò undiq; mitissimus, Imperator spiculis petebatur, & ne extremà manus exulceratis contentionibus imponeretur, impedimenta scaturiebant. In his turbis, ac rerũ complicatione, Ordines facta digressione, singulis quod ex re uideretur, & prouinciæ tranquillitate, responderunt: Austriacis primò quidem principibus, Friderico Imperatori, Alberto ac Sigismundo archiducibus, ut
depo-

deposita simultate, in mutuam gratiam redirent, non solùm consulunt, uerùm asperius etiam paulo, nihil in causa prius se acturos, interminantur. Bohemi post ulata de Vladislai regis debitis, ad futurũ hæredem reijciũt: qui cum designatus esset, sublata controuersia, satisfacturus omnibus foret. Pertinere nihilominus ad regis sui humanitatem, ut oratores Gallos, qui sponsam Vladislao deduxissent, sine iniuria domum redire sineret. Quibus & ipsis comitiuam dignam adiuncturi sint, qui usq; in Italiam uirginem deducerẽt, ut undiq; hono 10 rata potius quàm offensa, per suos fines perueniat. Quo responso cum omnibus satisfactum esset, unius Alberti animus exasperatus fuit: inscio se Cæsarem fratrem in urbem Viennensem intromitti uetans. Quibus postulatis, nisi audiretur ab Ordinibus, prouocationem ad Romani imperij Principes interponebat, & Rheni quidẽ præcipuè palatinum, qui Romani imperij ex legibus esset post Cæsarem locũ tenens: eamq; appellationem ad Acta referri petijt, cum solenni pręmissa protestatione. Ad hæc Ordines prouinciæ pertinaciter in propo- 20 sito hærentes, ni de rebus controuersis placidè cum fratre Cæsare conferret, aliam sententiam laturos se negabant. Hic rursus Albertus cum ad concordiam difficilior foret, & in nullo fratri cederet, ut in Arce locus sibi esset, petebat. At illi & istud denegare, atq; ut deposita simultate amicitiã fraternam restituere uellet, obsecrare. Quibus exulceratus Albertus, multa minitans Vienna abijt: & exercitum comparaturus ad Rhenũ contendit. scilicet quòd iure non poterat, ui ac armis extorsurus. Tam sæuum homini ingenium fuit, quod nullis 30 certis finibus contineri poterat. Hæc postquam Cæsar resciuit, præmissis qui adhortarẽtur, ne uiolatis legibus Alberto ante causæ cognitionem aliquid deferrent, monet conuentũ publicè in hoc esse indicendum, ut iure ac secundũ leges cùm Imperij, tũ inclytæ domus Austriæ, hoc quicquid esset dissidij tolleretur. Nec multo pòst, ut factioni resisteret, Viennã ipsemet concessit: nec tamen

in ar-

in arcem, quæ præsidio prouinciali in sequestro tenebatur: sed in prius hospitium, ædes Petri Straffer diuertit. Secutus mox & Albertus est, iramque omnem in ciues Viennen. euomuit, qui Cæsarem admisissent. Sic crudelis dissensio fratrum, plerosque innocentes partim in carcerem cõiecit, partim prorsus è medio sustulit, dum alter alteri studet, illectusque donis ac promissis herilem pro se quisque fauorem aucupatur. Quam laniænam quidã pacifici, & qui in familiaria iura Alberto pręcipuè accepti fuerãt, miserãtes, omnis generis illecebris Principẽ ferocientem adgressi, uix tandem eius animũ expugnarunt: eoq; hominem permulserũt, ut deposita memoria simultatis, iraq; omni remissa, fratrem Cęsarẽ ultrò accederet: amiceq; cõplexum, prior ad rationes amicitiæ reducendæ, pacisq; prouincijs quæ controuersæ fuerant recuperãdæ, adhortaretur. Placuit is animus permollitus aliquantum Cæsari: qui deprecatus suã & ipse culpam, à consilijs immoderatis temperaturum se recepit. Quò uerò omnis discrepãtię materia submouerẽt, opus esse tertio quodã uidebatẽ, qui utriq; amicus, capita causæ amicè explicaret, & qdquid superesset offensionis tolleret. Visus est igiẽ ad hãc rem idoneus, Ludouicus Boiorũ dux, princeps sine omni suspicione, & qui utriq; ex æquo charus esset ac gratus. Huius interpellatione, & sedula utrinq; animorũ tentatione, in hanc tandem formulã conciliari posse fratres existimati sunt: ut Cęsari Austria inferior, cuius est Vienna metropolis, cõprehẽsa Anyso, Tega ac Lytaha fluminib. cederet: superiorẽ uerò hinc quidẽ ab Anyso ad Oenũ excurrẽtem, illinc aũt à Styriæ alpibus in Bohemiã extentam, salinis ac lacubus fœcundã, Albertus possideret: Sigismũdo archiduci deniq;, pro sua requisitione, superior Carinthia daretur, Tyroli contermina. Iuramẽti nihilominus ius quod hæ prouinciæ singulis dixissent, firmũ atq; incorruptũ maneret: regressumq;, si causa aliter definienda foret, tam Cæsar in Austriam superiorem, quàm Albertus in inferiorẽ haberet. Ad hæc omnia arx Viennen.

M de quã

de qua tanta discordia fuerat orta, in tres partes diuisa, suam cuiq; habitationem largiretur. Hæc à Ludouico Boiario, feliciter, piè ac fideliter tum acta sunt, non sine maximo prouinciarum tripudio prouincialiũ, & ipsorum etiã principum exultatione. Suntq; in possesionẽ singuli legitimè ex authoritate Ordinum misi, & tranquillitas secuta est in Austria insperata. Quod ferre nequiens, qui generis humani est insectator, & discordiarũ author, ut animos fratrum rursus disiungeret, ac sangui nis laniænam nouam suscitaret, hominem quendã nullius publicè existimationis, at ad res nouas ingeniosissimum, excitauit, Chunradum Fronauuer: cui cum domi nium Ort, ad Danubium, haud procul à limitibus Hungariæ, Cæsar accepta pecunia mutuò pignori opposuisset, ditionemq; reducere rescripta pecunia uellet, cæterùm ui retinere pignus sceleratus conaretur, nescio quã hæreditatem propinqui sui Gerardi Fronauuer causatus, quam Cæsar illi deberet: nouum inde rursus incendium, cædesque cruentæ exortæ sunt, superioribus longè uehementiores. Quippe aucupatus fauorẽ Alberti, is de quo dictum est seditiosus, adhibitis suæ officinæ opificib. ut iuuenis principis ac natura ferociẽtis animũ paulatim à Cęsare fratre alienaret, inęqualẽ diuisionẽ obtru debat, superiorẽ Austriã eleuãdo, quòd & multo minor inferiori esset, nec ullum ex uino reditum haberet, quo inferior omnes facile Austriacas prouincias superaret. Et quoniam iuris legibus Cæsar ultrò se submittebat, & responsurũ se corã Ordinib. quos sacramento sibi dicto in hoc insuper soluerat, pollicebat, iudicij præfecto Pata uiensi principe electo: tamẽ nõ solùm peremptoriè citatus nusquã cõparuit sceleratus, spreta iudicij tam solẽnis maiestate: uerùm Albertũ ad hæc suæ causæ patronum adsciscere, ipse rapinas agere, & Cęsaris & Patauiensis episcopi pagos prędia'que ferro atque igne uexabat, & latè per Marcafeldinos Tulnerfeldinos'que campos latrocinabatur: posthabitis omnibus magistratibus qui uiam iuris legitimam proponebant. Ita in causam postre-

Fratres rursus discordant.

poſtremò Albertus deſcendit, cuius animum unà cum complicibus ſuis in Cæſarem exaſperare non deſinebat. Erat enimuerò ad uitia procliuior Albertus: genio indulgere ac potare, uenari'que cum ſatrapis regulisque, & donare ſubinde, à primis annis adſuetus. Qua facilitate illecti quàm plurimi ex nobilitate Auſtriaca, cum Cæſaris maturitatem exhorrerent, atque tenacitatem: tranſactis aliquot conciliabulis, quæ certis diebus in caſtellis paſsim oppidisque Gunderſdorfi, Vulf-
10 leſdorfi, Stokerouua, Trebenſee, Tulnæq; clàm indixerant, deſerta tandem fide, iuramentiq; dicti Cęſari obliti, omnes poſtremò uel maior eorum pars ad Albertũ tranſière. Hi erant, Vlrichus, Stephanus, Oſuualdus ac Sigiſmũdus Eyczingheri: Georgius ab Eckartſauu, Albertus & Vitus ab Eberſdorf, Albertus à Pottẽdorf, Georgius à Seyſeneck, Georgius Vuolfenreyter, Nicolaus Trugſaſs de Staecz, Erhardus Doſs, Bernhardus à Dahenſteyn, Sigiſmundus Friczendorfer, & qui cõiurationis illius primus autor atq; incentor fuerat, Chunradus
20 ipſe Fronauuer, de quo dictũ eſt: qui Alberto duci omñes iuramento ſe obſtringebant, ad omnes caſus ut hęreditario domino obnoxios, fidem inuiolatã præſtituros. Et quanquam acceſsione tot ſatraparum, in ditione Cæſaris tenentium, plurimum ſpei roborisq; Albertus poſuerat: tamẽ Georgij Boigebrachij, noui Bohemorũ regis, uires amicitiamq; cum Cæſare metuebat. Itaque ut hunc in ſuas partes traheret, omnibus neruis nitebatur. Quod quorſum euaderet, intelligentes præcipui ac opulẽtiores Auſtriæ reguli quatuor ab Eyczing, Stephanus,
30 Oſuualdus, Vlrichus ac Sigiſmundus, cõiuratione ſe extricantes, fidẽ Alberti aliorumq; deſeruerunt: ac meliora amplexi, ad Cæſarẽ redierunt. Quę res ita Albertum exulcerauit atq; terruit, ut omnibus fruſtra conſumptis conſilijs, ad aſtum ſe cõtulerit principe minus dignum, Viennam quippe cum paucis nauigans, receptusq; clàm à ſuæ factionis ciuibus, abſente Cæſare, dominium ui arripuit, adactis in uerba ijs qui fruſtra aliquandiu reſi-

 ſtere

ſtere nitebātur. Ibi in eo tumultu cum uix pernoctaſſet in domo Pragenſi,in uin dictam intentus,per Vuolfgan gum Oberhaymer,Vlrichum ac Eyczingen accerſiuit, per ſpeciem amicitię,quaſi de neceſſarijs cum eo locutu rus.Is uerò,ut in firma pace,cum nihil ſiniſtri ſuſpicaretur,mox præſtò adfuit.Quem Albertus,cum prius mul ta obieciſſet,& quæ præſertim contra ſuam ſalutem conſilia iniuiſſet: etſi negaret,& iuſtam defenſionem obijceret,uinctum in prouinciam ſupra Anyſum miſit, nullis admiſsis à quoquam uerbis quæ inſontem,& ab hoc crimine liberum probarent: ſic fruſtra omnes deinceps fuerant preces. Itaque fratres, Stephanus,Oſuualdus & Sigiſmundus, poſteaquam ad interceſsionem Hungariæ & Bohemiæ regum, liberare fratrem non poſſent, comparatis militibus, non Alberto modò bellum denunciarunt, uerùm Viennenſibus etiam minati ſunt, apud quos,& conſentientibus quibus, frater raptus fuiſſet. Itaque ſine mora eductis in aciem copijs,& à propinquis ac aliquot Bohemiæ ſatrapis pecunia mutuata, uno propè tempore & tractum Viennenſem & ſuperiorem Auſtriam,infeſtam reddere cœperunt. Quo latrocinio prouinciales excitati, ad Haderſdorfium diem dixerunt, quo de auertendis damnis, & publica calamitate tollenda, publico ex conſilio tranſigeretur. Iam enim conſtabat,pleroſque Bohemorũ,& ex his potentiores, Boguslaũ à Schuuam burg,Dominos à Sternberg, D. à Dobeczauu,à Vueytmill,à Miloticz,à Milonicz,Nicolaum Schlyck,& Apelium quendam,unà cum Eyczingeris conſpiraſſe:quòd ex his neſcio quo iure repeterent Schlyckij dominium Greyczẽſteyn,Sternbergij Mitterburg in Hiſtria,Vueyt millius dominiũ Lẽpach haud procul Vienna, Apelius Pechſtal,& Dobeczouius Enceſdorf.Itaq; prouinciales, quos diximus cõgregatos fuiſſe in Haderſdorf,haud pcul Kreſio,ne mora pręſentib.obeſſet,legatos ad Cęſarẽ decreuerũt,q tũ ad Rhenũ morabať: & quãto res ſit in pículo demõſtrãt:monẽt,maturè laborãtib.ut ferat auxilium,

xiliũ,ne Alberti fratris factio utiq; ualidior,ui se ad ea cogat quæ nollent,& quę cum semel dicto suę Maiestati iuraméto pugnarẽt.auctã hanc esse Eyczingorũ defectione,& Bohemiæ satraparum opibus atq; subsidijs:ut nisi maturè tantæ coniurationi obuiam eatur, metus sit,ne cæteri quorũ fides adhuc integra uideretur,hanc quoq; exuant. Ad hãc legationẽ Cæsar,cõsolatus proceres,datis quoq; literis ad Viennenses ut in officio manerẽt, primo quoq; tẽpore pollicitus auxilia,ad tẽpus animos titu
10 bantiũ confirmauit.Nec cunctatus interea, quas potuit copias q̃ celerrimè contractas, nauigio Viennã demisit. Quo tẽpore & Bohemię rex Georgius,exoratus ut in sequestrũ se immiteret, legatos Viennã misit,quorũ interpellatione præsentib.oratorib.Cęsareis ac prouincialib. post multas utrinq; cõsultationes,in hanc formulã causa Eyczingerorũ definita est.Primò,ut utrinq; captiui ad libertatẽ redirẽt. Secũdò,ex latrocinijs pecunię exortę, si nondũ solutę forẽt,uti de præsenti adhuc soluerẽtur. Tertiò,omnes bellorũ denũciationes,quæ in tanta rerũ
20 confusione passim factę essent,delerentur. Quartò,omnes arces atq; castella,eâdẽ in turba per uim occupata ac rapta, ad eos rursus redirent, quorum de iure forent. Quintò,omnia munimẽta excitata passim à quouis, & Tabrinæ,quas uocabãt,à Bohemis ad rapinas & grassandũ erectę,uti, destruerentur: uięq; omnes ac semitę,quæ hactenus infestæ fuerant,ut repurgarentur, quo liberè permeare ac sine discrimine incolæ ac mercatores possent. Sextò,Vlricus Eyczingius uti in libertatẽ ab Alberto archiduce sistatur,omni remissa taxa,in arcem Schra
30 tentall,fratrib.coràm exhibitus: cum quibus instrumento concepto cauere principibus Austrię teneretur, itẽq; proceribus prouinciæ atq; Viennensibus, de omni ultione remittenda: depositaq; omni memoria præteritorũ, & ipse & fratres,ueteres iniurias sepelirẽt. Septimò,siue Albertus siue Eyczingij,iure denuò causas suas explorare uellent, integrum illis uti sit, modò secundum leges cùm Austriæ tum Rom. Imperij id fiat. Octauò, ut te-

Formula liberationis Eyczingeri.

Formula pacis inter Albertum & Fridericum Imperatorem.

ut testes qui in hac causa adducerentur ad dicendam ueritatem, soluti omni iuramento, quo cuiq; essent adstricti, à narratione ueri non declinarent, de quibus sui nec per se, nec per alium uindicare uellent. Postremò, Alberto archiduci iniungitur, ut formulam illam ratam ac firmam haberet, neq; conciliata capita quouis prætextu rescinderet. Quod ut libentius admitteret, comitatus duo insignes, Styræ ac Neuuburgensis Oeni, cum pontis Lytahæ oppidulo, ex diuisione adiudicatæ ditioni ueluti corollarium adiecti fuêre. Secundum hæc 10 postulatis Bohemi regis responsum est: In debitis quæ Ladislaus rex reliquisset, locisq; pignori oppositis, quæ in possessionem eorum qui mutuarāt pecuniam uenissent, Ordines rationes certas inituros, ut singulis ad teruncium satisfieret: exclusos enim se iam tempore esse, tractationēq; eius rei ad festum Purificationis diuæ uirginis proximum differre: ad quem diem hi comparerēt qui ius haberēt petendi, ac causas suas iuraq; proferrent. Is exitus fuit eius cōuentus, quem diximus in caussa Alberti ab Ordinibus indictum fuisse: in quo operæpreciū 20 aliquod tamen factum est, & ad concordiam maior aditus præstitutus, quàm antea uel Bessarion cardinalis, uel principes Imperij, quorum suprà facta est mentio, perficere potuêre. Itaq; cum pax Austriæ iterum refulsisset, intestinoq; bello deleto, cuncti iam de statu prouinciæ bene sperare cœpissent, ecce nouum rursus incendium suboritur: ac latrocinia prius magno uix labore submota, recrudescere paulatim, ac infestiora quodammodo fieri, calamitates prouinciæ nouas ciere, tumultus post se maximos traxerunt. Milites quippe, atque ex 30 his præcipuè Bohemi, quorum in eo bello opera Albertus usus fuerat, quibus soluēdo cum nulla ratione esset, duce Luduuynco quodam, passim per prouinciā latrocinabantur, atq; colonis ubiq; damna quàm maxima inferebant. Aduersus quos eductis ex tempore rusticis ac ciuibus, qui in oppidulis atq; castellis uicinis erant, dum absque disciplina militari, milites iam multo tempore exerci-

Renouata latrocinia.

exercitos adoriuntur, fusi, ac magna ex parte trucidati fuêre. Sed collecti rursus à ducibus, & Alberti adiectis integris copijs, casum belli repetentes, cum ex uindicta acceptæ cladis maiori animo pugnarent, uictoriam postremò consequuntur, mille & quingentis latronum captis, cum maiorem partem deleuissent. Ex his nobiliores Albertus Cæsari fratri Viennam, tanquā spoliorū preciū transmisit: reliquos omnes in crucē egit, & ex arboribus passim stipitibusq; suspendit: quos maiores no-
10 stri uernacula lingua, à loco Bohemiæ, unde educti fuerant, die von Teya nominarunt. Dum hæc in Austria fiunt, non omnino extinctus adhuc Alberti furor erat; quòd ad profundendas magis quàm accumulādas opes suapte natura pronus ferretur, ac pessimi cuiusq; consuetudine atq; consortio uteretur. Quorum antesignanus, de quo suprà dictum est, Fronauuerus fuerat, exulcerato iampridem in Cæsarem animo, ob ademptum, & iuris remedio recuperatum dominium Ort, cuius possessionem ad se ui trahere, donatióne Vladislai regis ficta,
20 conabatur: Qui ut factioni suę robur adderet, ciues quosdam Viennenses ad res nouas accōmodos, in familiaria iura Alberto insinuauerat: qui captata occasione, conqueri de Cæsare, ac eius seueritate: Alberti liberalitatem laudare, illum dominum cupere, ac studia opesq; polliceri: facile tandem principis animum, qui nullis certis limitibus continebatur, eò perduxerunt, ut oblitus fidei datæ, ac pactorū, de armis cogitare inciperet. Quærebatur belli renouandi prætextus quidam, quod meliorem Cæsar portionem in diuisione nactus fuisset, Au-
30 striam uidelicet inferiorem, quæ semente ac uino superiorem longè superaret. Quæsiuerunt & ciues, quos dictum est Fronauuerū socios coniurationis adsciuisse, Odnoccarus Kyrchaym medicus, Vuolfgāgus Holtzer monetaliū præfectus, & Fridericus Vuestédorfer, cōspirationis robur quoddā, ac consiliorū suorū faciliorē exitū, ne ab his qui fidē Cęsaris amplectebātur, opprimerētur, artifices quosdā, seditiosos homines, uociferatores,

&rapto uiuere adſuetos, Iacobũ Geſchnibel, Ioannem Haug, Iacobum Straſsl, Laurentium Schuancz, Georgium Krempel, Menhardum lanium, Ceruum ſpeciarium, & tres pelliones, quorum nomina perierunt: quas pollicitationibus ac prædarum cupiditate induxerunt, ut in publico Senatu, cum de relinquendo Cæſare agitaretur, clamoribus ſuis ac minis illos obruerẽt, qui fidem Cæſaris deſerere nollent: quorũ præcipui tum fuerant, Chriſtianus Prenner conſul, Oſualdus Reichuuolf, Stephanus Kisling, Thomas Tenck, Simon Potl, Nicolaus Teſchler, Ioannes Angeruelder, Vlricus Kerner, & quidam Kansdorfer, omnes tum patres in Senatu adſcripti. His ita ad nouam coniurationem præſidijs ac adminiculis præſtructis, qui Alberti partes tuebantur (erant aũt præter ciues Viennenſes & prouincię proceres quidam, & hi quidem autoritate & opibus præſtantiores) ut fuco quodam obtegerent conſilia, & opinione quadam fidei Cæſaris animum delinirent, conuentum ad pagum Stetldorf, in ripa Danubij infrà Kremſium indixerũt: domino Nicolao à Liechtenſteyn & Niclaſpurg, qui conſpirationis coryphęus erat, uehementer urgente, & ne Cæſar, tempore detectis conſilijs, armis præueniret, diſpiciente: ſic conſultatione habita in loco obſcuro, ad Cæſarem duos legatos communis prouinciæ nomine mittere placuit, baronem à Stubenberga Styrum, & Reichuuolfium ciuem Viennẽſ. primæ in Senatu autoritatis. Hi in mandatis habebant ut facultatẽ peterẽt, cõuentus apud Viennam ſtatuendi: atq; ad eum locum accedendi publica fide caueri. & ſi ſua Maieſtas intereſſe dignaretur, gratum ſibi futurum: ſin minus, ſuos homines mitteret, qui ſingulis intereſſent, ac intelligerent quæ acturi forent: ea ad communem prouinciæ tranquillitatem, ſuęq; Maieſtatis cõmodum dignitatemq́ue pertinere. quod ex eo maximè conijcere poſſet, quòd in ingreſſu mox ad portas adigere in uerba ſingulos ſtatuiſſent, ne aduerſus ſuam Maieſtatem, prouinciæq́ue leges, clàm uel cõſilia miſcerent, uel apertè uerbis armisq;

molitu-

moliturí quidquam forent. Ad hæc Cæsar (ut qui præ-
stigia illa facilè animaduerteret, tamẽ coràm reprehen-
dere, ne subitæ defectionis ansam prębéret, nollet) mira
ri se dicebat, quòd comitium postularent, cuius nulla
tranquillis rebus necessitas foret: sperare se eam fidem
integram adhuc esse, quam sibi semel in partitione cum
fratre dixissent: neque offensæ quidquam extare, quæ
uel illos uel fratrem in dignam iram excitasset. Quoniã
uerò utiq; coire constituissent, & consilia (ut ipsi pręfer-
10 rent) in communẽ usum, suumq; & Reip. commodum
reditura essent, facultatẽ illis conuentus facere: scriptoq;
cauturum, ut uenire & redire sine maleficio possent. sta
timq; edicta ad Magistratus suos misit, qui uel telonijs
uel locis suo nomine fideq; præfecti erant: hisq; manda-
uit, ut publica fide, dum comitiũ illud transigeretur, cũ-
ctis cauerent, immunitatemq; præstarent. Ipse in consi-
lia ipsorum intentus, & omnia circumspiciens, ut erat
prudens princeps, cum dolos subesse intelligeret, suos
quoq; oratores adesse uoluit, qui diligenter inquirerẽt,
20 & perfidas procerum mentes tentarent. Hi erant, Vlri-
chus Riederer præpositus Frisingẽsis cancellarius, Vlri-
chus Rorbacher camerarius, Vlrichus Grauenecker, An
dreas Pamkircher, & Sigismundus Sebriacher. Dum
hæc fiunt, Albertus archidux, ut factioni suæ robur ad-
deret, siue iuuantibus siue conniuentibus his ciuibus
quos dictum est fidem Cæsaris clàm deseruisse, arcis
Viennensis possessionem nactus, ex illa gubernacula
non urbis modò, sed totius insuper inferioris prouin-
ciæ inuadere cœpit: uocatisque in arcem ijs ciuibus
30 qui coniurationis complices erant, quo pacto reliquos
ad se trahere posset, quos dictum est in fide Cæsaris
perstitisse, cum his consultabat. Ex quorum consilio,
uocato in curiam urbanam Senatu, per speciem, tan-
quam rebus urgentibus deliberaturus esset: Holczerus
& Kyrchaymius, quos dictum est eorũ ciuium qui con-
iurauerant coryphęos extitisse, cum armata manu com
plicum suorũ, & seditiosissimi cuiusq; ex plebe, irrum-

punt,& è subsellijs senes tremulos abstrahunt,raptosq; in publicos carceres abducũt. Etsi aũt desistendo abundè populo cauere se dicerent, impetrare tamen sæuiente ignobili uulgo, aspirantibus præsertim & uociferantibus Holczero & Kyrchaymio, quę urbis erat pręrogatiua,ciuiũq; qui ædes haberent, nequiuerunt. Hi erant, quos antea memoraui,Christianus Prenner consul,Osualdus Reichuuolf,Stephanus Kisling,Thomas Tenck, Simon Potl,Nicolaus Teschler,Ioãnes Angerfelder, Vlrichus Kerner & Kansdorfer. Hæc circa solennia beati Augustini,in exitu Augusti mensis,facta sunt:cum urgẽtibus Comitijs, quæ ad festũ S.Aegidij indicta fuerãt,ad oppignorationẽ accumulatã, nouus consul Holczerus, ciues innocentes,quos diximus, quòd fidem Cæsaris deserere nollent in carceres ex curia urbana raptos, tandem custodia liberauit,accepta fideiusione de sistendo, quandocunque reuocarentur. Sic principio posito comitiorum, illucescente Purificationis diuæ Virginis festo,passim multi ex omnibus prouinciæ locis Viennam confluunt.Sed nullus ex ijs ad iuramentum adigitur, de quo tam prolixè ad Cæsarem gloriati fuerant, ne ulla aduersus Cæsarem consilia expedirentur. Locus congressus, Augustinianorum primò, deinde uerò & Minorum, templa designata:inque altero prima luce conuenientibus iam proceribus , Holczerus , Kyrchaymius,& Vuestendorfius, ingentem plebis ac opificum manum adducunt, rationes nimirum omnes honestas componendorũ principum,referendæq; pacis auersuri. Itaq; clamoribus res ita acta est usq; ad prandij tempus, ut non modò rebus infectis discederetur,uerùm etiam à uerbis ferè ad uerbera peruenirent. Reynpertus quippe ab Eberstorf,insidias persentiscens, Holczero se opponebat, Cæsarisq; partes constanter defendebat.contrà Holczerus cum suis complicibus,ui rem agebat. Ita dirimentibus litem cæteris,& omni persuasionis conatu silentium referentibus,concilium dimittitur:atque à meridie ad templum Minorum , iussis proceribus conuenire,

uenire,transitur:ubi nihil magis quod in medium conueniret,perficitur,turbantibus consilia omnia pacis, ijs quos antea in hoc subornatos ab Alberto fuisse dictum est. Quapropter cum affectis animis,qui meliora sentiebant,omnes forent,collatis consilijs proceres,exclusis ciuibus,congressum duorum Ordinum, baronum nempe ac equitum designarunt, eumq; ad pagum Stetldorf, infra Kremsium indixerunt. Vnde consultatione habita, ad Cæsarem rursus duos legatos communis prouin-
10 ciæ nomine mittere placuit, dominum à Stubenberga, & Seyseneckium. Quorum postulata erant, ut alterius cõuentus indicendi apud Viennam illis copia foret, quo de controuersis ad plenum decernerent,diuturnęq; tragœdię finem imponerent. In quæ etsi Cæsar consenserat,tamen,ut erant,technas intelligẽs,nauigio deuectus, in Nouam se ciuitatẽ contulit, atq; inde diligenter omnia consilia excipere conabatur. Conueniebatur interea ad diem præstitutum S. Iacobi,anno à nato Christo elapso 1461. & Cæsar intelligens quorsum res euaderet,
20 cum præsertim maiores quotidie uires coniuratio acquireret,haud cunctandum ratus,quatuor millibus peditum equitumq; ex Styria comparatis, Viennam contra maturauit:à quà exclusus,magna rei indignitate circumuallare propriam urbem cogitur: cœptaq; obsidio sabbato ante Barptolomęi solennia,ciues paulisper terruit,ut de intromittendo Cæsare cogitarent: cui ingredienti obuiã progresi,ac in genua prouoluti,haud difficulter præteritorum obliuionem meruerunt,quòd maiorem illorũ partem extra culpã Cæsar esse intellexisset.
30 Itaq; gubernacula rursus capessens, ac tranquillitati urbis studens,cum dissensionẽ inter plebem & Senatũ animaduerteret,ut seditionis seminaria tolleret,uocatos in arcẽ tam Senatores cæterosq; patricios ciues quàm plebem ac opifices,posteaquã denuò in uerba adegisset, eligendi illos coram se,Consulem ac Senatores,cæterosq; magistratus,copiã fecit. Electi sunt aũt tum nõ omnino tales,quales Cæsar cupiebat: sed ex ijs pleriq; qui ueteris

contra se coniurationis participes fuerant: solus consul Sebastianus Zieglhauser, Cæsaris uidebatur partes asserere. Quare tumultuante plebe, Cæsare absente, nouo Consuli successor datur Vuolfgangus Holczer, seditiosorũ omniũ coryphæus, & Alberti consiliorũ conscius. In Senatores quoq; tum renũciati fuerũt pleriq;, quorũ fides magis Albertũ quàm Cæsarẽ respiciebat. Qui etsi in curia Episcopali sacramentũ Cæsari, eiusq; liberis dixissent: illius tamẽ haud multo pòst obliti, nouas tragœdias mouebant, suisq; consilijs iustæ quasi querimoniæ 10 tegumentũ induxerũt. Erant milites aliquot à Cæsare dimissi, quorũ opera in obsidione Viennensi utebatur. illis nonnihil stipendij detractũ fuerat: ut solet, cũ positis armis pax & tranquillitas recuperatur. Hi per uineas ac arua palantes, damnũ cùm cæteris, tum pręcipuè Viennensib. faciebãt: quibus in uindemia uasa uini interceperãt, aurigis in captiuitatẽ abductis. De ea iniuria cõquesti ad Cæsarẽ, uehementius q̃ par erat, damnũ exaggerabãt: minis interdũ adiectis, ut fidei uacillãtis argumẽta haud obscurè apparerẽt. Excepit ea Cæsar nõ admodũ 20 hilari animo: pollicitusq; emẽdationẽ, iuramentũ semel bisq; dictũ proponebat. Adiecta erant postulata, ut quoniam in præsenti pecunia sibi deesset, sex millia aureûm numûm interea sibi mutuarẽt: additurũ se tãtundẽ, quo militib. dimissis, solutisq;, maleficiũ tolleretur. In ea petitione cũ repulsam Cæsar passus esset, dimidiũ petijt: cũ & illud denegatum esset, ira succensus, militem à prædatione nec prohibuit, nec limitibus mouit, castigaturum minatus perfidos, & qui se rebus dubijs desererent. Quod intelligentes ij qui iampridem ad Albertũ clàm, 30 ut dictum est, transierant, adhibitis reliquis qui perstare in iuramento uidebantur, consultationem palàm habuere de renuncianda Cæsari fide. cõceptoq; acerbo ac pleno conuiciorũ, perfidiæq; scripto, ueluti iam in libertatẽ asserti fuissent: uectigalia & exactiones urbis omnes, quæ principi de uino portorijsque numerabantur, in ærarium suum redigunt, contempta Cæsaris

non solùm autoritate,sed præsentia etiam,qui cum uxore & filio securus rerum omniũ in arce Viennensi morabatur. Qui cum haud dubiè perfidiã suorũ animaduerteret,antequã cæteri qui integra adhuc fide uidebãtur, cõtagione mali corriperentur: Vdalricũ Riederer cancellarium,& Vdalricum Grauenecker in curiã urbanã, ubi congregati senatores & pleriq; ex plebe ac opificib: fuerant, misit, qui dicerent: Cæsari pergrauẽ istam esse uiolentiã,qua aduersus partitionẽ cũ fratre semel initã,
10 & fidẽ sibi datã,uterent.Monere se,ut desisterẽt,& cõsilia saniora amplecterent. Quod si facerẽt,non defuturã clementiã solitã:quam & nuper cũ se urbe exclusissent, experti fuissent:modò missis factionib.& sublato tumultu trãquillè uiuerẽt, ac gratię suę præmia expectare potius,q̃ uindictã & pœnã uellent. His auditis plebs æstuãs ira,ingenti excitato tumultu,instigante nimirum ac frigidum suffundente Holczero, uociferari & obstrepere, in Cæsarem palàm multa conuicia conijciebant. Quoniam non nisi damna & iniuriæ ab eo euenirent, ac an-
20 nuis fructibus pauperrimus quisque quotidie priuaretur, necessitatem illis grauem imponi, ut relinquere tandem illius fidẽ nolentes uolẽtes cogerentur,& pręsidium petere aliunde, qui sese ab iniuria tueatur, & in latrocinantes uindicet.Atque his dictis oratores quos diximus à Cæsare missos,contra ius gentium & fidem datam comprehensos in carcerem rapuere, nequidquam patribus resistentibus, & à uiolentia inconditam plebẽ illecebris ac promissis auertere conantibus. Sunt ex Annalibus qui tradant,Holczerum consulem, ut perfi-
30 diam suam accumularet, mutatã fidem (si dijs placet) hoc dicterio defendisse: Et piscatori licere, piscem captum,si uellet,rursus in aquam proijcere,si uilis & inutilis uideretur: quo magis sibi licere, à fide data discedere, quàm perpetuis damnis ac iniurijs Cæsar ipsemet sibi auferret:priuilegijs insuper his omnibus sublatis,q̃ serta tecta promisisset. O' responsum sceleratũ,& exemplũ perfidiæ prius nõ auditũ, quod nulla deleuerit

ætas: ô hominem ſacrilegũ,& quouis Iſcariota deteriorem, qui uerbis inſuper ad luſum quæſitis, impietatem ſuam atq; perfidiam accumulare, ac riſu indigniſsimo, in re ſeria, aduerſus non dominum ſolùm, & cui ſacramentum dixerat, uerùm Imperatorem etiam, & orbis gubernatorem, uti non uerebatur. His ita geſtis, miſſis legatis ad Albertum ducem, qui coniurationis conſcij fuerant, illum in ſpem potiundæ prouinciæ adhortantur. Et ne perfidiæ ijs crimen impingi poſſet, ſi nulla cauſa fidem Cæſaris desererent, inuentus eſt fucus quidam, quo ſacramentũ dictum renunciari iure poſſe con fidebant. Scriptoq; miſſo ad Cæſarem, quamobrem ad fratrem defeciſſent, prolixè excuſabant, ſe quidem ſubinde grauiſsimè conqueſtos ad ſuam Maieſtatem fuiſſe, ab eo tempore uſq; quò pro Ladislao rege, cui ex hæreditate gubernacula Auſtriæ ceſſerant, tutelam illa admi niſtrauerat, de damnis & iniurijs quib. ob continua bella ac latrocinationẽ, non ſolùm ciuitas Viennen. uerùm adeò tota etiam prouincia miſerrimè uexaretur, reditibus publicis à peſsimo quoque occupatis, ac incolarum ciuiumq́ue facultatibus direptis atque diſsipatis: & prę ter conſolationem, aduerſus huiuſmodi diſcrimina, nul la impetraſſe præſidia: uerùm ex bello inſuper bellum ortum fuiſſe, ac nouas ex fraterna cõcertatione rapinas incendiaque quotidie increbuiſſe. poſtremò pace etiam compoſita, cum iam ſpes refulgeret aliqua tranquillitatis futuræ, colluuiem militum relictam ad urbem Vien nen. quę maleficio afficere ciues miſeros non deſineret: ad quorum ſolutionem, etſi nonnihil ſe pecuniæ collaturos promiſiſſent, cum denuò ad S. M. quererentur, præter uerba nihil tamen extorſiſſe. Itaque proprijs uiribus ex neceſsitate colluuiem iſtam adgreſſos, cladem & ignominiam non exiguam retuliſſe. Nihilominus re ſtituta acie, conductis externis copijs fortunam belli tẽtaſſe. ac non ſolùm à mœnibus ſuis reliquias funeſtorũ illorum exercituum, feliciter ſimul ac fortiter profligaſſe: uerùm ad hæc etiam, quod ſe minimè cõtingebat, Ka lenber-

lenbergium arcem, Nusdorfium, Medlingam, Perchtolsdorfium,cæteraque circùm castella, quæ milites pa
lantes illi occupauerant, simul cum uectigalib. recepisse,latronib.nô sine sanguine, suoq; damno inde exactis:
eaq; Cęsareis quęstorib.ac prçfectis sine precio reddidisse,expectantes nimirũ sumptus illius uel partẽ aliquã,fineq; malorũ.Cæsarẽ ad hæc uerò, non modò postulata
sua honestissima subleuamentaq; urgẽtis necessitatis ne
glexisse:uerũ nouas insuper exactiones & uectigalia,gra
10 uia & insueta, miseris atq; exhaustis imposuisse, ut plus
S.M.triennio pẽderint,q̃ maiores sui multis uix annis an
tea numerarint. Quòd uerò mutuũ,ad dimittendas funestas illas militũ reliquias,denegarint:causam iustã habuisse,quòd officiũ Sitologię, quod Viennẽsib.antea accepta pecunia pignori opposuerat,de quib.toties querẽ
rent latronib.nõ reddito mutuo, unà cũ ciuitatib. Marheck,Badem,Prugs ad Lytahã flu.Potensteyn & Bottẽburg arcib. ultrò tradidisset, unde quotidie & sine fine
miseri infestarent. Ob quos nouos tumultus ac latroci-
20 nia uicina,retinere aliquid pecunię coactos fuisse, ut tẽpore tã ambiguo,subsidia illis eiusmodi nõ deessent,qui
bus tam priuatas quàm publicas iniurias arcerẽt. Postea
quã igitur cõtẽptos se atq; derelictos animaduertãt,sublatis priuilegijs maiorũ suorũ,aut nõ rectè custoditis, ui
neas in cõspectu uideãt,agros,arua,pagos, castella diripi
atq; succẽdi:quas iniurias nec uindicet sua Maiestas, sed
materiã insuper ad hæc penitùs perdenda, nouũ genus
militum introducat:cogi illos,& quidem grauissima ex
necessitate,beneficium pacis aliunde comparare: eaque
30 de causa,cum nec merita sua,nec patriæ amor,nec adflictorum commiseratio illam permoueant: iuramento
iustè se soluere,quo hactenus suæ Maiest.eiusq; filio Ma
ximiliano obligati fuissent:nullas exactiones,nullũ censum,nullũ uectigal de re quauis, nec portoriũ deinceps
soluturos: sed planè sine obsequio non aliter illã quàm
reliquos principes habituros: sine maleficio tamen,uindictæ ac conuicijs temperaturos: nec in uitam, nec in
famam

famam,fortunasq́; illius,per se uel per alios, consilia inituros: ita ut in urbe Viennensi cæterisque Austriæ inferioris ditionibus,homines sui sine offensa commeare hinc inde,has ingredi atque egredi,liberè sine iniuria possent. Postremò ne uiribus fortè maioribus præuenirentur à Cæsare,fidem suam eo in scripto penitùs non abrogant:sed tegumento quodam, illum expectare iubent meliora,ubi cum reliquis tribus Ordinib. prouinciæ, à quibus adhuc discrepent, Deo fortè propitio conuenerint,tantisper fidem in integro fore. cuius per- 10 breuem illam mutationem,non nisi suæ Maiestati, prouinciæque ita conquassatæ utilem futuram, ubi intellexerit,quorum consilijs atque factionibus illa à prouincialibus ac ciuibus suis fidelissimis nullis causis alienata, quædam aliter ex adulatione quorundum accepisset, quàm uel consultata uel gesta fuissent.Ipsam enim ea esse uirtute,moderatione,ac rerum experientia,ut intelligat,post magnas sæpe dissensiones, amicitias maximas secutas:post bella tranquillitatem: & post defectiones, fidem nonnunquam firmiorem subditorum in domi- 20 nos redijsse: postquam intellectis populi damnis, animos cœpissent ad mitiora consilia conuertere,& imperare miseris remissiùs. Ita fore demum, ut coniunctis animis,uno ore,una uoluntate,ipsi quidem qui causam defectionis habuissent, genubus prouoluti, ueniam peterent:sua uerò Maiestas,oblita præteritorum, redeuntes ad iugum clementer reciperet. Hic ferè exitus fuit eius scripti, quod coniurati paucis prouincialibus coniunctis,authore Holczero consule, Cæsari miserant in arcem Viennensem:quod datum erat Viennæ,die Mar 30 tis post festum Michaelis,Anno millesimo quadringentesimo sexagesimoprimo:cui subscripserant cùm senatores,tum alij,qui Holczeri factionem sequebant̃:Holczerus ipse primo loco,ut consul:Fridericus Ebner,Vlricus Maczaldorfer,Valentinus Liebhart, Ioannes Kyrchaym,Burcardus Odnacker,Laurentius Schuancz, Ioannes Marckart,Iacobus Strassl,Iacob.Schnuohl,Georgius

gius Krempel,Schonperger,Rauẽſpurger,Vulderſdorfer, Talhamer, Io.Kramer,Manhardus,Vleyſchaker,& tres pelliones. Hac fraude, nimis uerſipelle, qui cõiurationis cõſcij fuerãt,ſperabãt ita ſe media ingreſſos uia,facile aditum ad ueniã, ſi nõ ſuccederet, aqud clementiſs. Principẽ inuẽturos,ita literas melle cõdiderãt: excogitatisq́; atq; hinc inde detortis uerbis, ne aſtus intelligeret, in quib. exquiſitũ uenenũ tegebat, mera fella, perfidiæ plauſtra, proditiões manifeſtę,facilè animaduertebant.
10 At Cęſar defectione intellecta,etſi grauiſsimè ferret,nouos tumultus pręter meritũ ſuum exortos,& ad bellũ ſe aduerſus ſubditos cogi,in quos exemplũ potius ſtatuendum foret: tamẽ non omnes in culpa eſſe intelligẽs, qui autores huiuſmodi ſeditionũ fuerant,grauiſsime incuſabat, quod ſe,præſertim hominem ſenem, atrocibus his bellis,à quib. ſemper abhorruiſſet naturâ,alligarent,quo tempore Romano in regno multa neceſſaria illi conficienda eſſent. Itaq; inuocato auxilio diuino,cuius uindictæ rẽ omnẽ permittebat,ac quod omnes ſemper Prin-
20 cipes, Reges atq; Cæſares,ab iniurijs,& præſertim ſubditorũ perfidijs, tutatũ eſſet:miſsis nũcijs ac ſcriptis literis ad uicinos, pręſertim Bohemos atq; Styrios, in quanto periculo ſit, demõſtrat. (iam enim uallo obducto machinas admouerãt arci.)Ex his, re ſubita, Andreas Pamkircher à Slanyng,qui agros uicinos Hungarię ac Styrię habebat, & Hynco Bohemus, quanta fieri potuit celeritate,eductis copijs,antequã cæteri cõuenirẽt,ante mœnia præſtò fuêre,& paucis denunciato coniuratis bello, ferro atq; igne ſæuire in uineas ciuium non deſtitêre. E-
30 rat tum uindemia,hoc eſt alter à feſto S.Lucæ dies: eoq; pernicioſior ac grauior illa excurſio ciuibus fuerat,plauſtris uini effuſis, aurigis familiabuſque in captiuitatem abductis:nec coniurati,qui obſidione iam arcem cinxerant,pluribus laboribus ſufficere poterant: erant enim non mœnia ſolùm defendenda, quæ lacera & nondum integra erant,nulliſque tormentis, & præſidio uel exiguo uel nullo firmata: uerùm eruptiones etiam facien-

dæ in hostem, turbantem uindemiam, & annuis se fru ctibus priuantem, quibus præcipuè Viennenses & mer ces faciunt, & uitam trahunt. Itaque sumpto ex necessitate animo, accersitis aliquot è rure colonis, qui mœnia tuerentur, & propulsis hostibus uina inferrent, ipsi ad obsidionem ui omni conuersi, tormēta in parietem arcis, diu noctuque explodebant: quem paucis diebus ita concusserant, ut rimis hisceret, & locis plerisque rui nam minari uideretur. Interea Cæsar in arce haudquaquam trepido animo, etsi ducentorum saltem præsidium secum habebat, quorum ex equestri ordine pars præcipua erat, tamen uim omnem sedulò excipiebat, milites pro mœnibus locare, tormenta in illa attrahere, alia ex fenestris in hostem dirigere, tignis murum firmare, stuppa aliaque materia rimas obstruere, ruinas reficere, ac asseribus luto lapidibusque complere, prorsus nullum nocturni diurnique temporis laborem intermittebat. Erant cum eo coniunx Leonora, & Maximilianus filius adhuc puer: quos, ut ad obsidionem minimè aptos, pro tempore consolatus, quo res frumentaria, quæ perexigua in arce fuerat, illis minimè deesset, curam omnem suscipiebat. Ferunt Cæsarem ea audacia tum præditum fuisse, plus quàm in tali principe expectaretur, ut inclamaret alta uoce, audientibus hostibus: Arcem illam cœmiterium suum futurum: superesse numen, quod dominos à perfidorum iniurijs tueretur. durarent modò, & rebus se seruarent secundis. Adnotauit quispiam, qui his temporibus rebus gestis interfuit, cum ad tantam inopiam commeatus peruenisset, ut iam farina ac carnes deficerent, & or deum madefactum puero Maximiliano, Cæsaris filio, in gynæcio anus quædam comedendū apposuisset, insolitum cibum admiratū, ad patrem cucurrisse lachrymantem, ac finem huiusmodi ciborum petijsse. Sunt quidā porrò, qui de studioso quodam Franco animaduertunt, (Kronpergerū quidā uocāt) qui tum fortè in Gymnasio Vien. ingenij cultū capiebat (quod & ipsum

eo in

eo in tumultu, autore quodã Hafelbachio, impijſsimo theologo, ciuibus ſe coniunxerat) quòd in tali uaſtitate rerum miſertus Cæſaris, coniugiſq; atq; impuberis filij, auiculas clàm aliquot, carneſq; per cęcas & nõ cognitas uias retulerit. In quẽ poſtea, re detecta, grauiſsime fron toſus atq; indoctus theologus animaduerterat: donatũ tamen à Cęſare, cum liberatus poſtea obſidione fuiſſet, liberaliſsimè multis præmijs, atq; in aula detentũ. Inter hæc declinante iam uindemia, propter anni tempus, & 10 alia incõmoda, lenta oppugnatio eſſe cœperat, pleriſq; hoſtium aut clàm ſe ſubducentibus: aut ob iacturã, perditis uinis, à coniuratis ſenſim diſcedentibus. At confirmabatur quotidie Cęſar ampliſsima de auxilijs ſpe, quæ iam in itinere eſſe nunciabant, nõ ex ſubiectis ſolùm pro uincijs: uerùm ipſe rex quoq; Bohemiæ Georgius, cũ Victorino à Cõſtat filio, ingentẽ exercitum adducebat, & bellum iam Viennẽſib. per ſuos caduceatores indixerãt. Qua re cõſternati, qui coniurationis ſocij erant, omnis auxilij egeni, collapſis animis miſeriam ſuâ facinoraque 20 crudelia coràm cõtuebantur: nihil niſi furcas, cruces ac gladios metuebant, ac ueluti ceruicibus iam illis incumberẽt, atq; ante oculos obuerſarent, ad rumorẽ quemuis expaueſcebant. Vnicũ illis erat in Alberto duce præſidium, qui & pecunia carebat, & ſolus tantam molem belli ſuſtinere non poterat: & quod maius erat, quoniam procul is abeſſet, nec ſe tam ſubitò ad apparatum comparare poſſet, quantumuis ſecundam Danubij aquam, magna occaſione celerrimæ profectionis, ad manum haberet. Itaque Albertus uidens in quanto di- 30 ſcrimine ſui eſſent, omni mora interrupta, inſtructis ut potuit copijs, rebuſque neceſſarijs comparatis, Viennam nauigauit: receptuſque à ſuę factionis hominibus, duabus machinis aduectis, atq; arci admotis, in qua Cæſar cum filio & coniuge erant, obſidionem continuare cœpit. Dum hæc ad Viennam aguntur, Victorinus, Bohemi regis filius, cum ingenti exercitu ũenerat, & in campis ultra pontem exteriorem, quo Danubius ad

 Vien-

Viennam iungitur,castrametatus, Cæsarem,atque eos qui in arce fuerant, admodùm exhilarauit. atq; eos animos, qui iam rei frumentariæ inopia penè fracti fuerāt, addidit, ut exoneratis machinis, audaciam hostibus publicè testarentur:ex hisque pilas in patentes interim plateas, per quas ciues ut plurimùm commeare solebant, non sine discrimine ingredientium, exploderent. Non multis pòst diebus, & dominus à Sternberg ac Ioannes Vitobitius,cum altera Bohemorum manu præstò fuêre. Elapsus iam mensis & medius fuerant, ab incœpta obsidione, cum exciti in subsidium Carni ac Styri, magnis ac celerrimis itineribus per alpes Viennam contenderunt. Quos commodùm præueniens rex ipse Bohemorum Georgius, castra ad Korneuuburgam locauerat. In quo omnem spem ponens rebus deploratis Albertus dux, si ad pacificationem se interponere uellet, eum accessit: causaque sua quantum potuit uerbis, & criminibus quæ Cæsari impegerat ornata, intestini ac fraterni belli formula ex sua sententia dicta, exitum sperabat. At Bohemus, nisi audito Cæsare, statuere se quidquam posse negabat. Ita infectis rebus, colloquium solutum. Et Bohemi in alteram ripam, per pontem quo Danubius ad Viēnam iungitur, transgressi, sine ullo impedimento Viennensium, ac prouincialium, ipsius'que adeò Alberti, Styrijs ac Carnis: qui sub monte Viennensi, in pago Inczesdorf castrametati fuerant, iunguntur. Instabat dies beatæ Elisabethæ sacer, ad quem oppugnatio constituta fuerat. quod iampridem metuentes coniurati qui in urbe præualuerant, cæteriq; prouinciales qui Cæsarem obsederant, ruricolas passim ac unicolas è rure accersiêre, ijsque tuenda exteriora mœnia, ac septem qui illa incon fecta continuabat, tradidêre. Qui, ut homines agrestes, ualidi ac laborum patientes, uim Cæsarianorū ac Bohemorum non minori fortuna quàm animo exceperunt: profligatisq; oppugnantibus, duo quoq; illorū tormēta in urbē traxêre. Ita irrita illa tū oppugnatio fuit.

10

20

30

Quæ

Quæ res ita extulit animos illorũ, ut nec Bohemi regis cõsiliũ audire, ne remittere quicquã de cõditionib. quas proposuerat Albertus, uellẽt. Postremò tamẽ alternis agendo, effectũ est, ut regi facultas daretur Cæsarẽ alloquẽdi. Quod dũ fieret, & donec cõsilia pacis expedirentur, ab operib. cessatũ est. In eo colloquio flexus parũper Cęsaris animus est: & dies alterius colloquij in Korneuuburga dictus, ad quẽ Albertus, et qui eius partes sequebãtur, adessent. Cęsar eò quoq;, qui suã causam explicarẽt, 10 oratores misit, Sigismundũ Sebriacher & Georgium à Kaynach. Miserunt & coniurati Consulẽ suum, totius tragœdiæ autorem, Vuolgangum Holczerum. Qui consultatione habita, præside rege Bohemiæ, antequã capita omnia controuersiæ explicare possent, animaduerterunt rem maioris & difficultatis & temporis esse, utroq; fratrũ suam obstinatè causam tuente, quàm ut à possessione Albertũ, cuius animus nullis certis finib. continebatur, amoueri posse arbitrarentur. Itaq; persuadere Cęsareis oratorib. Bohemus nitebatur, ut accepta an-20 nua summa Cæsar à fratre, cũ alioquin magna ex parte abesse ab Austria, necessarijs Imperij negocijs districtus cogeretur, utriusq; Austriæ gubernacula Alberto permitteret, cum præsertim is & prole careret: & spes amplissima esset, ut ea paulo pòst reciperet: quoniam & genio pręter modum Albertus indulgeret: & eorũ hominũ sentinã secum traheret, qui non cõsilijs, sed poculis uitam principis moderarentur. In hoc cõsilio cum cæteri omnes, exceptis Cęsareis oratorib. acquieuissent, concepta est formula, cuius capita hęc erãt: Vt Albertus dux 30 arces omnes atq; castella, in bello intestino occupata, Cęsari redderet. Is uerò acceptis quatuor millib. ducatorũ annuis, gubernacula inferioris Astriæ, quæ sibi ex diuisione cesserãt, fratri, uicario nomine ad tẽpus certũ concederet. postremò, ut captiui utrinq; custodia liberarentur. Hæc quidem omnia ad speciem dura, & Cæsari intolerabilia uidebantur: sed in rem illius, Bohemus docebat, definita cum primis fuisse, ut hoc pacto faci-

lius obſidione eximeretur, unde nullis armis extrahere ipſum poſſe intelligebat, Alberto duce ita pertinace, & in fratrem exaſperato. Sic habito aſſenſu illius, tegumen to negocij, Rex Cæſarem præſentem requirit, negans formulam rectè in literas referri poſſe, niſi is cum quo ageretur, & in cuius ſubſidium armatus longis itinerib. aduenifſet, corã aſſentiret. Et quo rem exaggeraret, & Albertum ad hoc induceret facilius, niſi maturè Cæſar ad ſe ueniret, ſe nihil in hac cauſa deinceps, cui ſe in fratrum gratiam adiunxiſſet, conſilij ſuſcepturum præfa- 10 tur. Premebatur autem adhuc Cæſar magna inopia rerum neceſſariarum, ut iam nec furfuraceus quidem panis ad alimoniã ſufficeret. Itaq; & libẽtius in hanc formulam, ut aliquãdo ſe coniugemq́; ac impuberem filiũ liberaret, cõſenſit. Qui, facta facultate ab Alberto, egreſſus arcem, comitatus prius coniugem & filium uſq; ad portam S. Theobaldi, quæ in ſuburbio tum fuerat, exercitui Styrienſium ac Carnorũ ipſos commendauit: actisq́; gratijs, ut domum redirent, copiam fecit. Qui (haud mora) ſumma honoris ſignificatione acceptos, 20 in Nouam ciuitatẽ deduxẽre: unde extento itinere per Semeringum montem domum redierunt. Interea Cæſar tranſmiſſo ligneo ponte quo Danubius ad mœnia Viennæ iungitur, Bohemum regem allocutus: Qui ſuã autoritatem interpoſuiſſet amicè, armisq́; ſe in neceſsitate poſitũ, iuuiſſet, ampliſsimas gratias egit: operã mutuam, ſi res ita ferat, ac officia amica pollicitus. Idem ad exercitus fecit, Victorinum regis filium, Sternbergium ac Vitobitiũ duces oratione luculenta ac promiſsis ingentibus proſecutus, mille equitum ſuorum comitatu 30 deduci eos per pontem exteriorem Korneuuburgum uſq; iuſsit: retentoq́; ſecum rege, ut animi promptitudinem declararet, ac aliquo genere honoris hoſpitem beneficum exciperet, ad proximum illi oppidulũ Enczeſdorfium, quod Maius uocant, uenationẽ exhibuit. Quò loci, inter delicias, etſi conciliare omnia capita formulæ conſtituiſſent, nullum tamen, præterquã de liberatione

tione captiuorum,expediuerũt. reliquis in integro posi
tis,& in aliud tempus reiectis. Itaq; cum triduũ Enczesdorfij
comessationibus & consilijs consumpsissent, ami
cè uterq; alterum complexus,Rex quidem accepto co-
mitatu Cæsareo per Austriam ulteriorem in regnum
suum reuertitur. Cæsar uerò traiecto Danubio,ad Pon
tem Lytahæ(nomen oppiduli est, in finibus Hungariæ
siti) descendit, atq; inde in Nouam ciuitatem ad uxorẽ
& filium abijt.Quibus auditis,Albertus accusans fratris
10 fidem,ac ut erat ferocis ingenij,multa minatus, Viennã
regreditur:conuocatisq; ciuibus &gymnasio, quod ibi
tum celebre fuerat, in theologicis præsertim ac philo-
sophicis,iurisq; scientiæ dogmatibus,cum multa crimi-
nosè in fratrem dixisset,iuramentum solenne ab ijs exe-
git : instrumẽtumq; formulæ Doctoribus legendũ atq;
discutiendum tradidit. Erant tum Natalicia Seruato-
ris nostri festa,& suspensi multorũ prouincialium ani-
mi, in quem potissimùm ex fratribus inclinarent, cum
alter gubernaculis apertè nondũ cessisset, alter inuade-
20 re illa è Vienna modis omnib.cogitaret. Ad hos tumul-
tus remouendos, ut comitia prouinciȩ indiceret, Alber
to persuaserunt. Indicta illa fuêre ad proxima Epipha-
niæ solennia, quibus gubernaculorũ auspicia initurum
se ille dicebat,& de cõmunibus rebus pacandaq; prouin
cia cum Ordinibus consilia initurũ,quò fœcundissimæ
prouinciȩ semel ex turbis & rapinis exemptȩ,tranquilli
tatem pristinã redderet, & fortunæ bona miseris & ex-
haustis prouincialib. ac ciuibus reduceret. At Cæsar po
steaquã de comitijs certior factus est, etsi fraudem sibi
30 factã non minus à fratre quàm rege Bohemo grauiter
ferret, & coràm aspicere sua in ditione aliũ guberhacu-
la usurpantẽ cogeretur: tamen tẽpori seruiẽs,ne aliquid
iuri interea suo decederet, cum nondũ cõciliata capita,
instrumẽto formulæ sigillis roborato,forent,edito edi-
cto, omnibus prælatis proceribus ac ciuitatibus castel-
lisq;, seriò inhibuit, ne ad conuentum Viennensem ac-
cederent, qui minimè sua ex autoritate indictus esset,
nouosq;

nouosq; tumultus ac rapinas excitaturus foret. Huic edi
cto pauci audiebant: ex ciuitatibus tamen Kremsium,
Stayn, Ipsium, Tulna, Neuuburga ac Egenburga, fidem
Cæsaris constanter sequebantur: unde & nouis postea
ab Imperatore prærogatiuis accumulatæ fuère. Eo in
comitio Albertus dux, qui alieno titulo gubernacula, de
quibus dictum est, inuaserat, & à prouincialibus magnã
uim pecuniæ petierat: in cuius pensionem, habita con-
sultatione, duplici de causa prouinciales consenserant,
partim ut auspicantem principatum suum aliquo mu- 10
nere prosequerentur: partim uerò, ut ceu neruo quodã
futuri belli, si quod incideret, instructus Albertus foret,
in tanta prouinciæ prouincialiumq; egestate. Cogeban
tur uerò, singulis de iugerib. uinearum aureum unũ nu
merare. Et prælatis singulis, singulæ summæ iniunctæ,
quas primo quoq; tempore apud quæstorem deponе-
rent, graui pœna his qui neglexissent expressa. Dũ hæc
ad Viẽnam fiunt, de quo dictum est, nouo Alberti ducis
cõuentu: Cęsar missis ad principes Imperij oratoribus,
de ui fratris, ac iniuria sibi illata querebatur, qui contra 20
ius gentium sibi, atq; Imperij autoritatem, ex cuius bene
ficio Austria dependeret, eam prouinciam insidijs abstu
lisset, quæ ex diuisione illi cessisset. Exempla iubet huius
modi uiolentiæ considerare. Nam si ad hæc cõniueant,
fore ut nec reliqui principes in ditionibus & arcib. suis,
ciuitatibusq; tuti futuri sint. Interea ipse, antequam in-
cendiũ latius serperet, sollicitato optimo quoq; prouin-
cialiũ, quorũ adhuc fides integra uidebatur, Andream
Pamckircherum, qui amplam habebat in finibus Hun-
gariæ ditionem, ad præoccupandum Korneuuburgũ, 30
cum copijs præmisit, VI. millibus aureorum ex rediti-
bus uicinis designatis: unde partim oppidum muniret,
partim uerò præsidialibus stipendium numeraret. Qui
haud cunctatus, comparato exercitu, cum primùm in
fidem Korneuuburgum accepisset, construere à funda-
mentis arcem, in loco ad postica mœniorum ducto mu
ro ad domum parrochiæ, ac turrim in qua captiui deti-
neban-

nebantur, occœpit: factisq; quotidianis excursionib. hostes lacessere pergit. Ingressus iam erat annus 1462, cum ad diuę uirginis purificationis festum, eductis copijs, qui duces Cæsaris erãt, Sigismũdus à Puechaym, & Sterenbergius Bohemus, infestis signis profecti in ea loca quæ Alberti fidem sequebantur: hic quidẽ Vueytram in Bohemiæ finibus, ille uerò Czuetlam, Polam castellum, ac Crumauu arcem cum agro circũ sito, ad deditionẽ coegit, munimento ad latrocinandum in parrochia Czue-
10 tlensi extructo. Appetebat iam uer, & maximi cuiusdã belli metus apparebat: copias enim nõ solũ in procinctu Cęsar multas habebat, uerùm quotidie etiã maiores colligebat: quib. incõmodo adhuc anni tempore, Viennæ ex insperato adhibitis, parũ abfuit quin urbẽ imparatã intercepisset, exteriori iam ad pontẽ munimẽto succenso, & aliquot præsidialibus cùm captis, tum interfectis. Nec Albertus cessabat, & in superiori Austria, & ad Rhenum, quàm maximos potuit exercitus congregabat, uarijs in locis delectib. habitis, atq; auxilijs principũ cõdu-
20 ctis. Ita bellũ de die in diẽ gliscebat: & quorsum res euaderet, nemo cõijcere poterat, in tãta pręsertim rerũ uastitate. At legitimè processurus Cæsar, promulgato ex consensu principũ edicto, obseruatis S. Imperij legib. fratri Alberto igni & aquæ interdicit: cõmemoratisq; factionibus ac rapinis illius, & quòd remisso sibi ac S. Imperio obsequio insidias uitę suæ struxisset, alienãq; ditionem cõtra pacta fœdera & literas publicas à principib. roboratas inuasisset, beneficia omnia quæ in Austria ac ad Rhenũ de iure possidebat, publicè magna cũ ignomi-
30 nia ademit. Inuisum Imperio, præter alia, Albertum ciues quidã Viennenses exules reddebãt, Symon Petl, Nicolaus Teschler, Osuualdus, Reychuuolf, Georgius Angerfelder, Stephanus Kisling, Thomas Denck, Christianus Prenner, & alij pleriq;: quos, cum sartam tectam fidem Cæsaris haberent, nec suffragijs nouorum hominum accedere uellent, instigante præsertim Holczero consule, bonis in fiscum redactis, Albertus urbe pepu-

lerat. Qui comitijs Imp. quæ ad Ratiſponã ad Paſcha tis ſolénia indicta tũ fuerãt, corã Ordinib. de iniurijs acceptis grauiter cõquerebanť: exagerato exilio, cõmemoratis carcerib. ac oſtẽſa nuditate, & q̃ pręter meritũ fortunis omnib. ſuis exuti fuiſsẽt, ob cauſam aliã nullã, q̃ quòd fidẽ datã ac iuramentũ Cęſari promiſsũ deſerere noluiſſent. Ibi uerò ſententiã cõtra ſe latã, cui ciues quoq; ſeditioſi ſubiecti fuerãt, Albertus ſimulatq; accepiſſet, cauſatus iniuriã ac fauorẽ, Maieſtatẽq; fratris obtendẽs, ac Põtificẽ Max. prouocauit. Is tũ Aeneas Syluius fuit, Pius ſecũdus cognomine, quondã Cæſaris Friderici ſcriniorũ pręfectus, & morũ Alberti gnarus, prouincialiũq; cõtumaciæ nõ inſcius: cum Vladislaũ hi, nondũ ex ætate gubernaculis idoneũ, ex tutela armis eximere conati fuiſſent. Quãobrẽ iſthęc parũ momẽti apud ſedẽ Apoſtolicã prouocatio habuit. Indignatus inſuper iampridẽ, cũ de atroci obſidione Cæſaris intellexiſſet Pontifex, editis diplomatib. ad Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Prępoſitos, parrochosq;, illisq; ſubiectos ſacerdotes, ne quiſquã eorũ uel Albertũ ducẽ, uel prouinciales ciuesq; Vienn. ex his qui ſe Friderico Cæſari oppoſuiſsẽt, ac cõiurationi Albertinę obnoxij forẽt, in templa ad cõfeſsionẽ, aut ſacrã Euchariſtiã admitterẽt, prohibet, pœna eiuſdẽ cenſurę pręfixa. Hæ literę undiq; in Auſtria pro ualuis tẽplorũ legebanť. Quod animaduertẽs Albertus, noua cõſilia animo agitãs, uocatis in deliberationẽ Gymnaſio, clero ac ſenatu Viennen. & potiorib. aliquot procerib. qui ſuã fidẽ ſequebanť, nouã appellationẽ ad ſedẽ Apoſtolicã melius informãdã (ut more illorũ loquar) inſtituit, in qua ſe cauſam clarius explicaturum pollicetur: & quo iure quibusq; uijs gubernacula Auſtriæ adijſſet, in ea demõſtraturũ profitetur. Ad hanc antequam reſponſum ex urbe à Pontifice mitteretur, milites quidã, ac præcipuè Bohemi, quos nondũ ſolutos uterq; principũ iſthac ficta in pace dimiſerat, occupata Medlinga oppidulo, duce Vuaczlaone quodam à Vettauu, plenis effuſi copijs in monte Viennenſi quadringentos circiter uinicolas, qui tum operas in uineis facie-

faciebant, comprehenderunt, abductos Medlingam, ac in cella uinaria conclusos, fumo ac alijs exquisitis tormentis eò usq; miseros torsere, donec quo loci quisque suas recõditas pecunias haberet intellexissent: direptoq; oppidulo, ac prȩda inter se diuisa, latius populando progreſsi ultra nemus Viennense, Herczogburgum oppidulum, unà cum præpositura adiacenti expugnarũt. firmatoq; pro tempore præsidio, ac munimentis illo ad montẽ Strenborg usq;, & ipsa adeò Styrȩ ciuitatis mœ-
10 nia excurrẽtes, ferro atq; incendio omnia miserè uexarunt. Albertus intea, qui tum Viennæ morabatur, ad rapinas aliorum conniuens, posteaquã fratrem fraude à gubernaculis deturbasset, omniũ rerum securus, quietusq;, abiectis armis genio indulgebat, totusq; in pecunia contrahenda uersabatur, atque ea cogitatione dies noctesque consumebat. Compulerant ad eam necessitatem & milites ipsum, de quibus dictum est, ut qui latrocinijs adsueti, cõtagione quadam iam nec ab agro prædijsq;, ac oppidulis suis temperare uidebantur. Itaq;
20 postulato mutuo à Viennensibus, cum repulsam passus fuisset, eo quòd offenso Holczero, qui paulo antè factionis suæ coryphæus extiterat, omnes pariter offendisse credebatur: uel quòd uindicaret se de ciuibus, uel quòd occultæ conspirationi, quæ autore Holczero in dies gliscebat, resisteret: ducentos ex militia illa palante, ducib. Vuaczlaone & Symoski quodã, numerato de præsenti stipendio quod debebatur, in uerba adactos, Viennæ præsidio imposuit: cæteris uerò, donec pecuniam acciperent, Ipsium ciuitatẽ, cum portorio, pignori oppo-
30 suit. Sic mitigatis militibus, ac sublatis latrocinijs, rursus Albertus genio indulgebat, comessando, balneando, uenando: ridiculaq; ac ludos Martiales cùm sui similib. exercendo, discrimine se omni explicasse existimabat. Intẽtus nihilominus in cõsilia ciuiũ apud quos mutationẽ animorũ haud obscurè animaduerterat, an aliqua cõspirationis nota erũperet, suos ubiq; corycæos nutriebat: eosq; clam ȩdibus ciuiũ imittebat, dato negocio, ut in fa

mam suã de industria loquerẽtur. Vbi horũ nihil elicere poterat, sed amoris ac obseruãtię argumẽta in singulis ꝑspiceret, ne ære alieno fiscũ premeret, cõtracta pecunia ex cẽsu, quẽ ꝓuinciales sibi in comitijs promiserãt, militib. utrisq; satisfecit, & his qui Ipsiũ oppignoratũ habebãt, & ꝓsidio, quod solutũ diximus Viẽnę ob suspicionẽ cõiuratiõis fuisse impositũ. Ita uacua ciuitas, opportunissima ad proditionẽ casu quodã reddita, facilè, si autores haberet qui auderẽt, & Cęsari fidẽ pręstarẽt, qua Cęsari fraude à Bohemiæ rege ac Alberto fratre adempta fuerat, eadẽ arte ad eundẽ reditura uidebat. De huiusmodi necessarijs reb. cũ crebrò inter se cõferrẽt hi qui Cęsaris adhuc fidẽ sequebãtur, Symon Potl, Osuualdus Reichuuolf, Nicolaus Taschler, Stephanus Kisling, Thomas Tenck, Georgius Angerfelder, & Cyprianus Prenner: post multã cõsultationẽ uisum est tandẽ aliquid audere, occasione præsertim tã pulchra oblata. In cuius rei certiorẽ euentũ mutuò se sacramento obstrinxerunt, ac de auspicio negocij feliciorię; consiliorũ euentu cogitãtes, autore Holczero cõsule, de quo dictum est, subinde animaduertũt, cõmodissimũ hãc ad rẽ rectè ineundã futurũ, præpositũ Posoniẽsem Alberti familiarẽ, & cui etiã cũ Cæsare cõueniebat, quiq; Holczero cõsuli in arcana iura adsuetus esset, & tũ quidẽ ad gubernacula Alberti ducis nomine sederet. Huic proditionis ꝓmiũ pactũ fuerat, 6000 aureorũ, si Cęsarẽ admitteret, & cõsilia sua iuuaret. Hic Holczerus nactus occasionẽ plures opes acqrẽdi, sine omni tergiuersatiõe omnẽ operã promisit. Meminerat enim quãtũ cumulũ diuitiarũ ex hasta eorum corrasisset, q ab Alberto duce, ipso autore, uel mulctati bonis, uel ijs omnino spoliati, in exiliũ trusi fuissẽt, nõ minus uerò se à Cęsare cõparaturũ, noua ex proditione sperabat, si suo studio, cõsilijs atq; opera, Viennã reciperet, pro qua tãtos sumptus, neqcquã solicitatis Imperij principib. ac Põtifice Max. fecisset. Itaq; intentus in rem unà cũ præposito Holczerus, 400 clàm equites duce Augustino quodã conscribit, eosq; sub stipendio Viennensiũ,

loco

loco uicino, tantiſper in ſtatione habuit occultè, donec
tentandę rei occaſio offerretur: quę permagna tum fue
rat, quòd & conſul eſſet, portarumq; claues haberet, &
quòd uulgi ſtudia artificumq; æquè atq; Alberti fauoré
expoſita haberet. Et ut obnoxios antea ſuæ factionis ſe-
natores perpetuò habuerat: ita nõ defuturos qui Cęſarẽ
obſeruabãt, cõmunicatis cõſilijs & ſacramẽto dicto, ar-
bitrabat. Quare cũ multas noctes in his cogitationib. in
ſomnes duxiſſet, tandẽ uiſa eſt illi expeditior uia, ſi & il-
10 los ciues ad ſe in domũ ſuã uocaret, quos ſciret Cęſari fa
uere: & alios præterea qui pro Alberto ſtabant, per ſpe
ciem rerum neceſſariarũ, q̃ ſubitò incidiſſent, illiſq; ſine
mora cõſultandæ forent, citatos accerſeret. Cum quib.
& quo aſtu rem tranſegerit, & qua ratione ſilentio cõſi
lia ſua texerit, operæpreciũ eſt ex Annaliũ fide referre.
Diuiſerat in primis, qui pro Cæſare ſtabãt, ab ijs qui Al-
berti partes ſequebantur. ac hos quidẽ in uaporario ſuo
ſedẽtes reliquit: illos uerò, ex quib. & prætor Kyrchay-
mius fuerat, per ſpeciẽ ſimulatã colloquij euocatos, in te
20 ſtudinem quandã occultã, inferioris ædiũ partis, eodẽ te
gumẽto clandeſtinæ cõſultationis perſuaſos, pertraxit.
ubi cũ pauca quædam cũ his cõmentatus fuiſſet, forâs ſe
proripiẽs, poſt ſe ianuã clauſit, cõſolatus fictis uerbis de-
tẽtos, ac, ut noctẽ illã ſic perferre uelint, rogat. Qui etſi
trepidantes pauore, atrociora expectarent: tamen con-
cluſi manere coacti ſunt, inſomnem totã eam noctem,
ſpemque metumque inter, trahentes: & quoniam arti-
fices ac plerique ex plebe, qui ex officio Holczerum co-
mitari ſolebant, ſimul aduenerant, ne dolum intellige-
30 rẽt, & donec cõſilia expediuiſſent, uim adferre poſſent,
hos in tertio cõclaui unà cum ſenatorũ ſeruis concluſit:
reuerſusq; ad eos, quos diximus in teſtudine reliquiſſe,
oratione ad locum & tẽpus accõmodata, cũ multis fidẽ
illorũ laudaſſet, qua reb. dubijs Cæſari adhæſiſſent: ſe tũ
quoq; excuſabat, quamobrẽ ad Albertũ trãſijſſet, quòd
ſaniora in ipſo conſilia expectaſſet, qua Reſpub. ſua fir-
ma ſtetiſset. In quo, quoniã deceptus eſset, ac non modò
P 3 damna

damna ac ærumnas perſpiceret, uerùm laniænas etiam, tam publicas quàm priuatas animaduertiſſet, quæ in optimi cuiuſq; caput breui redundarent, neceſsitate conpulſum mutare conſilia, & meliora tutioraq; ſequi ſtatuiſſe. Perſpicuum illis iam antea eſſe, quibus impoſitionibus miſeram ac exhauſtam ciuitatem Albertus uexarit, & quib. rapinis graſſatus in eorum uineis & agris ſit, dum non ſolùm ad eas conniueat, uerùm pignori etiam Vuaczlaoni ac Symoski funeſtorum exercituum non ſolutorum ducibus, celeberrima oppidula oppigneraſſet, Ipſium, Herczogburgum, ac Pontem Lytahæ. quibus cum ſatisfacere nullo modo queat, magnam partẽ illorum urbi impoſuiſſe, ſpecie quidem præſidij, tranquillis ſcilicet rebus: re autem, ut pecuniam à ciuibus negatam antea extorqueret. Idq; ſe ab aulico ſecretiori & ſibi familiari accepiſſe, milites plures breui in ſingulas ædes ducem intruſurum, qui ad hanc neceſsitatem miſeros ciues compellerent, ut pecuniam quiſq; abditam conferat: ijsq; qui refragarentur, mox iugula frangerent. Monet, à ceruicibus carnificinas inſtructas amoueant: & ad eum redeant, cuius clementiam ac manſuetudinẽ cùm aliàs cognitam habeant, tum nuper exploratiſsimam animaduertiſſent, cum urbe illum excluſiſſent. Eſſe & aliam illis impoſitam neceſsitatem, quæ ut difficiliora, etiam tentarent, cogere poſſet: cenſura nempe, qua ſe cùm Pontifex Rom. in fide, tum Cæſar ipſe in rebus neceſſarijs alligaſſet: ut quibus tam ſacrificijs ſacramentisq; eccleſiæ, quàm igni & aquæ interdictum ſit: iamq; non ſolùm commeare hinc inde, ſed nec urbem egredi ſine diſcrimine uitæ optimus quiſq; audeat: ita animas illorum æquè ac corpora, fructusq; in periculo uerſari: quod multo grauius exiſtimare debeant, quàm illud quod præſente Alberto, & in arce cõmorante, fortè aditturi eſſent. Quod ne magnoperè timendũ illis ſit, rationes ſe certas inijſse, ac præſtruxiſse omnia quibus illud auerterẽt, & ſine ſanguine redire ad Cæſarem poſsent. Quippe quadringentos ſe habere cõductos equites, nõ

quidem

quidem ex eorum colluuie, quorum hactenus malefi-
cia sensissent: sed à fidis principib. missos, qui opera illo-
rum, rebus urgentibus absq; latrocinijs usi fuerant: qui-
bus nec stipendia ulla soluturi essent, cum à Cæsare iam
ea sint cõstituta atq; promissa. His inducti miseri ciues,
à Sinone illo, ne aliquid grauius paterẽtur, ac quod præ
cipuum fuerat, custodia liberarentur, cõsensere. Ipseq;
adeò, de quo diximus, Holczerus, ut rei fidem faceret,
cum fidis urbe egressus, ad locum contendit, ubi qua-
10 dringenti illi cõducti milites in statione fuerant. Quos
raptos statim, ductore Augustino quodam, in profe-
sto Paschatis, quod erat anno millesimo quadringente-
simo sexagesimotertio, alta luce in urbem introducit,
stricto gladio præcedens, euitatisq; frequentioribus ui-
cis per ambages, ne rumor excitaretur, secus mœnia ur
bis ad forum panificiorum, quod à ruinis ueteris arcis
Aulam uocãt, uulgò Am hoff deducit. Vbi cum aliquan-
diu in statione fuissent, tumultu excitato, & plebe hinc
inde discurrente, res non procul à seditione & cædibus
20 fuerat. Cuius rei certior factus Albertus, consultore
Reymberto ab Ebersdorf, qui tũ in re præsenti fuerat,
uexillũ ad portam Scotorum adfigi iussit, programma-
te in membrana coniuncto, quo populus de fraudib. ac
insidijs Holczeri docebatur: atq; ut suppetias suo prin-
cipi ferret reb. dubijs, in cuius uerba adactus esset, ad-
monebatur. Hac publicatione accensi ciues, quib. de hu
iusmodi imposturis nihil cõstiterat, ac reliqui incolę, di-
scurrere per urbẽ, quorsum hæc pertineant nescire: alij
in forũ ubi equites in statione fuerãt, alij ad arcem prin-
30 cipi auxilium laturi, cõtendebant. Ita correptis, ut cuiq;
suppetebat tẽpus & furor, armis, pars pedes, pars eques,
cõuersi ad equites introductos, illos à tergo urgebãt. in-
citabãt animos & cãpanæ in urbe ictæ, & Alberti duces
hinc inde discurrẽtes, Holczeriq; fraudes exaggerãtes. In
eo tumultu, ad forũ q̃d uocãt Altũ profligant. Vnde cũ
pacificè abituros se pollicerent, & principis fidẽ implo-
rarent, indultũ est ab Alberto, ut ab armis aliquantisper
cessa-

cessaretur: ut quæ essent postulata illorum, & ad quid uenissent, intelligere posset. Vocatur interea & Holczerus, ut causam diceret, & rationem equitũ introductorum redderet. Qui etsi nihil nõ ad sui defensionem adferret, & perfidos quosdam Duci persuadere conaret, equites ad salutem illius tuendam, non ut damnum facerent, ingressos: præsertim uerò, ut aduersus Bohemos latrones, quos urbi præsidio impositos haberent, optimum quemq; defenderent, atque ab iniurijs arcerent: quàm primùm uellet, sine maleficio egressuros: non tamen persuaderi principi ac eius consiliarijs potuit, quin uocatis ad arma cunctis, pollicitationibusque ac minis instigatis, horrendum sonante campana, ex foro statio illa, ad portam urbis Hungaricam, quam Stubarum uocant, ponè missis iaculis ac inflictis gladijs hastisq; pelleretur. Quam cum præclusam inuenissent, uersis equis, cum necessitatem pugnæ impositam cernerent, ne miserè mactarentur, balistis in plebem urgentem missis, tantisper uitam suam defendebant, donec numero & tormentis superati, uiribus labentibus deficerent. Capti sunt omnes, præterquã qui in primo tum occisi tumultu fuerãt, unà cum Augustino duce suo, de quo dictum est antea. Quorum antesignanos coniectos in turrim Carinthiacam, habita quæstione princeps postea liberauit, retento præfecto illorum Augustino. Quærebatur interea & Holczerus, nec ullibi inueniebatur: quippe qui exitum haud prosperum consiliorum suorum cernens iampridem urbe profugerat, & in arce se Vueyteneck, quam à duce donatam acceperat, occultabat, cũ à præfecto arcis Kalenbergen. Aschenpeck prius admissus non esset. Vbi cum se parum quoq; tutum fore existimaret, mutato habitu, ascitoq; comite uinicola, cuius uestem mentiebatur, falcem manibus deferẽs, Nusdorfium se contulit. Is ad radicem Kalenbergij adiacet pagus, non incelebris. Ex quo loco feria tertia Paschatis, cũ se turbæ uinicolarum miscuisset, Viennam ingressus, à lanio quodam exploratus, principi indicatur, & capitur.

Qui

Qui cum exquisitis tormentis exerceretur, nihil tamen ad rem respondit, nec socium coniurationis quenquam indicauit. Comprehensi nihilominus ob solam suspicio nem sunt, & innocentes quidã ciues: habitiq; per quæstionem, etsi nihil confiterẽtur, ad supplicium capitis rã pti sunt, Osuualdus Reichuuolf, Sebastianus Czieglhau ser, Ioãnes Purchhauser, Ioãnes Odnacker, Christianus Prenner, Christianus Vuisinger, Nicolaus Ernst, Thomas Tenck, Andreas Schonpruchner, Egidius Knab, E-
10 gidius Parom, Laurentius Schuuancz, & Vuolfgangus Holabrunner, Angerfelder ac Manersdof: multis tamẽ curialibus interpellantibus, mulcta XXIIII ducatorũ puniti sunt: solus Holczerus perfidiæ autor, meritam pœnam tulit, dissectus in quatuor partes, ac uolatilibus esca factus est. Hic exitus eius coniurationis fuit, qui nõ minus innocentibus quàm sontibus perniciosus fuit, ac suppliciorum plenissimus. Hæc uerò perfidias sequunt. omnesq; illos manent, qui cõsilia aduersus Principes ac magistratus suos cudunt. Ac Holczerum quidem, tra-
20 gœdiæ illius authorem, nec iusta ad Cæsarem transitio apud posteritatem excusare potest. Etsi enim culpabilis uita Alberti ducis esset, & tyrannici mores Reip. incom modarent, satiusq; fuit Cęsaris quàm ducis fidem sequi: quia tamen crimen perfidiæ cumulauerat, quantumuis salubribus consilijs uindicare à tam atroci hunc crimine nemo sanus poterit. Dum hęc ad Viennam fiunt, tumultus etiã ruri ciebãtur. quippe miles quidã, Czreyc zer nomine, fortè ex his qui ab Holczero conducti fuerant, & rapinis uindicare se à duce cupiebant, prædium
30 Leopoldsdorf sub monte Viennẽsi, per insidias occupa uerat. quã mox tamen acceptis quingentis flor. domino illius Schrot, in foro S. Petri, reddidit. Et cũ impunè rapinã omnib. exercere liberet, de quib. nõ cõstabat quasnã partes sequerent, Cęsarianos pleriq; incusabãt, quòd ob ciuium Vien. insontiũ supplicia, uindicare in Albertinos negligerẽt. Alij culpã in Albertũ ducẽ cõijciebant, qui nup adeò colluuiẽ exercitus ueteris Bohemici du-

cibus Vuaczlaone ac Symoski latronib. ultrò in militiã adſcripſiſſet: quos cõſtabat ad montẽ uſq; Strenbergã, Auſtriã ſuis latrocinationib. nõ ſemel infeſtã reddidiſſe: pignore inſuper Ipſenſi ciuitate, ac portorio ibidẽ adſignato. Eſt præterea ueriſimile, in tali rerũ uaſtitate, cũ nemo hoſtem ſuũ noſſet, pleroſq; facinoroſos, inſpecta occaſione, adſcitis cõmilitonib. & explorata arcis lociq; opportunitate, inuaſiſſe in illa, ac ſiue noctu ſine armis aſcenſu ſuperaſſe, ſiue ad deditionem ui illata coegiſſe. Sic & Piczelinus quidã Rauheneckium, prope thermas 10 Viennenſ. in edito ſcopulo arcem, Mitterdorfium preterea, Mynkendorfiũ ac Schyrenbartũ, cũ ſuo ſodalitio tũ preripuerat: & alius, Schweyczer nomine, Kalspergã prope Perichſdolſdorfiũ arcẽ, ſimili fraude expugna uerat. Vnde cõtinuo maleficio proxima oppidula ac pagos, Medlingã, Perchtolſdorfiũ, Engelsdorfiũ, Radunã, Prunnã, & Lyeſingã uexare nõ deſinebat, nullo diſcrimi ne habito uel ætatis uel cõditionis. Aduerſus hos Albertus, ne incẽdiũ latius progrederetur, & Curialiũ ſuorũ alas & ciuiũ Viennen. cohortes aliquot exciuit: quorũ 20 opera receptis arcib. latrones cõprehenſi ſunt, & ſuppli cio affecti. Fiebant nihilominus continuę uarijs in locis, & plerũq; cruentæ excurſiones, reliquiarum uidelicet, quos nondũ numerato ſtipẽdio Albertus dimiſerat. cuius miſerię miſertus Pius Põtifex maximus, ſimul ut fra trum diſcordiã tolleret, atq; Auſtrię nobiliſs. prouincię, in qua creuerat, tranquillitatẽ recuperaret, Torcellanũ epiſcopũ, hominẽ doctum, & in reb. agendis cum laude non ſemel uerſatũ, in Germaniam miſit. Qui accerſitis Salisburgã Boiariæ principibus, ac ipſo Alberto duce, 30 aditũ ad conciliationẽ quẽ poterat tẽtabat. Quẽ conatum matronæ duæ inſignes nõ parũ iuuare uidebanẽ, Imperatrix ipſa, & ſoror utriuſq; Margareta, Badenſis marchionis coniunx. Sed omnia cõſilia irrita fuêre: Alberto non modò ad latrocinia cõniuente, ſed bellũ inſu per extinctũ renouante. Quippe Vuolfgango comite à Schaũburg ductore, milites illius ad Nouã uſq; ciuitatẽ,

in qua

in qua regiam Cæsar tenebat, depopulati cuncta, Cæsarianos, qui colonis miseris in auxilium eruperant, ex insidijs adorti sunt: & occisis quàm plurib. unà cum alijs Dominum à Gleychen, Cęsaris marescalcum, & quendam à Presing, captiuos abduxerunt. Hęc cernens pontificius legatus, ut semina ciuilis belli penitùs tolleret, ex cōsensu principū ac episcoporū proximorum, diem ad Tulnā Austrię, ad diē beato Matthęo festū eiusdē LXIII anni dixit, pœna qui emāsissent statuta, censuraq́, ecclesiastica proposita. Adfuêre in eo cōuentu præter principes proximos, eorūq́; oratores, ipsumq́; adeò legatum, à Cæsare misi, qui heri causam tuerent: Vlrichus præsul Gurcensis cācellarius, Georg. à Volckersdorf, Hartūgus liber à Capella, & quidā à Kaynach. Cōparuêre & Alberti homines, marchio à Rotl, Hardnidus à Traun, Christophorus à Pottēdorf, & Stephanus Geyman. Venerāt eò cum suis iustis querimonijs ciues quoq; Viennen. exules quidā, cum fidē Cæsari datā mutare nollent, Reychuueyn, Kāsdorfer, & Hynderpacher. In his comitijs, post quā omnes cōuenissent in cœnobio Vestaliū, quod Rudolphus ibi quōdā, uictoria de Ottocharo Bohemo relata, posuerat S. Cruci, captis pro ordine atq; dignitate sub sellijs legatus Pontificius, Tarcellanus episcopus orsus, grauē habuit, ac tēpori accōmodatā orationē: qua ciuilia bella execrabat, ac eorū damna atq; discrimina demōstrabat: ad cōcordiā uerò cū reliquos omnes principes, tū in primis fratres Fridericū Cæsarē ac Albertū ducē, multis & uehemētib. argumētis adhortabat: propositis atq; exaggeratis his periculis, q̃ à cōmuni Christiani nominis potētissimo atq; truculentiss. hoste cùm uniuersę Germaniæ, tum in primis Austriæ atq; Bauariæ imminerent, expugnata paulo antè Cōstantinopoli, & Imperatore Græco cū multis hominū millib. trucidatis: cū similiter is cū fratre suo, bello ac cædib. cōtenderet. Quo neruo Europæ ablato, pontificem Rom. id curæ habere, ut quantū gregis superesset, fidus pastor custodiret. Id feliciter consecuturū, Christo auspice nimirū, si Germa

niæ principes, in quos iam omne Christianæ militiæ robur recumbat, extinctis bellis, ac sublatis simultatibus, contentionibusq; recôciliati inter se, in unum ceu corpus coirent, mentēq; unam conuenirent. Hac oratione legati, qui aderāt cùm principes legatiq;, tum in primis prouinciales permoti, ut tragœdiæ ac uastitati rerū ex dissensione fratrum exortæ semel finem imponerent, consultatione habita, ex singulis ordinibus octo delegēre, qui usu rerum, autoritate, prudentia ac pacis amore cæteris præstarent, nullo uel amore uel odio fratrib. cogniti, bello ciuili nunquam inserti, procul à cædibus, rapinis atq; cōsilijs abfuissent. His summa iudicij permissa: & in quas hi leges conditionesq; consensissent, has non tam sibi quàm principib. ratas ac firmas futuras. Qui cū aliquot dierum interuallo deliberassent, conciliatis capitibus controuersiæ cunctis, hanc tandem formulam conceperunt. Primò, ut literæ omnes utrinque uel à prouincialibus, ardente ciuili hoc bello scriptæ subuerterentur, ac allatæ in medium delerentur à cōmissarijs. Secundò, ut offensiones mutuæ uerbotenus factæ tollerentur: uenia ab utroq; principe, qui læsus esset, cōcessa. Tertiò, ut munimenta omnia, ad excursiones hinc inde utrinque excitata, destruantur, abductis præsidijs: & si quæ reluctarentur, communibus uirib. ex Austria profligatis. Quartò, quòd noua omnia portoria, naula ac exactiones, his in turbis constituta, quæ prius fuissent incognita, sublata cessarent: extinctis omnibus ueniarum precijs, quæ huldigung uernacula lingua uocantur. Omnes præterea eo in sequæstro ac taxæ captiuorum subuertantur. Ipsi principes quoque, si quibus militibus debeant, his primò quoque tempore satisfaciant. postremò, ut omnes arces, oppida, castella, prędia, curias, domos, decimas, aliaque eo in incendiosi qui aliena rapuissent, suique iuris tam fraude quàm armis fecissent, uti incorrupta dominis, & cum ipsis fructibus reddant, absque precio. His feuda includebantur, ac principum beneficia, quę in Austria Salisburgen.

Formula concordiæ postrema.

10

20

30

Pataui-

Patauiẽsis, Frisingen. episcopi, marchioq; Brandeburgẽsis, Imp. poßidebant autoritate, hęc uti ad dominos suos redeãt, inuasorib. tẽpus certũ circũscribebatur. Vtq; omnia hęc sine fraude ac maturè cõficerẽtur, Marescalcus prouinciæ, homo iustus ac pius, Rudigerus à Starnberg, tũ renũciatur: cui in laboris societatẽ cõsiliaq; iungũtur eius quoq; generis, omni ex ordine inculpatißimi uiri, qui formulæ capita exequerentur, & in cõtumaces animaduerterẽt. Quibus uterq; principũ, urgẽte necessitate pręsidiũ præstare iussus est. Adiectũ fuit porrò, ne aut potentia, iuris æqualitatẽ subuerteret, aut fortunę angustia in foro succũberet: Quòd si prouincialis quispiã actionẽ haberet aduersus principẽ, aut princeps postulare prouincialẽ uellet, uti iure experirenť apud eos Magistratus, quos cõstaret hisce causis à maiorib. præstitutos. In moneta quoq; leges tũ cõditæ sunt: ac quæ fraudi antea fuerant, emendatę: uti probi illa cùm auri argentiq;, tum iusti ponderis ad ualorẽ cõmunemq; æstimationẽ reliquarum Germaniæ prouinciarũ deinceps signareť, profligatis omnib. externis adulteratisq;: neq; temporis iniuria æstimatio cuiusuis numismatis mutaretur: sed perpetuò sine ulla principis indulgentia aut indigentia, bellorumq; acerbitate, maneat eadẽ, eisdem notis ac inscriptionibus imaginibusq;, ne plebs incondita ac miseri coloni deceptos se arguere possent, & nouos ciere motus. Hæc capita prælecta Ordinib. cum deliberatione eguissent, secessum est ab eisdẽ: & collatis cõsilijs, exiguo tẽpore respõsum est: & quę illi desiderarẽt, adhuc nõ expressa, nominatim proposita: ac ut cęteris adijcereť, ab omnib. postulatum: de cõmercijs præsertim restituendis uicinarũ prouinciarũ, uijsq; purgandis quæ hactenus infestæ fuerãt, nõ solùm ut liberè cõmeare hinc inde omnib. liceret, uerumetiã ut mutuę amicitiæ contiguarũ prouinciarũ seruarẽtur. Merces pterea ut probæ inferreť, prohibitis fraudibus: Iudęiq;, qui fraudẽ hanc facerẽt, insolitoq; fœnore miserã plebeculã adgrauarẽt, pelleret. Ne ue uina exotica inferreť: arces, oppidula,

 castella,

castella, cæteraq; loca oppignorata quondam à Vladislao rege, uti primo quoq; tempore cõmuni ac publico ære liberarentur. Deinde, ne in fraudẽ creditorum immunitatis literæ debitorib. temerè ex aula indulgerentur, quę & negligentes mercatores in lucris honestis, ac fidis hominibus opinione cessionis bonorum fraudes facere possent. In cancellis quoq; taxa redimendis, ut uocant, diplomatibus, ut remitteretur paulo, petitũ tum fuit: ac ut præ cęteris ad gubernacula, munerumq; prouinciæ functiones, quæsturas, artium præfecturas, salinas, aurarias, argentarias ac ferrarias, domestici, & quorum fides probata sit, sederẽt. Ad hæc prærogatiuæ uetustiores reuocẽtur, in naulis et portorijs: sumptus quoque in comitijs antea, qui impensus fuerat multus & uanus, ut tolleretur: neq; temerè ad cuiusuis postulata talia renunciarentur: in locis præsertim obscuris, ut hactenus factũ fuisset in Trebẽsee, Stokerouia, Steteldorf, Hadersdorf, Cundramsdorf & Vulflensdorf. Præterea ut cẽsus ac exactiones insolitæ, ob Martis buccinã impositæ, auferantur penitùs. Quod si utiq; de illis cõferendũ aliquid foret, ob principũ debita, illud non antea expediatur, quàm principes in mutuã gratiã redeant, eamq; ratam deinceps habeant, & inuiolatã. Quòd si illi, quod contraxerant æs alienum, non protinus soluerint, Ordines uti illud numerent creditoribus: Prælatisq; prouinciæ caueant de indemnitate, ne iniuriam cùm à uicinis, tum ab alijs patiant. Et quià multi prælati in Austria essent, non eiusdẽ uel fortunæ uel conditionis, Episcopi præsertim ac Rom. Imperio subiecti Principes: uti eadẽ sorte, eodem fauore, ac iure eodẽ, ut Abbates Præpositiq; ab ordinibus prouincię, illorumq; pręfectis, & agnoscerentur, & tenerentur. Has cõditiones cum hi quoq;, quibus summam iudicij fuisse demandatã suprà dictum est, probassent, legatus quoq; Pontificius confirmasset, exempla exinde duo à Notarijs trãscripta fuère: alterũ Latinum, quod legatus retinebat: alterum uernacula lingua, in tria minora diffusum: quorũ per oratores unũ

Cæsa-

Cæſari, alterū uerò Alberto duci tranſmiſſum fuit: tertium prouinciales qui præſentes fuerāt, ad ordines ſuos retulêre. Qui habito conuentu, arbitros qui capita cōciliata adprobarent, ac utriq; principi exhiberent, ſelegerunt: ex prælatorū quidem ſubſellijs, abbatem Melicenſem, & abbatem Gotuuicenſem : ex regulorū uerò ordine, Rudigerum à Starhenberg, Pangratiū à Plankenſteyn, Sigiſmūdū ab Eyczingē, & Georgiū à Seyſeneck, Quibus & ciuitatū oppidulorūq; oratores acceſſere. Hi, 10 etſi utrūq; alteri principē cōciliaſſent, ac prior Albertus à fratre Cæſare prçteritorū ueniā poſtulaſſet: nō defuêre tamē, quib. pax odioſa, bellū fructiferū erat, & acceſſionē fortunarū inde facere poterāt, atq; honorū : Leopoldus ab Hohēberg, ſcriniorū Alberti præfectus: Chriſtophorus à Pottendorf, Heinrichus à Liechtenſteyn, Reynbertus ac Albertus ab Eberſdorf, Vlrichus à Grauēneck, et Andreas Pamkyrcher à Sulaming, qui frigidā perpetuò iuueni ac laſciuiēti principi Alberto ſuffundebant, ut pacta reſcinderet, fideq; decederet, caſu belli re- 20 nouato. Quod anteq̄ ſuſcipi potuerat, in ipſis cōſilijs ſubitò Albertus Viennç, feria ſexta ante diuç Barbarç ſolēnia eiuſdē anni LXIII. nō ita multo pôſt comitiorū Tulnenſ. exitū reb. humanis eximitur, ac in S. Stephani cathedralis tēpli crypta, ſub choro, in ipſo B. Nicolai feſto deponitur, ac cçteris Auſtriç principū funerib. cōiungit. A' quo tēpore, profligato bello, certa pax recuperata eſt: ad Fridericū Imp. nō Auſtria utraq; ſolū, ſupra ac infra Anyſum, pro quib. cū Alberto fratre tā diutinç cruētçq; cōtentiones hactenus fuerāt, deuoluta: uerū Sigiſmun- 30 do etiā Tyrolēſi patruele, ex ſua partitione, q̄ ſe cōtingebat, Briſgouia ac Alſatia, ijſq; agris cedente in Auſtria, quos communis legitima diuiſio illi reliquiſſet. Ita poſt multas cōcertationes, poſt multa diſcrimina rerum, ad FRIDERICVM tandem, gubernacula omnium penè prouinciarum Auſtriæ ſubditarum deuoluta ſunt, Erneſti filium: quem in proſapia nobili ſecundū, in Imperio uero tertiū, ſeu potius quartū cognominamus: de

Ad Fridericum tertiū Auſtriæ Imperatorem prouinciæ deuolutæ.

cuius

cuius uita ac rebus præclarè gestis postrema Decade rerum Austriacorum, tribus primis libris prolixè agimus: quorum Epitomen, seu potius capita rerũ, hisce Commentarijs, qui Genealogiam magis Illustriss. Austriæ heroum quàm historias complectuntur, quoad eius fieri potest, breuissimè subijcere placuit. FRIDERICVS igitur, de quo loquimur, quem uulgò passim tertiũ cognominant, cum quartus meritò dici debeat, natus fuit ex Ernesto Austriæ archiduce, & Cymburgi Lituana, Vitoldi ducis nata, & Poloniæ regis nepte ex fratre, anno Sal. 1415. orbatur parente, anno 1422. Gubernacula Styriæ duntaxat prouinciæ adijt, eodem circiter anno Alberto fratre in Alsatiam & Brisgouiã misso: quæ Lupoldo ex cognomento Crasso, hoc nomine tertio gentis, patruo, sine liberis extincto, rursus in diuisionem uenerant: germanaq; Margareta, Carolo Badẽsi marchioni collocata. Et quoniam religioni cum primis deditus esset, ex natiuitate abstemius, & continentis uitæ, zelo ductus uidendi uestigia Seruatoris nostri, Hierosolymã nauigauit, anno millesimo quadringẽtesimo trigesimo septimo. Igitur à Paschali Marpetro, Venetiarum duce, quò ex itinere diuerterat, honorificè exceptus, & nauigio & gubernatoribus donatus: perspectis diligenter locis sanctis, posteaquam incolumis in patriam ac ditionẽ reuersus esset, mortuo tum fortè Alberto quinto rege, & hoc nomine Cæsare secũdo, patruele suo, qui Austriã utramque ex diuisione possederat, filij posthumi illius Vladislai tutelam ex testamento subijt, anno millesimo quadringentesimo trigesimonono. Quo ferè tempore & Sigismũdo, à Friderico Tyrolensi principe fratruele, filio tutor datus fuit: & anno sequenti renunciatus in Cæsarem Francofurdæ, à Septemuiris Germaniæ. Anno deinde millesimo quadringẽtesimo quadragesimo primo, apud Aquisgranum, à Theoderico archiepiscopo Coloniensi, qui de genere comitũ à Mers fuerat, diademate Cæsareo redimitus, ex itinere Conciliũ inuisit, quod Felix papa ad emendandam Ecclesiam, apud Basileam

Historia Friderici Austriaci Imper.

ſileam tum habuerat: cuiq; uniuerſalis Eccleſiæ nomine, Ludouicus S. Ceciliæ cardinalis præſederat. Iſthic cum aliquandiu moram traheret, ac pacificandę Eccleſiæ operam daret, animaduertens alterum rurſus ſchiſma futurũ, duobus diuerſis locis Pontificibus maximis ad clauum ſedentibus, ut Felix pontificatu ſe abdicaret, ac Eugenio Romę ſedenti cederet, autor fuit. Quo tempore Aeneam Sylium quoq; Synodi tum notariũ, qui in Pontificatu Maximo poſtea pij ſecundi nomen adeptus eſt, in aulã ſuſcepit: ſecretisq; primò, deinde ſcrinijs etiam præfecit, anno milleſimo quadringẽteſimo quadrageſimoſeptimo. Iſthinc uerò arma conuerſurus in Heluetios cum eſſet, qui ab auo Leopoldo cognomẽto Probo defecerant, eumq; in acie occiderãt, deſtitutus auxilijs Principũ, deſiſtere cœpto coactus eſt. Etſi aũt graues cauſæ, ac ſeditiones inteſtinæ in Auſtriã, quam pro tutore modò adminiſtrabat, reuocarent: tamen ut tranquillitatem orbi Chriſtiano recuperaret, conuentũ Germaniæ ad Aſchafnaburgũ Moguntinenſ. diœceſis indixit, ubi conſultatione cum principibus habita, & ſeditiones omnes ſuſtulit, & leges Imperij ueteres reuocauit. Qua re feliciter confecta, poſt aliquot annos in Auſtriam reuertitur: quam, nõ ut reliquerat, ſed res nouas molientem inuenit: Vladislaum penè puerum, Alberti Cæſaris filiũ, prouincialibus è tutela eximere ante tempus conantibus. Sed compreſſa mox ſeditione, moderatione animi rara, obſeſſa tum fortè Conſtantinopoli à Thurcis, & imperio Græco laborante, urgente Papa Nicolao quinto, conuentũ Germaniæ ad Ratiſponam indicere coactus eſt, ad annum milleſimũ quadringenteſimũ quadrageſimũoctauũ: in quo de auxilijs in Gręciam è Germania mittendis agebatur. Quo re infecta ſoluto, interpellante Nicolao quinto Rom. pontifice, & operam præſtante Aenea Syluio S. ſcrinij præfecto, uxorem ducit Leonoram, Eduardi Portugallię regis filiam. Cum qua nuptias Romæ celebraturus, ut eadem opera & diademate ſacro à Romano epiſcopo cingeretur, an-

R no 1450.

no 1450 in Auſtriam ex Boiaria redijt. Vnde cum in urbem maturaret, in Noua Auſtriæ ciuitate, patria ſua, à prouincialibus, Vladislaum regem adoleſcentē ex tutela exigentibus, obſidione cinctus eſt: liberatus mox tamen ope Boiariæ principum, & epiſcoporū illius, profectionem inſtitutam cōfecit: Romæq; à Nicolao quinto, unà cum Leonora ſponſa, diademate Imperiali redimitur: acclamantibus Romanis, FRIDERICO PACIFICO A' DEO CORONATO IMP. VITA ET VICTORIA. Itaq; peractis ibi nuptijs, in patriam cum reuerſus eſſet, ſuamq; ditionem, hoc eſt Styriam: ex conthorali ſua genuit Chriſtophorū, anno 1456: Maximilianum, 1458: Helenā, 1461: Kunigundē, 1465: & Ioannē, 1467. Ex quib. Maximilianus modò, poſtea Imperator: & Kunigundis, Alberti Boiorum ducis cōiunx, ſuperſtites fuêre: reliqui in puericia mortui, & ad S. Trinitatem in Noua ciuitate, matris fundatione, cōditi, ubi & mater poſtea deponitur, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoſeptimo. Et cum pacis eſſet ſtudioſiſsimus,

Bella Friderici.

bella tamen geſta ab eo reperio. Primum contra Gallos, eorumq; colluuiē, qui Armeniaci, uulgo die armen Gecken dicebātur, ut ſynodum Baſilienſ. turbarent, à Franciæ rege emiſsi, anno 1444. Secundū fuit cum fratre Alberto inteſtinū, à morte Ladislai regis, uſq; ad obitū Alberti, qui fuit LXIII, annis ſex penè continuis: de quo ſuprà in hiſtoria Alberti copioſe à nobis dictum eſt. Quo in bello iniquam fortunā adeò expertus eſt, ſuorumq; perfidiam, ut Viennæ in arce, unà cum coniuge & filio obſidione, multis ſeptimanis, uſq; ad rerum neceſſariarum inopiam, premeretur: tormentis aduerſus ſe quoque exoneratis, anno Salutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoſecundo, in uindemia. Tertium accidit illi pro Nuſsia Imperiali ciuitate liberanda, quam Carolus Burgundus obſidione preſſerat, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoſecundo. quo, pace ac fœdere præter ſpem omnium commutato, Maximiliano filio coniugem dedit Mariam, Caroli

Burgun-

Burgundi filiam, unicam amplifs.in Belgio ditionis hæredem. Cum qua & nuptias postea celebrauit, in Belgium à patre dimissus, anno 1475. Quarto; aduersus 4 Flandros decertauit, auxilio Alberti Saxoniæ ducis, anno 1482: qui extincta coniuge Maria, Maximilianum filium custodiæ mancipauerant. Fuit illi interea etiam, longè grauissimũ absenti, cum Mathia Hungariæ rege, bellum: qui non modò uictor exultabat, quorundã Austriæ regulorũ proditione: uerumetiã totam penè Au-
10 striam, cum Vienna metropoli præripuerat, in eaq; rapinas agebat annis nouem cõtinuis: ab anno scilicet 1476, usq; ad annum millesimum quadringentesimũ octuagesimũquintũ: cum capta Vienna, ad clauũ quoq; sedisset septem annos. Huius belli causæ aliquot euidentes, adnotatas in Annalibus inuenio. Manebat primò omnium Mathiæ regis alta mente reposta captiuitas, atque carcer Austriacus, cum à Vladislao rege, Austriæ principe, decollato fratre, ipse uinctus primùm in arcem Gutensteyn, postea Pragam etiam missus fuisset. Deinde
20 uerò, quòd mortuo Georgio Bohemiæ rege, Polonum sibi Vladislaum regem, tam in regni Bohemici beneficio, quod à Friderico ut Imp. petierat, quàm etiam in uiduæ nuptijs, feminæ opulentissimę ac formosiss. gentis Brandeburgicæ, prætulisset, uehementissimè utrumq; ambienti. Prȩterea euenerat, quòd Ioãnes quidã Strigoniensis præsul, indignatione regis parta, cũ ingenti thesauro ad Cæsarem profugisset. quẽ Fridericus non modò non reddiderat exigenti, uerùm insuper Viennẽsem in primis prȩsulem, deinde Salisburgens. quoq; archiepi
30 scopum designarat. Quæ res, ut animum Mathiæ regis, suapte natura ferocem, maximè exulcerarat: ita nõ deerant Austriæ reguli quidam, qui ob liberatas à Friderico pignori oppositas arces, & prohibita noua ab illis cõstituta portoria ac uectigalia, frigidã suffundebant, Vlrichus à Graueneck, Henricus à Liechtẽsteyn, Georgius à Pottendorf, Henrichus à Puechaym, Vitus ab Ebersdorf, N. Greysnecker, & Andreas Pamkircher. Quorũ

Belli Hungarici causæ.

Graueneckius & Liechtensteynius, belli exitialis auspicia daturi, ultrò ad Mathiam regẽ Budam profecti, anno 1476, exasperare regem aduersus Cęsarem, atq; instigare ad bellũ non desinebant. Quos omnes Sixtus pontifex maximus, cum censuris Ecclesiasticis innodasset, ad pacificandos insuper Cæsarẽ & Regem, antequã rectè bellũ arderet, Franciscũ Picolomineũ cardinalẽ Senensem in Pannoniã ablegauerat. At Mathias uindictæ cupidus, ad hęc in dies magis magisq; ab Austriacis instigatus atq; inuitatus, ne publicè argueretur tyrannidis, 10 quòd iustam belli causam nõ haberet, aliã prætendebat: pecuniã uidelicet, quam Hungariæ regnũ, cum à prouincialib. suis premeretur, Cæsari mutuò dedisset. Itaq; bello denunciato per literas, etsi à Paulo II. missus Alexãder cardinalis S. Lucię in Sicilia, diu multũq; interpellasset: mitigare tamen ferocẽ Regis animum nequiuit. Anno eodem igitur, de quo diximus (qui fuit à nato Seruatore nostro, 1476) eductis in aciem copijs, Mathias Austriam infestis signis inuadere cœpit, misso Selene quodam cum aliquot millib. leuis armaturę equitibus: quos 20 ponè sequebantur pedites, & cataphracti equites, Morauí magna ex parte, ac Silesij, duce Dobeslao à Czernahora, Morauiæ regulo. Qui ut latrocinia commodius exercere possent, ac locis munitioribus eo in agro sitis, qui est ad fines Hungarię, potiri: Graueneckius, quẽ dictum est belli incentorum extitisse pręcipuum, limitaneas arces, Scharfeneck & Trautmansdorf, Hungaro tradidit. Vnde inflammatis pagis & arcibus, castellisq; ac oppidis ad deditionem coactis, Haynburgo, ponte Lytahæ, Neuunkirchio, Medlinga, Gumpelsdorfio, Pe- 30 richtolsdorfio, Grinczinga, Nusdorfio, & ipsa Neuburga quam Claustralem appellant, diui Leopoldi tumulo clara, ad Viennam castra posuit, die Iouis ante festum beati Barptolomæi apostoli, anno quo dictum est. Hæc Fridericus Cęsar cernens, qui in Noua tum ciuitate regiam tenebat, nulla re ad bellum (quod nimirũ extinctũ iri Pontificis Rom. intercesione sperauerat) instructus, in Sty-

Mathias rex in Austriam cum exercitu.

in Styriam, Graizium concessit: relictis in Austria qui re rum summam tenerent, cardinale Iodoco Hasler Pata- uiensi antistite, cancellario suo Hugone comite à Vuer- denberg, Vuilhelmo comite à Tyrsteyn, Rudigero ba- rone à Starhenberg, Vuolfgango Vuulflēsdorfer, domi no à Vuesternach, & quodā Kuenbergero. Quorū Vuer denbergius, Vuulflensdorfius, & Kuenbergerus, re subi- ta in Nouā ciuitatē, ne in hostium potestatē ueniret, ali- quātam manū militū induxerāt. Viennā quoq;, quanta
10 potuerūt celeritate, Casparus Rogēdorfius & Hērichus Bruesschenck, Imp. cubicularij, ex colonis passim, Bohe- misq; cōtractos aliquot paucos milites tū adduxēre: da- tis ducib. Vito ab Ebersdorf barone, Sigismundo Marol tingero, & Vuilhelmo Aichpergero. Ita toto autūno, in hyemē usq;, cum tracta obsidio esset: & in hybernis Kor neuburgū Hūgarus, S. Hippolytū, Mautriā ac arces circū sitas, in deditionē cōpulisset, parumq; abfuisset quin & Kremsiū cōparasset: mittitur à Pontifice max. Bessarion cardinalis Græcus, ad componendos principes. Qui col
20 latis consilijs cum Gabriele cardinale sancti Georgij, & Bachi Agriensi episcopo, Mathiæ regis consiliario præ- cipuo, diem partibus ad Kremsium dixit: ubi conuentu prouincialium legatorumq; constituto anno 1478 for- mula concordiæ hæc concepta, ac uulgata fuit. Vti ac ceptis XVI millibus ducatorum à Cæsare, Hungarus arma deponeret, atq; abiret. Sed hæc non totum an- num rebus tranquillis pax mansit. In Styria enim & Car nis, cum fraude interea comparasset Leybniciam, Fri- sacum, & Vuansdorfiū arcē, bellū non extinctū, sed aliò
30 translatū uidebatur. Nec multo pōst Viennam quoq; ab Hungaris reuersum fuit, aucto exercitu decem millibus Morauorum, Slauorumque, quæ Czernahorius addu- xerat, & quidam Vuaczlauius. Ad quam soluendā, cum Imperij comitia Cæsar ad Noribergam indixisset, XX millia Germanorū nauigio Viennā properarunt, à prin cipib. Germaniæ passim laborāti Austriæ subsidio missa, anno 1481. Hic rursus interponentib. autoritatem suam,

Vladislao Bohemiæ rege,& Alexandro Foroiulien.episcopo,nuncio Apostolico, pax recuperat. Quæ altero mox anno rescissa,& latrocinationes Austriæ,& obsidionē Viennæ reduxit: quib.tam prouincia quàm urbs exhausta, annis ferè quinque: postremò, sæuiente præsertim in miseros ac innocentes ciues quodam Laurentio Ketner iurisconsulto,Fisci Imperialis aduocato,Viennā à Cæsare misso(ut qui consulem urbis Laurentiū Haydem, antiquiss.prosapię patricium,ac de domo Austrię benemeritū,fideq; integerrima semper adhærentē, cu- 10 stodię nullis causis tradiderat: & ob solam suspicionem, capitis pœna Thomam Tenck senatorem innocentem adfecerat) deditionem fecit,in profesto corporis Christi, anno à reparata salute 1485: posteaque adempto suburbio Landstrass,& abbatia S. Nicolai isthic ab Hungaris expugnata,nec in Cæsaris auxilijs, nec in re frumentaria, cuius nihil penè supererat,quidquam præsidij collocari potuerat. A' quo tēpore, Mathias Hungariæ rex exacto à ciuibus & prouincialibus proximis iuramēto, regiam suam perpetuò Viennæ tenuit, usq; ad obitum 20 eius, qui fuit anno 1490, in fine quadragesimæ: totiusq; Austriæ inferioris,excepto Krempsio & Noua ciuitate, potitus,siue conniuente Cæsare,siue alijs occupato,moderatè & planè remisso regioq; animo gubernacula tā Austriæ quàm Viennæ, quinquennio ferè capessiuit. Post cuius mortem, Imperatore Lynczij ex pedis cancræna laborāte, Maximilianus rex filius, eductis in aciē copijs,tam arces oppidaq; quæ Hungarus occupauerat, quàm Viennam,nullo labore recepit.. Qui extincto postea patre, anno 1490, uindicans in patriæ hostes, bel- 30 lum in Hungariam transtulit, obsessa Alba regali. cuius etsi regni iura repeteret, possessionemque ex formula olim dicta requisiuisset, interuenientibus tamen proximis principibus, ac legato Apostolico interpellante, ne ambitionis & auariciæ argueretur,in gratiam cum nouo rege Vladislao redijt,ac de iure suo in hasce conditiones remisit. Vti expensis belli solutis, titulum regis Hungariæ

gariæ Austriaci retinerẽt: possessionemq́; porrò, si mascula proles desineret, adquirerent. Et hæc obiter de uita ac gestis Friderici Imp. Austriç principis solertissimi, adnotare uolui: quę in Decadibus nostris & prolixius ad fidem historicã, & tersiori dictione enarrantur. Oratione igitur conuersa ad filium Friderici MAXIMILIANVM, Cæsarem Augustum in uita patris à Septemuiris Germaniæ renunciatum, anno Salutis 1486: quæ digna memoratu ab hoc Heroe domi forisq́; gesta sunt, breuiter ex Decadibus meis, capita rerum modò recẽsendo, cõmemorabo. Cuius ut natiuitas miraculo nõ caruit, ita pręclarè postea gesta, decursa ætate, omnẽ humanæ fragilitatis existimationẽ superarunt. Quippe antequã in lucem prodiret inuictiss. heros, post fratrẽ Christophorũ, anno 1458, diuino oraculo prę̃nũciatus fuit: euẽtuq́; mirabili nomen antiquissimi Norici martyris (qui sub Caro & Numeriano Cæss. apud Celeiam coloniã, antistes & pręco uerbi diuini apud Laureacum, in Norico Ripensi, anno Salutis nostræ 289 obijt) adeptus, in ea incidit tẽpora fluctuantis Ecclesię, ac penè deperditis bonis morib. exulãtibusq́; uirtutib. ut meritò, dũ aduersus tot Cẽtauros Cyclopesq́;, ceu alter Hercules, animo inuicto depugnat, tot monstris profligatis atq́; subiectis, & martyribus Christi adnumerandus fuerit: ac ea omnia, multoq́; maiora, repræsentauerit breui tẽpore, fortuna tenui, & nunquã nõ calua, q̃ in gestis Maximi Aemiliani illius, tot laudib. à Ro. quõdã Maiestate euecti, adoptati scilicet è gẽte Fabiorũ, à Paulo Aemilio, Macedonũ ac Gręcorũ uictore, nõ legunt. Sed pergã. Nominis illarī in hãc nobilẽ gentẽ Austriadũ diuina quadã prouidẽtia, ea fuit occasio, ut ex fidedignis Annalib. eruere potui. Extinctus sine prole fuerat Fridericus Cilię comes, Vlrichi illius frater, quẽ diximus à Vladislao ac Mathia Huniadis, ad Albã Gręcã, ꝑ insidias interfectũ. Qui quoniã paulo antè, ꝙ Vladislaus posthumus Austrię princeps, ex nepte illorũ Barbara, natus fuisset: Austriadesq́; subinde illos, aduersus Slauos ac Thurcas, opib. atq́; armis iuuissẽt: literis

Historia Maximiliani.

literis prolixè cauiſſet,beneficiorum ſcilicet atq; cognationis memor,ſi ſtemma Cilienſium fortè deficere contingeret,Auſtriades uti propinqui ſuccederēt,ſi illud ab imperio ius quondam acquiſitū,ac præclaris rebus geſtis confirmatum, obtinere poſſent:Fridericus Imperator,non ſolùm ut beneficij dominus, comitatusq; Cilienſis collator, uerumetiam ex tranſactionibus uetuſtis hæres,aliquot militum manu comparata, Celeiam,patriam uidelicet diui Maximiliani,& paſsionis locū, conceſsit, ea meditatione, ut incolas diplomatum uetuſtorum teſtimonio in uerba acciperet. Supererat uerò adhuc demortui Cilienſis principis uidua, Croata, atrox fœmina,& ad arma magis quàm Venerē apta: quę Cæſarem fugiens,procul in Illyridem conceſſerat, uires cō paratura, quibus comitatum in fide retineret.Quæ duce Vitouicio quodam ad fraudem cōuerſa, cum primū accepiſſet Cęſarem Celeiam cum exiguis admodū copijs ueniſſe,intempeſta nocte obruere illum,ac cum omni comitatu intercipere iſthic imparatos cogitauerat. Hoc tātum ne facinus committeretur, ac Romano nomini impreſſa labes, inclytum genus dedecoraret,diuinum numen præuenit: quòd ueſperi illo qui noctem funeſtam præceſſerat, animum Cæſaris rerum omnium ſecurum,ita ſolicitauerat, ut pręter omniū opinionem, diſsuadentibus etiam conſiliarijs,ex regia inferiori, arcē quę in edito monte ſita eſt, cum paucis peteret, conſiliarijs omnibus in oppido relictis. Itaq; proxima nocte,cū Vitouicius(de quo diximus) uiduę pręfectus, Celeiam ſubitò ex itinere intercœpiſſet, captis Vlricho prępoſito, Friſingenſi cancellario, Ioanne Vngnad curię pręfecto, ac alijs: per quietem uidiſſe, Cęſarem, Annales quidam adnotarunt, beati Maximiliani,loci martyris interpellatione ac precibus, ab imminente pernicie conſeruatum:monitumq;, uti in rei memoriam filio, quē coniunx ea nocte concepiſſet,martyris nomen imponeret. ſic memorem beneficij illius Fridericum,cum natus poſtea eſſet filius, in Tanczenberg, Carinthię arce, anno

1458,

1458, MAXIMILIANI nomen imposuisse. Id siue uerum sit, ut sanè autumo, siue minus: satis tamen constat, nouum hoc generi tum primũ omniũ, nomẽ illatũ fuisse, maioribus quondam planè incognitum, nõ sine oraculo ac numinis diuini prouidẽtia. Sic igitur natus ex Leonora, nobili Portugalliæ regina, Eduardi regis filia, quo diximus anno: diuinitusque nominatus, puericiã in Noua ciuitate transegit, sub quodã indocto homine Petro Engelprechto: quẽ parẽs Fridericus primùm Nouæ ciuitatis, assensu Pauli secundi, episcopũ designauerat (de quo Cuspinianus obiter adnotauit, se ex ore Cæsaris sacro audiuisse, si uiueret suus præceptor, docturũ illum, quemadmodum instituere pueros deberet) obsidione quoq; Viennensi cum matre & patre conclusus, annos ferè agẽs ętatis quinq;, cõquestus de cibo furfuraceo pueriliter fert, cum inopia rei frumẽtarię laboraret. Itaq; cũ mediocriter literis à sacerdote indocto erudiret, eos tamen fecit progressus, in morib. præsertim, ut anno ei ætatis 14, pulcherrima ac opulẽtissima uirgo, Caroli Burgundiæ ducis potẽtissima filia, ac unica hæres, ab utroq; parẽte desponderet. Cum qua in Belgiũ profectus, sub ipsam obsidionẽ Viẽnen. à Mathia Hungarię rege factã, nuptias splẽdidè celebrauit, anno Sal. 1475, annos natus ferè X & VIII. atq; ex ea filios progenuit: Franciscum, in puericia mortuũ: Philippũ & Margrethã, Gallo qdẽ regi nuptã, sed ante nuptias repudiatã. Quã in ipso ætatis flore cũ amisisset in uenatione, casu equi extinctã, anno 1486, à Prugensibus ac Gandauensib. eodẽ capitur anno ꝙ tutorẽ liberorũ agere instituisset. cui Flãdri, cõsilijs ac factione Galliæ regis, q fortunæ Austriacorũ perpetuò inuidebat, nõ minus q̃ successores illius, resistere nitebantur. Sed liberatus mox parẽtis ac Alberti Saxoniæ ducis subsidijs, meritã postea de perfidis pœnam sumpsit: emporio mercium quod tum Prugis, totius penè orbis celeberrimum fuerat, Anduuerpiam translato: & fontibus facinorisq; conscijs, capitis supplicio affectis. Duxerat secundis nuptijs postea & alteram, Britanniæ ducis

S ditissi-

ditißimi filiã: quã Galliæ rex Carolus, optimo principi præripuerat, filia Maximiliani Margareta dimißa. Ita in tertium matrimoniũ incidit, ducta in matrimoniũ Galeaci Mediolan. principis nata, Blanca, Ludouici uicecomitis sorore: quorum parens per insidias occisus fuerat, anno 1495. Quam cum amisisset anno 7, cœlibem uitam annis ferè decem & septem, in perpetuis laborib. ac bellis, q̃ pro tuenda Austriacę domus ditione dignitateq; aduersus Galliæ reges, Carolũ, Ludouicum & Franciscum, Venetosq; Palatinos ac Heluetios, coactus fuscesperat, transegit: ut nullus fuerit post Carolum Magnũ, Ottonẽ, Fridericum, ac Rudolphũ (generis nobilißimi ceu alterũ conditorẽ) Cæsares, qui plura bella gesserit, quibus propria semper persona interfuit, ac manu non semel gnauiter capeßiuit, in secunda acie milites nõ sine audacia ac eloquẽtia militari allocutus. De quib. ordine à nobis, quoad eius fieri potest, breuißimè dicet, q̃ prolixè ad fidem, in Decade ultima rerum Austriacarũ disserimus. Primum igit inuicto Heroi, etiamdum iuueni bellum fuit, altero ferè à nuptijs anno, qui fuit à Christo nato 1476, aduersus Ludouicum Gallię regem, qui inuidens Austriacis successum, Burgundiæ ducatũ & Artesiæ principatum per insidias pręripuerat, ditionis quondam Caroli Burgundi soceri non minimam partem. In hoc bello uictor, ut uicinum amicum haberet, filio eius Carolo, Galli filio, Margaretam natam despondit: quam is posterius intactam dimisit, prærepta propria Maximiliani sponsa, Britonum principis filia. Secundum illi bellum fuit anno millesimo quadringentesimo octuagesimosexto, cum eodem Galliæ rege in Picardia: quo uictor, Cameracum recepit, Imperialem eorum finium urbem: & Attrebatum, uictoriæ præmium, Belgio suæque ditioni adiecit, XXX millibus hostium profligatis. Quo tempore, collatis cum parente consilijs, Sueuici fœderis in Germania, ad repentinas factiones reprimendas, initia posita sunt. Huic successit, altero mox anno, Venetũ: quod etsi Sigismũdus archi-

Bella Maximiliani. (margin)

10 20 30

archidux patruelis, qui gubernacula tum in prouincia
Athesina capessebat, suscepisset, ob limites uidelicet, &
quòd comites ab Arcu ac Lodronios ad Benacum tenentes
Veneti obsequio Austriaco detrahere conabantur:
inclytus tamen Heros, in qua necessitate foret propinquus
suus, certior factus, è Belgio comitem à Sunnéberg
& Gaudentium ab Embs, cum manu lancigerorũ,
hoc est peditum Germanorum (quam militiam is orbi
primus introduxerat) auxilio misit. Qui non solùm Tri-
10 dentum, quod insidijs ferè hostes intercepissent, in fide
retinuerũt: uerùm latius progressi, & Roueritium, Venetorum
ad Athesim oppidum, quà Veronam uia ducit,
re subita expugnarunt, obuiosq; hostes, ducibus Cæsare
Camerte & Roberto Seuerinate, insigni prælio ad
Callianum deuicêre, aliquot millibus occisis, absorptis
quoq; uorticibus Athesis flu. non paucis. Qua in uictoria
emicuit quoq; præter cæteros, Georgij à Fels uirtus:
qui stratagemate usus, ex montium præcipitio delatus
cum suis, hostes in fugam primus coniecerat. In qua cla-
20 de perijt Imperator Venetorum, Robertus Seuerinas,
cum nobilissimo quoque: quorum nomina à Bembo referunt.
Filius deniq; Roberti tum in captiuitatem cessit,
qui antea singulari quoq; certamine cum Sunnebergio
inito succubuerat. Hac uictoria, absens licet, elucescens,
ut patriam reciperet, ab Hungarorũ rege Mathia
præreptam, copijs contractis è Belgio, magnis itinerib.
in Austriam contendit. Itaque cum commodùm Mathias
tum Viennæ rebus humanis exemptus esset, pulsis
Hungaris, nullo labore patriam recepit: motoque in
30 Hungariam exercitu, Albam regalem, munitissimam
eius regni urbem, ac lacubus palustribusque latè uallatam,
per hyemem obsedit, atque expugnauit. Quã tamen,
precibus uictus, cum plus laudis in uictoria positũ
quàm præda existimaret, contentus titulo, ac successionis
iure, Vladislao Polono nouo regi, sacra corona redimito,
reddidit: qui & sumptũ belli omnẽ persoluit, & in
amicitiã cognationẽq; Austriacũ perhumaniter admi-

sit, anno 1499, Friderico patre nondũ extincto. Quintum absens per suos in Carniola & Vuyndorũ marcha, aduersus Thurcas administrauit: qui facta incursiõe, anno 1492 miserè Carniolã, Ciliensem ditionẽ, Carinthiã ac Styriã depopulati fuerant. quo bello Georgij ab Herbersteyn uirtus enituit. Clarus hic annus inuicto Heroi fuerat, comitijs Imperij ad Berbetomagũ transactis: in quib. Eberhardũ Vuirtenbergiæ comitẽ opulentiss. & Ioãnem Galeaciũ uicecomitem Mediolanen. socerum suũ, quẽ nõ semel à Gallorũ ui tutatus fuerat, solenniter (ut uocant) inuestitos, ducib. Imperij adscripserat. Eodẽ quoq; anno ut Ferdinandũ ac Alphonsum Arragones iuuaret, quib. Neapolim Gallus præripuerat, fœdus cum Venetis & Alexandro sexto Rom. pontifice, aduersus Galliç regẽ percussit. Qui haud multo pòst ad Rauennã uictus, Neapolitanũ regnum reliquit, & domum inglorius rediјt. Sextũ Maximiliano in Geldria fuit, quo ducem contumacẽ, & rebus Gallicis fauentẽ, repressit: his recuperatis, q̃ opera Geldri, Gallus Rom. Imperio præripuerat. Septimum postea gessit, anno Salutis 1498, contra Engadinos, qui Athesinos limites peruaserant. Quod quidẽ absens per Nicolaũ comitẽ ab Arcu, feliciter cõfecit: cũ iam extincto Sigismundo archiduce, Tyrolis possessore, hęres nũcupatus fuisset, anno 1489. à quo multo etiã antè adoptatus fuerat in filiũ, cum prole careret. anno 1487. Octauũ reperitur magnanimus heros gessisse aduersus Heluetios: qui Engadinis auxilio profecti anno 1499, oppidũ Meyenfeld & Minstertall cœnobiũ ditionis Austriacę in comitatu Veldkirchẽsi occupauerãt. ad quod magnis itinerib. ex Geldria cõtendẽs cũ copijs, posteaquã die dicta ad Veldkircham Augustanus ac Constantien. episcopi, qui ad pacificandũ suã autoritatẽ interposuerãt, nihil q̃d ad cõciliationem pertineret effecisset, cõserta manu ad Dorneck arcẽ prope Basileã, loci & fortunę iniquitate fundit. Et cũ interpellãte Mediolanen. duce, in pacẽ cõuenisset, rursus noua scintilla, anteq̃ induciarũ terminus effluxisset, emicuit. Quippe

ad Rhey-

ad Rheyneck limitaneam, contentione suborta, ex leui prælio quo sexaginta Heluetiorum occisi fuerāt, totus Heluetiorū populus ad arma concitatur. Quibus obuiā progressus, ut suis auxiliū ferret Cæsar, ad Cōstantiā, dū omnes conuenirent copiæ præstolatur. Sed rem in celeritate positam cernentes Heluetij, ex saltu proximo, quē Shuuaderloch uulgo appellant, declinato loco ubi tormenta Cæsaris disposita fuerant, in eos qui tū ruri metebant, impetum fecerūt. Quos defensuri Cæsariani, ad
10 certaminis necessitatem peruenêre. In quo rursus uicti, urbis propinquæ se mœnibus tuebantur. Qua clade indignatus Cæsar, cum auxilia omnia ex Alsatijs, Sueuico fœdere & Argentinensib. contraxisset, denuò fortunā belli tentaturus, arcē Dorneck adgredi statuit. Cuius cō silij maturè Heluetij certiores facti, antequā rectè hostes castrametari potuissent, Tigurēses, Zugienses & Lucernates, ex insidijs adorti Cæsarianos, haud difficili negocio castris exuerūt. Qua fortuna territus Cęsar, interpellantib. pro Heluetijs Galliæ rege, & pro Cæsare Medio-
20 lani duce, & cōmuni consensu in sequestrum adscito Palatino Rheni, certa dicta formula, Cæsar Heluetijs cōciliatur. Altero anno & Basilien. defectione ab Episcopo & Rom. Imp. facta, ad confœderatos se cōtulêre. Quo tempore & Galli Mediolanū occupauerunt: quod sexto mense exinde Ludouicus Galeacius recepit, Heluetiorū auxilio: qui tamē mox ad Nouariā capitur, mense Martio, anno 1500, eo ipso quo cruces in uestib. hominū apparuerūt. Nonū postea, illucescēte anno Christi 1503, Bauaricū, inuicto Heroi difficultatē nō minimā exhibuit:
30 atq; eo in primis nomine, quòd dū propinquos tuet, certare cōtra ꝓpinquos coactus est. Bauaria paulo antè diuisa inter duos principes, Albertū scilicet Cæsaris sororiū, q partē inferiorē moderabat: & Georgium Rudperti palatini socerū, q ad Ingolstadiū gubernacula capessebat: postea Georgio extincto, dū fratrer & gener hęreditatē adire conant, maximi belli incētiuū prębuit: auxilia cōferentibus, hinc Cæsare sororio, illinc uerò Philippo

Palatino patre filio, ac Bohemię aliquot regulis principibusq; uicinis. Adiunxerant se Cæsari, Albertoq; Boiario, antea ex professo Palatinorū hostes; Vlricus Vuirtenbergēsis princeps, Fridericus Brandeburgius, Landgrauius Hassiæ, Alexander Veldenciæ comes, & Emicho Leyningensis. Quorum accessione ualidior Albertus, inferioris Georgij defuncti germanus, antequā casum belli tentaret, ex capitibus cuiusdam conciliationis peruetustæ, rem in primis ad cognitionem Ordinū Imperij deferre uoluit: cumq; repulsam à Palatinis, utpote 10 sanguineis suis, pateretur, rem armis experiri cōstituit: uictorq; in primo limine belli, & Rudbertum cum auxiliarijs Bohemis fudit: & quò sororius Maximilianus Cęsar, cum his de quibus dictum est principibus magnā Palatinatus partem sui iuris interea faceret, distrahendo hostis uires, ansam præbuit. Quorum Cæsar quidem in finibus Mortinouiæ Gengenbachū, Gerholdseckium, Offenburgam, Ortenburgamq; cum uniuersa prouinciali Aduocatia, paucis diebus in ditionē coegerat. Quē adiuuantes ex alio latere, Hessus Leonstayn & Mecke- 20 ningam: Vuirtenbergēsis uerò Besicam, Brettā, & Vuinspergam, obruentes, Palatinatus nota loca expugnarūt. Cumq; ne sic quidem desisterent Palatini, & contra Ordinū Imperij edicta, qui rem ad cognitionem iuris trahebant, Monacum obsidione cinxissent: Imperator sororio auxilio profectus Rotenburgum, Kuoffstayniū ac Kuczpuchlam, munitissima ad Oenum loca, Tyroli uicina, obsidione adortus, magna cum laude expugnauit. Qua fortuna territi Palatini, tandem se cognitioni submisere: ex cuius formula pars Boiariæ, quæ Sueuiam se- 30 cus Danubium contingit, cum oppidis Neuburga, Lauhinga, Gundelfinga, ac Hochstadio, de arcibus uicinis, Rudberto defuncti genero decernitur. Sic perfunctus & illo bello, precium laboris amplissimum Austriæ adiecit, de quibus paulo antè dictū est, arces ac oppida, Rotenburgum, Kuoffstayniū, Kuczpuchlam: cum biennio antè totam prouinciam Tyrolensem Athesinamq;, de-

functo ſine liberis patruele Sigiſmundo archiduce, ad ſuum ſtemma retuliſſet. Decimum à Maximiliano, ſecundum Colonienſia comitia; aduerſus Geldriæ ducem Carolũ Egmondanũ, ſuſceptum eſt bellum, anno 1505: qui oblitus ſuperiorum annorũ ueniæ, iterum rebus nouis ſtudebat. Quem ubi in ordinem redegiſſet, expugnato Arnheymio, Philippũ filium quatuoriam liberorum parentem in Hiſpanias miſit, coniuncto præfecto Vuolfgango comite à Furſtenberg: ubi aeris inſueti grauitate in morbum incidit, eoq; non ſine publicis lachrymis, magnæq; expectationis caſu obijt, anno milleſimo quingenteſimoſeptimo. Vndecimo, adſcito in ſocietatem Henrico Angliæ rege, inſigni potitus de Gallo rege Ludouico uictoria fuit, ad Greynegatam uicum, in finibus Nordmandiæ: Tornaco Neruiorum, & Teruana Morinorum, poſt leuem oppugnationem, in fidem receptis, anno milleſimo quingenteſimoſexto. Duodecimum, Venetum memoratur, eorum quæ antea geſſit, omnium maximum, longiſſimumq;. quippe quadriennio uaria fortuna ab inclyto Heroe id geſtum fuit. Anno primùm omnium milleſimo quingenteſimooctauo, non ſine maxima Auſtriæ clade, ac totius penè Foroiulienſis Goricenſiſque ditionis amiſſione. Quam iacturam tamen ſplendidiſſima uictoria, annis poſteriorib. milleſimo quingẽteſimodecimo, & milleſimo quingenteſimoundecimo, cõmutauit: nõ ſolũ receptis quæ amiſſa fuerant, uerùm adiectis quoq; Auſtriacę ditioni ampliſſimis Venetę Reip. urbibus, Verona, Patauio, Vincẽtia, Cennadio, Feltri, atq; alijs quàm plurimis. Huic bello cauſam præbuerat fœdus, quod cum Iulio Romano pontifice, & Carolo Galliæ rege Cæſar inierat: fidẽ pro heris ſuis facientibus, Bernhardino cardinali ſanctæ Crucis, & Triuultio. Antequã uerò ad bellũ ſe accingerent, qui fœdere iuncti fuerãt, Veneti ſcriptis decẽ millibus peditũ, & duobus equitũ, ducibus Nicolao Vrſino, Barptolomęo Liuiano, Georgio Emo, Vitellio Tiphernate, Iacobo Siccio, Lucio, Malacio & Cora-

Coraciolo, priores in fines Cęſaris, qui ſunt ad Atheſim flumen, atq; Carnos non denunciato prius bello, impetum fecerunt. Itaq; eodem propè tempore, quo rem in Hiſtris ac Foroiulio, Carnisq; hi quos memorauimus duces agebant, Andreas Grittus eductis quinq; millibus peditum, ac equitibus leuis armaturæ Epiroticis, quos Palæologus & Buſichius ducebant, alpes Atheſinas ex improuiſo inuaſit: ad quem reprimendum, ſubitò Sixtus Trautſon, tredecim ſignis tumultuariè ex prouincialib. paſsim excitis, menſe Februario per niue obſitos ſcopulos eluctatus, ut fines defenderet, in ualle Codora uana in hoſtes incidit: cõſertaq; manu, antequã locis anguſtis ac difficilibus ordines inſtruere poſſet, funditur, omnibus penè cum ipſo duce occiſis. pauci adeò in captiuitatem ceſſere: quorum inſigniores referuntur, Dominus à Turre, & Melchior à Maſmunſter Alſata. Qua uictoria elati reliqui de quibus dictum eſt Venetorũ duces, antequã Cæſariani, qui omnia amica à republica illa expectauerant, ex Carnis Foroiulianis auxilia ferre poſſent, Cluſium, Cadoram ad Planum amnẽ ſitum, Gradiſcã, Cormanam, Goritiam & Vipachũ, quàm maximo potuere tumultu, eodemq; tempore ſimul loca tum aperta, nulloq; præſidio firmata adgreſsi, in deditionẽ compulêre. Nec ceſſatum interea ab illis in mari fuit, eadẽq; celeritate atq; fortuna Antonius Contarenus, qui claſsi præerat, Duynum, Tergeſtum, flumen Piſinum & Biſtoynam in Iſtria, ex mari partim expugnauit, partim ad deditionẽ coegit. Et niſi intercedente Paulo Lyechtenſtaynio Tridentino præſule, inducię in ipſo tẽpore fuiſſent conſtitutæ, arma in imparatos Carnos, & nihil hoſtile timentes tranſtuliſſent. Sic utrinq; ab armis diſceſſum eſt: & loca quæ tum ditionis Auſtriacæ per inſidias occupauerant Veneti, cum ualidis præſidijs firmarunt, deſignato cuiq; eo præfecto, cuius uirtute ad fidẽ Reip. perueniſſet: Tergeſto, Franciſco Capello: Duyno, Nicolao Bardo: Goritiæ, Dominico Gritto: Gradiſcę, Dominico Mauroceno: Cormoni, Troiano Bono: & portui

Naonis,

Naonis,ipſo Liuiano imperatore. cui poſtea municipiū illud etiam præmium laboris, ob bene nauatam operā, Reſp.donauit.Et ne intercipere mox Cęſariani poſſent, Hieronymus Saornianus & Guydus Vaynus, cum parte exercitus,ad limites relicti ſunt. Hanc Venetorū uictoriā,inſignis mox clades anno eodem accepta,XVI Iulij,defœdauit. Quippe Carolus Galliæ rex,ex fœdere ut Cæſarē iuuaret, eductis quadraginta millibus,per alpes in Italiam Liguſticam tranſcendit:ac in ditione Venetorum iſthic infeſta omnia fecit,expugnatis aliquot oppidulis ac prædijs. Cui in occurſum Veneti, cum quinquaginta millibus profecti, collata acie ad Guaradam ſuperantur,decem millibus deſideratis,ac omnibus machinis amiſsis.Ipſo quoque imperatore Liuiano capto: ac cum reliquijs Brixiam turpiter ex acie fugientibus, Andrea Grytti, Georgio Cornelio,Zacharia Lauredono,Dionyſio Naldio,& Vitellio.Hac Gallorum uictoria animatus Maximilianus Cæſar, etſi à fœdere deficere eorum rex uideretur, propter Ferdinandum Hiſpaniarum regem,cum quo ad Cameracum Arteſiæ Cęſar aliud fœdus percuſſerat:tamen inuicti animi Heros perdurandum ratus,adſcitis in belli conſortium Mantuano, Mediolanenſi ac Ferrarienſi principibus,ut maiores ex Germania copias acquireret, comitia Imperij ad Vuormaciam indixit. Vnde deſtitutus quodammodò omni ope,cum ſuarum modò prouinciarum auxilijs in Carnos Atheſinosq; profectus, primo uere ſe ad futurū bellū cōparauit. Quo tempore uictoria iam exultās Gallus,Brixiā,Cremā, Cremonā, Coriagiū, & Peſchieram ad lacum Benacum: Iulius quoq; pontifex Romanus,in Flaminia Rauennam, Ariminum, Fauentiam, & Ruſſium,deditione receperat. Itaq; certus de uictoria Cæſar,haudquaquam delinitus ab Antonio Iuſtiniano, per quem omnia ſuperiori anno ablata in Foroiulio, reſtituere loca pollicebantur Veneti, motis caſtris ſecundo Atheſi,inter initia mox belli:Zacharia Lauredano, qui lacui Benaco cum biremi & triremi præerat: & Seba-

stiano Mauro, qui Athesim XVII nauibus custodiebat, & noningentis deniq; peditibus, & CCC equitibus, qui ad mœnia Veronæ, sub Andrea Gritti & Petro Diodo, in statione subitò erant, præter spem profligatis, ad Veronã cum suis, nemine impediente, accessit. Quam oppugnatam aliquandiu, à præfecto illius Christophoro Mauro, in deditionem accepit: ac ulterius progressus, Pa tauium & Vincentiam, amplissimas urbes, ne tentatas quidem, opera Leonhardi Trissini exulis Veneti, in potestatẽ redegit. Tantaq; inuasit tum Venetos formido, 10 cum desperatione rerum omnium coniuncta, ut de mu nienda urbe Venetiarũ cõsilia inierint, arborem ad pro pugnacula cederẽt, nouas molas uento inflandas in insu lis proximis cõstituerẽt, puteosq; in cõtinente proximo suffoderẽt: Octo quoq; in urbe apud se triremes nouas, & quatuor in insulis Dalmatiæ, quanta potuere celeritate armarent: noua deniq; auxilia, magnis stipendijs & promissionibus, ex Epiro sollicitarent: subditisq; cũctis ut militię nomina darent, ac in fide manerent, portoria remitterent: & leges antiquarent, quæ externos ad sub- 20 uectionẽ frumentorũ aliarũq; merciũ prohibebant. Et quoniam res in celeritate posita uidebatur, nec tot hostibus uno tẽpore sufficerent, ad Electores in Germaniã legatos miserũt, q Cæsarẽ auocarẽt, & ad necessitudinẽ beneuolentiãq; pristinã adhortarenẽ. Pontificem quoq; precati sunt, per suę Reip. cardinales, Dominicũ Grimã nũ, & Marcũ Corneliũ, ut sibi remissa ira ignosceret: & ciuitates in Flaminia, quę iure antea, nũc armis adgressus esset, ultrò caperet. Idẽ apud Ferrarię ducẽ, per Aloisiũ Molinũ legatũ, & Ferdinãdũ Apulię regẽ tẽtabãt, ut 30 receptis q̃ abstulissent aliquãdo, ab armis discederet. Sed cũ frustra ea omnia cõsilia essent, & tẽpore alienissimo suscepta, pręcipui nominis patricios, ætate atq; prudẽtia graues, deprecatũ ad Pontif. in urbẽ miserũt: q omnis generis illecebris ac ꝓmissionib. illũ mitigarẽt, & à Cęsaris Galliq; societate abducerẽt: Dominicũ Triuisianũ, Leon hardũ Mocœnicũ, Paulũ Pisanũ, Hieronymũ Donatũ,

Paulum

Paulum Capellum, & Aloisium Maripetrum. Quos prius admittere Pontifex noluit, quàm Taruisium, Tergestum & Foroiulium, quæ adhuc retinebãt loca, Cæsari redderẽt: literisq; deinceps tam illi, quàm sibi Galloq;, ac cæteris Italiæ principibus cauerent, deinceps ab alienis ditionibus temperaturos. Qua in re, dum tergiuersarentur legati, Pontifex neque de fulmine neq; de armis quidquam remisit. Et Gallus rex opima præda potitus, cum Cremonę Triuultium, Mediolano Galeacium, Bri-
10 xię Paleuicinum, Pergamoq; eiusdem fratrem Antoniũ præfecisset, ualido ubiq; post se relicto præsidio, adulta æstate, uia qua uenerat, uictor in regnum redijt: captiuos secum trahẽs præcipui nominis Venetos, Barptolomęum Liuianum, Zachariam Contarenum, Andream Dandulum, Marcum Lauredanum principis Venetiarũ propinquum, Sebastianum Maripetrum, & Aloisium Molam. Quos multis precibus ad magni nominis principum intercesſionẽ, & magna ui pecunię, uix libertatẽ donauit. Interea Maximilianus Cæsar, bellum ince-
20 ptum in Foroiulio ciens, præter Veronam & Patauiũ, Cittadelam, Belunium, Cennadium, & quod Taruisio imminebat castrũ, partim expugnauit, partim ad deditionem compulit, nequicquã resistentib. Contareno & Georgio Pisano. Qua in re usum Maximilianũ opera & cõsilijs memorãt, Christophori comitis de Frangipanibus, Bernhardi Reynacheri, Dominorũ de la Scala: & qui à Venetis defecerant, Pandulpho Malatesta, Sebastiano Mauro: exule deniq;, & in suã gentẽ acerrimo, Leonhardo Trisino, quem & Patauio postea, unà cum Bru-
30 none de la Scala præfecit. Hæc gesta ferè à Maximiliano contra Venetos feliciter, anno 1510 reperio. Et quoniam nondum saturato animo is erat, memor superiorum annorũ iniuriæ sibi factæ, cum non denũciato bello, Foroiulium, ac comitatum Goricensem, Karstiumq; per insidias intercepissent, insistens uictoriæ, bellũ non solùm in annũ sequentẽ, qui fuit à nato Seruatore millesimus quingentesimus undecimus, protraxit: sed nouis

comparatis insuper ex Germania uiribus,ac acceptis un dique à principibus Germaniæ Italiæq; auxilijs, ad po-stremùm exercitum armauit trigintaocto millium peditum,& uiginti equitum:è quibus prouinciæ Austriacæ nouem millia peditum, Hispaniæ Galliæq; reges nouem millia equitum soluebant,reliquis omnibus stipendium de suo numerabat. Occasio uerò atq; causa auctarum uirium fuerat,Patauium proditione recuperatum: & in captiuitatem abducti Barptolomæus Firmianus Cæsaris inibi præfectus,Brunorius de la Scala,Leonhardus Trissinus, & Manfredus Ficinus. His igitur tantis copijs,uindicaturus in hostes,Iacobum à Landauu, Dominum à Schellenberg,Ritschanum & Zucharũ quendam,ad Athesim fluuium præmisit, iunctis Hispanicis auxilijs, quæ Ferdinandus Catholicus in usum belli accomodauerat, quæ Pischarius ac Gorzia ductabant. Non deerant etiam ex Italis,qui Cæsarianas tum in Italia partes fouebant,Cardonius Prosper,Mutius Columna,Vrsinus Mogemanus, & Troilus Sabellius.qui dum subuenire laboranti Austriacæ ditioni conantur, tum fortè à Venetis oppresi, à Liuiano redempto à Gallis Venetorum Imperatore, ex itinere castris exuuntur. Sed recollecti paulò pòst,ubi de Germanicis auxilijs accepissent,audaciores facti,Meduaco fluuio traiecto, Mestinum & Margariam, maritimum Venetorum castellum,expugnarunt.Quos consecutus Liuianus,cum Petiliano & Baleono,haud procul Vincentia, ad certaminis necessitatẽ compulit.In quo Cæsariani uictores,magnam hostium copiam cecidêre. In quibus,qui nomine aliquo eminebant,desiderati sunt,M.Antonius Montanus signifer,Sacromorus,Hermes, Ioannes Bernhardinus, Aleccius Salentinus, Ioan. Baptista Seraphius, Alphonsus Mutius, Philippus Cursoloius, Hannibal Symonius Brixianus, Hieronymus Troianus, frater Pauli Baleonij legati. Reliqui ex fuga exclusi Vicentia, cataracta demissa, trucidati sunt à Cæsarianis: Carolus Montonius, Constantinus Pius Antonij filius, Franciscus

Bellum Vicentinum tredecimum.

10 20 30

ciſcus Saxatella, & Meleager Foroiulienſis, & Andreas Lauredanus, principis Venetiarum propinquus. Suffocati hîc quoque in confluentibus Medoaci periêre, Antonius Pius, Barchilonius, & Paulus Balonius legatorum alter, quem alij tamen captum & ſeruatum tradunt: adeò ut ſolus Andreas Grytti ex hac pugna cum paucis euaſerit. Qua uictoria ſparſa, proxima caſtella Bouolentum, Plebisſacci & Lucifucinum (ubi uerſatili machina naues è Medoaco in mare Hadriaticum traducuntur) omnia in Cæſaris poteſtatē conceſſerunt. Muranum quoque, munitiſsimus Adriatici maris locus, tum à Maximiliano comparatum fuit, Auſtriæq́ue adiectum. Ad quod recipiendum etſi ducibus Manfronio ac Baldaſare quodam, copias clàm ex mari admouiſſent: hæ tamen à Chriſtophoro comite à Frangepanibus, antequam obſidionem auſpicati fuiſſent, omnes profligatæ ſunt, capta una inſuper triremi. Liuianus denique Venetorum Imperator dolum meditatus, cum iter ad Maroſuram ſimulaſſet, & per inacceſſas ſemitas alpesq́ue inuias, ductoribus Cordillo & Malateſta, ex improuiſo ad Atheſim ueniſſet, oppreſſurus Hiſpanica auxilia quæ iſthic ad Rhodigium caſtrametabantur, ſub ducibus Piſcario & Gorzia: etſi Cordigium, in ipſo qui tum erat mercatum occupaſſet, Gorziamq́ue alterum ducem cœpiſſet: tamen referre pedem, nulla magnopere re bene geſta, coactus eſt. Decimumquartum Gallicum, ſiue Mediolanenſe, Venetum ſecutum bellum, anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo fuit: ex ea perfidia natum, qua fœdere percuſſo primùm Iulius Pontifex, deinde etiam Gallus rex, Cæſarem deſeruerant. Quippe cum præter conuentum Cameracenſem, in comitijs etiam Auguſtanis anno 1510 indictis, hi principes coram Ordinibus Imperij fidem fœderis initi feciſſent, eaq́ue de re Germani principes in auxilia ferenda cōſenſiſſent: fide tamen præter expectationem remiſſa, Pontifex primùm, deinde etiā Gallus, inuictū Heroem deſeruerunt.

Bellum decimumquartum.

Ac Gallus quidem nouum bellum meditatus, per Emichonem comitem à Leyningen clàm in Germania copias conduxerat. Cuius rei certior factus Cæsar, graui proposito interdicto, & capitis pœnam comminatus ijs qui Galliam ingrederentur, cum ijs auxilijs quæ in comitijs Augustanis anno 1810, & rursus Treuiris anno 1512, promissa ab Ordinibus Imperij fuerant, Italiam ingressus, primo belli limine Mediolanum, quod paulo antè à Gallo occupatum fuerat, recepit: quod, uti Imperij beneficium, & procul ab ambitione & auaricia, Sfortiadi duci restituit. Quod anno tamen postea tertio, Franciscus Gallorum nouus rex, Heluetiorum ope intercepit. Quo tempore etiam Ferdinandus Arragonum rex, subsidijs Imperatoris mari è Tergesto transmisis, regna Neapolitanum ac Siciliæ recuperauit, Gallis & Heluetijs procul ex Italia profligatis. Eodem anno, & decimoquinto perfunctus bello fuit, Sueuico uidelicet: expugnata Hegouiæ editissima arce Hohenkreygen, unde itinera infestabantur, & prouincijs Austriæ superioribus damna euenerant. Quibus postremò omnibus decursis molestijs, & exantlatis laboribus, prospiciens non tam generi quàm orbi Christiano, ut tranquillitatē post obitum, quem expectabat, relinqueret, anno à reparata Salute millesimo quingentesimo decimoquinto, potentissimos tres reges, ut se apud Viennam Austriæ conuenirent, induxit: Vladislaum nempe, eiusq; filium Ludouicum, Hungariæ reges: & Sigismundum Poloniæ, Vladislai fratrem germanum: cum quibus de maximis rebus in consessu principum Imperij multorū, aliarumq; prouinciarum, cum agere cœpisset, uinculis Austriades cum uicinijs ita connexit, ut nisi sathanas zizaniam interiecisset, hæ omnes clades, quas nostra memoria Christiani à Thurcis acceperunt, facilè & impeditæ & auersæ fuissent. Quippe nepoti tum ex filio, Ferdinando, Annam Vladislai Hungari regis filiā: & rursus eiusdem nato Ludouico, Mariam neptem ex eodē filio desponderat, solennia peragentibus duobus Rom. ecclesię cardina-

Bellum decimumquintum.

cardinalibus, Matthæo tituli S. Angeli Gurcensi, & Thoma Eurdeudi Strigoniensi: aspicientibus uerò pręcipuis Germaniæ principibus, Vuilhelmo & Ludouico Boiariæ, Georgio & Cazimiro Brandeburgensi, Alberto Meclaburgensi, Vlrico Vuirtenbergensi, Carolo Monasteriensi, alijsque ducibus ac episcopis ex Germania & Hungaria quàm plurimis. His tam necessarijs reb. peractis, cum finem sibi uitæ instare uideret, postremò ad Augustam Rhetiæ comitia transegit, Lutheri doctrina
10 iam inualescente. quibus ex sententia cōfectis, in reditu ex itinere ad Vuelsam superioris Austriæ febre correptus, anno 1518, die XII Ianuarij, naturæ satisfecit: princeps omni laude dignissimus, & alter ceu Austriadum conditor, de Romano Imperio non pessimè meritus: Herculi quàm simillimus, cum tot monstris periculisq; orbem terrarum tum liberasset. De cuius rebus præclarè gestis, eiusq; nepotum ex filio, CAROLI QVINTI ac FERDINANDI Impp. postremis libris Decadū nostrarum & luculenter, & prolixè ad fidem rerum agimus: quæ hisce Commentarijs, cum huc nō pertineant, attingere consultò nolumus.

FINIS.

ERRATA SIC EMENDABIS.

Pagina 45 uerſu 20 inſtituetur 53.16 in Italiam 60.6 familiaritatem 66.21 intuitus eſſet 67.4 funeſta 140.5 Anglum 152.14 Charinthius 195.57 Styrienſis 233.30 milleſimus trecenteſimus.

Cætera induſtrius & æquus Lector facilè ſuopte ſtudio obſeruabit.

RERVM, LOCORVM, ET PERsonarum in Vuolfgangi Lazij Genealogia Austriaca præcipuè memorabilium

INDEX.

FINIS.

BASILEÆ, PER IOANNEM OPO-
RINVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM,
ANNO SALVTIS HVMANAE
M. D. LXIIII. MENSE MARTIO.